Magistri
RAPHAELIS BONHERBÆ
Prior Ingressus
INÆGIDIANAM
Methaphisicam scholam
Angelicos cum subtilibus
componentem

PANORMI APVD IMARCVM M.D.C.XXXXIII

VTRIVSQVE PHILOSOPHIAE

NIMIRVM

# METHAPHISICAE

ET

# NATVRALIS

DISPVTATIONVM VNA CVM QVAE-
stionibus, his noſtris temporibus agitari ſolitis.

# THOMI DVO

IN QVIBVS OMNES METHAPHISICALES, AC PHILOSO-
phicę, ſibi inuicem repugnantes ſententiæ; concordantur: &
quicquid pro Logicis, Phyſicis, ac Methaphyſicis,
deſiderari poteſt, iuxta doctrinam.

FVNDATISSIMI CARDINALIS

# AEGIDII COLVMNAE

# ROMANI.

Noua Methodo diſputatur.

PER REVER. PATR. MAGISTRVM

# FR. RAPHAELEM

# BONHERBAM

SYCVLVM A SANC. PHILIPPO ORDINIS
AEremitarum S. Auguſtini. olim in pluribus ſuę
Almæ Religionis præcipuè Pulcinenſi,
Papienſi, Mediolanenſi, ac Pa-
normitano Collegijs
Regentem.

# METHAPHISICAE
ET
# NATURALIS
DISPUTATIONUM VINA CUM OVAE-
flonibus, bis noftris temporibus agitari foliis.
# THOMISTARUM
IN OVIEVS OMNES METHAPHISICALES, AC PHILOSO-
phicas disputationes Introductorias & Logicales,
quae quidem pro Logica, Physicis & Methaphysicis,
desiderari possunt, Juxta doctrinam.
# FUNDATISSIMI CARDINALIS
# ALGUI COLUMNAE
# ROMANI.
Nova Methodo disputatae.
PER REVER. PATR. MAGISTRUM
# FR. RAPHAELEM
# BONHERBAM
SYCULUM A SANC. PHILIPPO ORDINIS
Eremitarum S. Augustini, olim in pluribus Uni-
versitatibus Italiae Primarii Professoris,
Papiensi, Mediolanensi, ac Ja-
nuensi Collegiis
Regentem.

PRIMAE PHILOSOPHIAE
QVÆ EST

# METHAPHISICA

DISPVTATIONES, HOC VNICO THOMO CONTENTÆ

## In Quo

DE ENTE METHAPHISICO, QVATENVS COMPOSI-
tum compoſitione Rationali ex Genere, & Differentia:
eiuſque Diuiſione in ſuprema decem Prædica-
menta, modo ſatis accomodato
pro curſu completo

# DIALECTICORVM.

ET DE EODEM ENTE METHAPHISICO QVATENVS
Ens, vtque Compoſitum Compoſitione Reali ex
Eſſentia, & Eſſe.

Summa facilitate, ac breuitate diſſeritur.

mũ
AD REVER. P. TOTIVS AVGV-
ſtinianæ Familiæ Bis Benemeritum

GENERALEM

# M. HIPPOLYTVM DE MONTIBVS FINALENSEM.

CVM TRIBVS INDICIBVS.

CAMERARIUS IUDICIBUS.

IANUENSEM

DE MONTIBUS

METHODUM

GENERALEM

AD MENTEM B. LOLLII VALEX.

DISSERTATIONEM HOC ANNO IUBILAEO CONSCRIPTAM

METAPHYSICA

AUCTORE

D. THEOLOGIAE PROFESSORE

IN GYMNASIO

VIGILANTISS. AC REVERENDISS.
Patri, & ſine Pari Parenti, totius

AVGVSTINIANAE REIPVBLICAE
BIS BENEMERITO GENERALI

# MAG. HIPPOLYTO

# DE MONTIBVS

FINALENSI.

## FR. RAPHAEL BONHERBA

Syculus à Sancto Philippo in Theologia Magiſter eiusdem Ordinis.

## P.F.P.

RVVNT de Montibus Amnes. ait (*Poeta Virgilius*) ſed (Reuerendiſſ. Pater, nullis non dignè laudibus, non encomijs comendandè) vexat Philoſophorum ſatis animos, cur in MONTIBVS plures ſint, quam in planitie lacus, & Amnes? & cur maxima quæque flumina fluant è MONTIBVS, & deſcendant? vt è Gremio Veſuli ferunt deſcendere Padum, è Paropamiſſo Bactrum, Araſcem, Tanaim, & Indum? & ſi Philoſophorum Principi credendum ſit, id non aliunde deuenire, quam ex ipſa Elementorum commutatione, ac perpetua viciſſitudine fatendum eſt: etenim ex Aqua, ac terra perpetuo ſolis calore vapores emergunt, qui primo in aerem quaſi conuerſi, mox frigore condenſantur, & iterum poſtea reſoluuntur in aquam: vnde ſicut in ſublimi vapor coactus in nubem, gignit pluuias: ita Spiritus aeris comprexus in ſpecubus, eliqueſcit in aquas: cumque in eminentiſſimis MONTIBVS plurimæ ſint cauernæ, plurimum ibi



exaere

exaere, & vapore gignitur aquę, & mox fit, vt erumpat in Fontes, Flumina, & Amnes. Verum quia Iouem Poetę Aerem nuncupant, à Ioue ſcatère Fluuios, putat Homęrus; hinc Veteres (teſte Proclo) Peremnes Fluuios exiſtimare Diuinos, quod tanquam à Patre generentur à Ioue: vnde id factum eſt, vt Nomina Fluuiorum immiſcerent Dijs, & Sacra, & Lucos, (authore Tacito) Araſque Patrijs Amnibus ſacrare ſolerent.

E MONTIBVS pro apię tuę (Reuerendiſſ. Pręſul, & Pater Humaniſſimè) tot memoranda Flumina profpiciens emanare, quid dicam? niſi Diuo Ioue plenos eſſe MONTES tuos; in quibus Vaſtiſſimo tanquam in vtero tot gignat ferè Deos; & vt illos omnes ommictam; quorum memoria ſatis eſt mortalium clara memorijs, cum præclarè aſe geſtis ſe fecerint immortales: ſolum meminero tui, quem velut alterum Nilum, aut Thanaim è talium deſcendiſſe ſublimium cacumine MONTIVM Auguſtinenſis Orbis admirat: Tu inquam es ingens, & admirabile Flumen ſacrum; Flumen ſapientiæ in moderandis ſtudiorum Gymnaſijs; Flumen Integritatis in regendis Prouincijs. Flumen Humanitatis in pertractandis totius Auguſtinianæ Religionis negotijs; Flumen denique es Vigilantiæ in geminato totius Æremitici Orbis ſummo Gubernio. & hinc eſt quod tibi tanquam Amni Diuo Primi ſacrantur hi fructus BONHERBÆ; tum quia illos prę cęteris tibi noui forè iucundiores; cum ſint ad mentem AEGIDII Columnæ Romani, cuius doctrinam tu primus prącepiſti ſectandam Regentibus Studiorum, tum etiam quia tanti Fluminis ſacri aquę virore magis prącipuè apud Auguſtinenſes illi dulceſcent Eos igitur ſuſcipias ea lęta Fronte, velim, qua Patrij oblata ſibi ſuſcipiebant Dij, & certo ſcias quod ſi vnquam tempore tibi poſſem plura, tibi plura ſacrabo: vale, & viue; diuque viuas, ac Valeas ſemper.

DI-

DISCVRSVS

# AD LECTORES

INTER Scholasticos Scriptores (quos omnes supra Cęlos veneror,) Cardinalem Ægidium Columna Romanum ex Alma Augustiana Religione assumptum, nulli esse laude secundum facile concedetis (Lectores Doctissimi) qui eius tot Volumina pervoluistis, mira eruditione plena, eumque tam doctè, tamque copiosè de omni materia tractantem, legistis: imo eius Scholam ne dum fundamentalem; sed etiam Angelicam, & Subtilem dicetis; quia eius principia ita suntvt plurimum in omni sententia firma, quod ea facilè Thomista conceder, & Scoticus non negabit. Sed cum hoc verum sit, pauciſſimos tamen, & non alios, quam Æremiticos Augustinenses in hanc Scholam ingredientes videmus, & ferè omnes vel iter facientes aspicimus ad Thomisticam, vel progredientes ad Schoticam; vnde hoc? Ecce quid protulit vir insignis, dum ipse in Mediolanensi Collegio pręsiderem. Est Ægidiana Schola satis firmiter, & benè fundata, sed obscuriſſima valde, & nullum ordinem habet: imo quod magis est graue non tam Studentibus, quam Regentibus studiorum, quod inter tot libros, qui ferè sexaginta communi vsui adnotantur; nec vnus est ordinatus vel pro Logicorum, vel Philosophorum cursu completo, & illæ Quęstiones, quę ad vtramque pertinent Philosophiam, ita cōfusè tractantur, & sic Theologicis controuersijs inuolutę, vt pro inueniendo tantum Volumine, vel Voluminis loco, vbi aliqua Logicalis, vel vtriusque Philosopnię Quęstio agitatur, necesse sit aliquando consumere diem: esset igitur Ægidiana Schola ne dum Fundamentalis; sed etiam Angelica, & Subtilis; si quis eiusdem Scholæ magis ordinem perlustraret.

Hinc (Candidiſſimi Lectores) factum est, vtipse ex tunc dum plura Ægidij scripta perlegerem, eam doctrinam adnotarem, quam necessariam fore existimaui, pro ordinando integro cursu omnium Artium; & nunc iam do vtramque Philosophiam, in duobus Tomis distributam, iuxta duplicem totius Philosophię partitionem. Et in hoc primo Thomo primam Philosophiam, quæ est Methaphisica, explicandam assumo propter singularem, quam cum Logicis Methaphisici connexionem habent. Dicetis, difficile argumentum, Methaphisicam tractare Iuuenibus in primo scientiarum limine; id quidem fateor, assumptum est graue: sed Tyrones per Ostium introduco, & ea maiori facilitate, qua potero; viam temperabo.

In ſecundo Thomo, (qui iam eſt in promptu,) componam omnes Diſputationes ad Naturalem Philoſophiam ſpectantes; & iuxta qua truplicem Philoſophici Obiecti conſiderationem tum de octo Phiſicorum libris, & de Cęlo, & Mundo: tum etiam de Generatione, & Corruptione, atq; de Anima quatuor tractatibus Tomum abſoluã.

Ordo, quem ſemper eundẽ in omnibus meis ſcriptis ſeruabo, nõ futurus erit ingratus; nam quẽlibet Tomũ diuidã in Tractatus. Tractatum in Diſputationes. Diſputationẽ in Quæſtiones. Quæſtionem in Articulos. & Articulum in Dubitationes. qui Ordo Recentioribus non indoctis viſus eſt plauſibilis: & dum ipſe in Scholis eodem ordine vſus ſum, adnotaui, ſtudentibus non profeciſſe parum; dicentibus omnibus, dimidiam lectionis intelligentiam fuiſſe ordinis claritatem.

Nec tantum hoc; ſed id pręcipuè in ſcriptis his meis laudandum aliqualiter cenſeo; quod in omnibus dubitationibus difficilioribus præſertim inter S. Thomam, & Scotum controuerſis, ſemper primo inuenietis Oppoſitas opiniones cum ſuis proprijs rationibus, & Argumentis quæ his noſtris temporibus circumferuntur in ſcholis; ſed in dubitationis fine poſt relatas ſibi inuicem repugnantes ſententias, ſemper adnotatam habebitis fundamentalem diſtinctionem, omnes repugnantias concordantem: ex Ægidiana doctrina non parua ingenij mei defatigatione collectam.

Dicetis, hanc non eſſe veram conciliationem S. Thomæ cum Scoto; nec rectè præſens Opus eo titulo inſigniri vt dicatur *Concordia inter Diuum Thomam, & Scotum*: cum hi tanti Magiſtri inter ſe ex diametro opponantur: ſed rectius poteratidem Opus eo nomine illuſtrari, vt diceretur conuenientia S. Thomæ, & Scoti cum doctrina Ægidij: ſed certè obiectio eſt valde tenuis: non ne enim quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe in illo tertio? ſi ergo Angelicus, & Subtilis conueniunt in Ægidiana doctrina: quis negabit, eosdem pariter inter ſe mediante Aegidio non conuenire? addo, quod oppoſitio inter Diuum Thomam, & Scotum non eſt contradictoria, itaut vnus neget omnino, quod alter affirmat: ſic enim alterutra eorum ſententia eſſet falſa ſimpliciter: cum contradictoria nec vera ſimul eſſe poſſint, nec ſimul falſa: ſed opponuntur tam inſigni Doctores oppoſitione contraria: ſuntque eorumdem Sententiæ veluti duo extrema, habentia medium: ſicut ergo medium ſemper inſe vnit extrema; ita Magnus Aegidius, qui tenet medium inter Angelicum, & Subtilem, rectè poterit dici CONCORDIA vtriuſque

Et hinc eſt, quod argumentis pro vtraque ſententia nunquam in-

for-

forma cui rabimus respondere; sunt etenim illa fundamentalia dicta, quę non oppugnant Doctrinam Aegidij; sed confirmant, & quę afferuntur pro vna sententia, corroborant nostræ conclusionis vnã partem: quę vero pro altera adducuntur, aliam partem approbant nostrę Veritatis. Præterquam quod illa fundamentalis Aegidij distinctio, parvula manu signata, & in Concordia Opinionum clarius explicata, est omnium plena solutio rationum. Videatur hic infine Operis illa fundamentalium Distinctionum Index, in quo totus pertractatur ab principia lectionis; & certior ero, quod à vestra sapietia nõ improbabor. Nec vnquam recedemus à Schola fundatissimi Doctoris Aegidij: nam hanc scribendi Provinciam non assumpsi, vt meas particulares speculationes (quarum habeo) ostentarem, his præsertim temporibus, in quibus Bibliothecæ innumeris Sapientissimorum Hominum plenæ sunt libris; sed solum modo esse in numero scriptorum ipse volui, vt ad Scholam Aegidianam pergere cupientibus, directionem annuerem, huiusque Scholę Ostium ingredi volentibus, aperirem; & ingressis aliquod lumen ostenderem, quo patentissima facilitate percurrere in hoc primo ingressu omnia Methaphisicalia, & Logicalia, & in secundo sequenti etiam Philosophica.

Faxit Omnipotens, vt hi qualescunque Ingenij mei labores ad communem studiosę Iuventutis vtilitatem cedant. & vos (Amantissimi Lectores) Primum hunc Tomum Methaphisicalium Disputationum, etiam pro Logicis prodeuntem, accipite, accepturi quam primum pro Philicis alium; quod si vtrumque acceptum nostro gratum, consiliumque in his incudendis sentiero laudari, expectate post eos Aegidianam totius Theologię Scholasticæ summam, Tribus tantum Voluminibus absolvendam: in quibus quicquid pro magistrandis præsertim Augustinensibus desiderari poterit, insignium debitę Reverentiæ erga Augustinianam Religionem Matrem, à qua tot honoribus ditatum me sentio, tocque beneficijs cumulatum, quamuis non Rhetorico verborum apparatu, solita tamen Methodo, ac claritate servata, quam libentissimè tradam. Valete.

# APPROBATIONES RELIGIONIS

OPus, cui Titulus, *Inter Sanctum Thomam & Sectam Methaphisicalis Aegidiana concordia*, ab Admodum Reuer. Patre Magistro Raphaele Bonherba à Sancto Philippo Ord. Erem. S. Augustini Theologo prestantissimo, ac Concionatore celebetrimo elaboratum, de mandato Reuer endissimi Patris nostri Generalis Magistri Hippolyti Montij Finalensis incredibili mentis lætitia, ac sedula diligentia perlegendo introspexi: & in illo nihil inueni, nihil bonis moribus dissonum, nihil fidei catholicæ, vereque Philosophiæ repugnans deprehendi: imo ita ingeniosè, subtiliter, & dilucidè controuersias omnes Logicales, & Metaphisicales, quæ nostris temporibus exagitari solent, discussas inueni, vt ignorem, quid in Authore magis admirer, an acumen Ingenij, an Intellectus claritatem? & quod maxima dignum admiratione est, simul, & laude, ita solide, atque firmiter fundamentaria Doctoris nostri Aegidij doctrina, difficultates omnes dirimit, & soluit, vt discrepantes inter se Angelici Doctoris, ac Subtilissimi Scoti sententias cum Aegidiana doctrina simul stare, & nunquam ab illa discordare, facili negotio ostendat. Quare Opus censeo satis dignum, non solum typis; sed etiam Aeternitati emandari in communem omnium Studiosorum vtilitatem, ac præcipuè in singularem Aegidianæ Scholæ profectum & augmentum: Datum Panormi in Conuentu S. Augustini Die Quinta Septembris. 1643.

Fr. Antonius Rizzo à Tauromino Ord. Erem. S. Aug.
in Panormitano Gymnasio Magister Regens.

---

DE Mandato Reuerendiss. Patris Mag. Hippolyti Montij Finalensis totius Augustinensis Orbis Generalis amplissimi Opus, cui inscripsit: *Inter Sanctum Thomam, & Sectam Methaphisicalis Aegidiana concordia* compositum ab Admod. Reuer. Patre Magistro Raphaele à Sancto Philippo, nil non Sanæ fidei consonum, non virtuti coherens, non bonis moribus congruens reperi: quinimo si inuentionem attendas, illa præclara: si Ordinem, aptissimus; si Dispositionem, pulcherrima; si Tractationem perspicua satis, & dilucida: si Doctrinam, ea est, quam tuto possis amplecti. Fundatissima enim est, vt porrò Aegidij nostri Columna, Angelici Doctoris, & Subtilissimi Scoti Asserta concilians, quorum placita eo ingenij acumine defensa, & fidelitate allata, ea claritate, & breuitate disposita,

vt

vt Auctor ſcingenij ſummi, & iudicij maturi, & ſtudij indefeſſi, ſpecimen egregium præbeat. Opus igitur dignißimum cenſeo, quod pro Communi Philoſophorum, & Logicarum Schola, & vtilitate, in lucem feliciter prodeat, typisque mandetur. Panormi Die 6. Septembris. 1643.

Fr. Melchior Regalbutenſis Ord. Erem. S. Aug.
Mag. Regens Papiæ.

---

Magiſter Fr. Hippolytus Montius Finalenſis Ord. Erem. S. Aug. Prior Generalis.

Reuer. nobis in Chriſto Patri Magiſtro Raphaeli Bonherbæ Syculo à S. Philippo eiuſdem Ordinis, ac vobis ſalutem.

OPus inſcriptum *Inter Sextum Thomam, & Sextum Methapöiſeos in Aegidianæ concordiæ* a te elucubratum, & à Patribus per nos deputatis, recognitum, & approbatum ve typis dare poſſis, harum ui litterarum, & noſtri muneris poteſtate, quantum ad nos ſpectat, ſeruatis ſeruandis, licentiam impartimur. Datum Romæ 15. Octobris 1643.

Fr. Hippolytus Montius Generalis Sancti Auguſtini.

Muneris Noſtri ſtrmatæ ſigillo.

regiſtrat. lib. 4.

Ap-

Approbatio Reuer. Adm. Patris Petri Salerni Sacræ Theologiæ professoris, & in Panormitano Collegio Societatis Iesu Lectoris Primarij.

LEgi ex Mandato Illustriss. & Reuerendiss. Domini Abbatis Iohannis Antonij Gelosi Vicarij, & Visitatoris Generalis sede vacante librum, qui inscribitur *Inter Sanctum Thomam, & Scotum Metbaphisicalis Aegidiana concordia* Authore Reuer. Patre Magist. Fr. Raphaele Bonherba. & sane cum argutæ ingeniorum fœcunditatis solum officiat velut adnascens Accolatum illud, scilicet infracta quædam mentis obdurtatio, vt nihil de suæ Opinionis decepti finat, in BONHERBÆ capo PACIS germen succreuisse debuit, quare librum hunc edi posse existimo, non modo vt innoxium, sed vt professorum non parum, experturus: Lector tantum Bonum, quod Author promittit, Panormi in Collegio Societatis Iesu Die 21. Octobris. 1645.

Ita sentio Petrus Salernus S. Theologiæ professor Societatis Iesu.

---

## PRO ANGELICIS.

Reuer. Adm. Patris Mag. Vincentij Fidelis Ord. Præd.

### Elogia
### In Authorem Operis.

Astræam in terris delectasse mores componentem,
Eli vir vitæ lumorum temperatus qualitates,
Astrum libræ temperare æquans dies, noctesque,
Caduceum Hermetis serpentes concilians
miretur alij.
Arcum sideris Thaumantis prædicent filiam:
Mihi mirari superest BONAM hanc HERBAM
HERBA, quæ medicorum conciliatori nomen obscuret,
BONAHERBA, quæ plusquam herbarum omnium virtutes
Possidet, potens est conciliare animos;
BONAHERBA sub cuius foliis omnes ingenij
pascuntur simul:
Hæc ergo BONHERBÆ vigil, cæteri porrigant HERBAM

In

In eius enim Opere euangelij sunt herbæ de MONTIBVS
Et fructus eius ad Sanitatem gentium.

INgeniosam Adm. Reuer. Patris, Mag. Raphaelis Bonherbæ concordiam inter Angelicum, & subtilem per otium sum meditatus: atque purpureos ex Bonherba fructus: sub istis foliis lepide latitantes semel, atque iterum degustaui; qua propter ipsorum suauitatem admirans, & pulchritudinem, existimo, illos ad ingeniosorum voluptatem esse typographicæ mensæ dignè apponendos.

Fr. Vincentius Fidelis Ord. Prædicatorum Mag.

---

## PRO SERAPHICIS

Approbatio Reu. Adm. Patris Mag. Fr. Gasparis Sphemma Pachogeniani Ord. Min. Conuentualium S. Francisci.

AEgidianam concordiam Thomisticam, & Scotisticam ex fundamentalis Doctoris Aegidij distinctionibus extractam, editam ab Adm. Reuer. Patre Mag. Raphaele Bonherba a S. Philippo Ord. S. Augustini summa animi alacritate perlegi. Opus sanè dignum, & ingeniosum, cui plurimum sapientiæ inest. Hostile sapientum discordes componere, & causas ferere sapientiæ studiosis, Paritas ingeniorum inter Thomistas, & Scotistas Charissimam æmulationem fœcundauit: sed acutiora ingenia, & ad intelligendum apertiora Augustiniana lumina æmulationem nodent auferre. Sententiarum diuersitas Magnas Angelicorum a Seraphicis separauit: sed tam longè præclarius Angelicum ex Aegidij fontibus Limam simul exprimunt. Difficile inter partes aduersas est ferre iudicium. Altera pars inimica semper sibi videtur; at Opus illud tanta concinnitate, & armonica redolet æquitate; vt vtriusque Scholæ Alumni memores gratias dare, & vices rependere magis, ac magis in dies teneantur. Summa ingenia latent in occulto; quod minimè Dim. Patris Augustini litteratorum, & Academiarum Principis sub fusca, & obscura velle Aegidianorum candor, animi æquitas, concordia, & fratrum caritas fulgeat: & ne in hoc Opere latitet, quam primum re-

la-

lucem prodire, & typis excudi debere, existimo. Ex Aedibus sanctissimæ Annunciationis Sancti Francisci. Panhormi die prima Octobris 1643.

Fr. Gaspar Sphemma Theologus Ord. Min. Conuent.

---

# PRO CARMELITIS

## Approbatio Reuer. Adm. Patri Mag. Benedicti Calandra Partanensis in Panormitano Carmelitarum Collegio Regentis.

OPus hoc præclarissimum, *Inter Sanctum Thomam, & Scotum Metaphysicalis Aegidianæ concordia*, Authore Adm. Reuer. Patre Mag. Raphaele Bonherba à S. Philippo Ord. Erem. S. Augustini Theologo celeberrimo, quo potui animi iudicio perpendi; & nihil non Orthodoxæ Fidei conforme reperi, nihil non probis moribus consentaneum. Quinimo qua ingenij secunditate, qua eruditionis, qua Sententiarum præstantia, & vberitate refertum, Scholasticis omnibus sicut & perutile; ita euidens erit, ac manifestum. Et quidem Ingeniosius quid, quam Sophistarum errores intergressientes à Philosophantium animis Dialecticis præceptis expellere? expulit. Ingeniosius quid, quam rerum omnium, quæ totus Vniuersi ambitus amplexu, Naturas, Principia, Affectiones summa cum Solertia inuestigare? inuestigauit. Ingeniosius quid, quam Arcanas mentium Diuinarum indagines liquidissimè exprimere? expressit. Quid tandem ingeniosius, quam diuina Sapientiæ lumina Aquinatem, Angelum, & Subtilem Scotum in vnum coniungere, & copulare sententiam? Iam Author conniuit, & mirifice copulauit. Ille Magnus Alexander, vt mores Gentium varios, diuersos animos Nationum in vnum connecteret, in regio Conuiuio omnes volait in vno, eodemque Calice bibere Conuivantes. Ex Barbaris matertiam, ex Græcis fumen, imaginem, fatorem adsignauit, ad vniuersæ Reipublicæ commoditatem, indigitans, & Vnitatem. *Tanquam in amplissimo Craterâ (Referit ita Orat. 1 de Fort. vel vir. Alex.) miscuerat, & inuexerat Nouissima eundem de Barbarica natura sustulisse, & ex Republicæ forma signasse.* Ita Alexander. Author quam Sapi-

entia,

entia, & ingenio magnus, qui in Vberrimo Scientiarum Conclusio varia Philosophantium Problemata in fraternam steruit Vnanimitatem En Crater, *Aegidiana concordia*, propinantur ea Sectatores Angelici, bibant, & Subtiles coelestes Sapientiæ flumina. En Numisma, omnibus Lyceis sapientiæ emolumentum; cuius aurea materia modo videtur Syderea, & Angelica forma; modo Materia Thymilica, & Subtilis Imago. Prodeat igitur quam primum, prodeat Symbolum hoc in lucem, & eminentius, quam Zeuxis Species imprimatur Aeternitati. Panormi in Carmelitarum Cœnobio Die 25. Octobris. 1463.

Sacræ Theol. Mag. & Doctor Fr. Benedictus
Calandra Partanensis Carmel. Studiorum
Regens Præfectus.

# INDEX
## OMNIVM DISPVTATIONVM, & Titulorum huius Voluminis.


*TOTIVS OPERIS Tres Tractatus.*

Tractatus Primus, de Ente Metaphisico, quatenus est compositum ex Potentia & Actu. pagina. 3.

Tractatus Secundus De Ente Metaphisico quatenus dividitur in decem Genera Generalissima pagina. 384.

Tractatus Tertius de Ente Metaphisico in eo quod Ens, & quatenus compositum compositione realis ex Esse, & Essentia. pag. 611.

*Prioris Tractatus de Ente Metaphisico quatenus est compositum compositione Rationali.*

Introductorium Logicale, de Operatione Intellectus, Instrumentisq; Logicalibus pag. 4.

Disputatio Prima Proœmialis. De Natura, & Attributis Logicæ. pag. 17.

Disputatio Secunda. De Ente Rationis, Secundisque Intentionibus. pag. 116.

Disputatio Tertia. De Vniversalibus in Communi. pag. 169.

Disput. Quarta De Vniversalibus in particulari. pag. 251.

*Totius Introductorij Logicalis*

Pars Prima Scitu, quibus Originibus prima Intellectus Operatio. pag. 27.

Pars Secunda de his, quibus aequalitatis secundum Opus Intellectus. pag. 84.

Pars Tertia de his, quibus per Identitatem Operatio Intellectus. pag. 311.

## Prioris Partis Introductorij Logicalis.

Tres Capita.

Caput Primum de Vocibus. pag. 7.
Caput Secundum de Terminis. pag. 11
Caput tertium de Diffinitione. pag. 15.

## Prioris Capitis de Vocibus

Dubitationes Tres

Dubitatio Prima. Quid sit Vox? pag. 7.
Dubitatio Secunda Quotuplex sit Vox? pag. 8.
Dubitatio Tertia. Quæ sint Significata Vocis? pag. 10

## Capitis 2. de Terminis.

Dubitationes Duæ.

Dubitatio Prima. Quid sit Terminus. pag. 11.
Dubitatio Secunda. Quotuplex sit Terminus? pag. 13.

## Capitis 3. de Diffinitione.

Dubitationes Quatuor.

Dubitatio Prima. Quid sit Diffinitio? pag. 15.
Dubitat. 2. Quotuplex sit diffinitio? pag. 16
Dubit. 3. Quæ sint requisita ad bonam Diffinitionem? pag. 17.
Dubit. 4. Quotuplex Interrogatio fieri potest de diffinitione? pag. 18

## Secundæ Partis Introductorij Logicalis.

Duo Capita.

Caput Primum de Diuisione. pag. 19.
Caput Secundum de Enuntiatione. pag. 23.

## Prioris Capitis de Diuisione

Dubitationes quinque.

Dubitat. Prima. Quæ sit diuisio? pag. 19.
Dubit. 2. Quotuplex sit diuisio? pag. 20.
Dubitat. 3. Quæ leges requirantur ad bonam diuisionem? pag. 24
Dubitat. 4. Quot sint modi arguendi per diuisionem? pag. 28.
Dubitat. 5. Quotuplex Interrogatio fieri potest de diuisione? pag. 31.

## Secundi capitis de Enuntiatione.

Dubitationes Septem.

Dubitatio Prima Quid sit Nomen? pag. 25.
Dubitat. 2. Quid sit Verbum? pag. 26.
Dubit. 3. Quid sit Oratio? pag. 28.
Dubit. 4. Quotuplex sit Oratio?
Dubit. 5. Quid, & Quotuplex sit Propositio? pag. 30.
Dubit. 6 Quot sint interrogationes, quæ fieri possunt de Propositione? pag. 32.
Dubit. 7. Quot, & quæ sint Proprietates Propositionis? pag. 33.

Ter-

# INDEX TITVLORVM.


## Tertiæ Partis Introductorij Logicalis

Tres Capita.

Caput Primum de Argumentatione in Genere. pag. 31.
Caput. 2. de Prima specie Argumentationis .i. Syllogismo 41.
Caput 3. de Reliquis speciebus Argumentationis. pag. 55.

## Primis Capitis de Argumentatione in Communi

Dubitationes quatuor.

Dubit. Prima Quid sit Argumentatio? pag. 37.
Dubit. 2. an Argumentatio sit composita, & quæ nam sint, ex quibus constat? pag. 39
Dubitat. 3. Quotuplex sit materia, & forma Argumentationis? pag. 40.
Dubit. 4. Quot sunt regulæ Generales rectæ consequentiæ? pag. 41

## Secundi Capitis de Syllogismo.

Dubitationes Decem.

Dubitatio Prima. Quid sit Syllogismus pag. 43.
Dubit. 2. Quæ nam sit materia, & forma Syllogismorum? 43
Dubitat. 3. Quotuplex sit Figura Syllogismorum? pag. 45.
Dubitat. 4. Quot sint modi cuiuslibet figuræ? pag. 46.
Dubit. 5. Quæ regulæ sint communes pro recta forma Syllogistica omnium figurarum? pag. 48.
Dubitat. 6. quæ nam sint regulæ speciales cuiuslibet figuræ pro rectitudine formæ? pag. 48.
Dubit. 7. quomodo reducantur modi imperfecti ad perfectos? pag. 49.
Dubitat. 8. quæ regulæ sint observandæ ad inveniendum medium terminum? pag. 51.
Dubit. 9. quotuplex sit Syllogismus, & quid unaquæque eius species? pag. 41.
Dubitat. 10. quotupliciter potest contingere fallacia in Syllogismo? pag. 53.

## Tertij Capitis de Reliquis speciebus Argumentationis

Tres Dubitationes.

Dubitatio Prima, quid sit Enthymema? pag. 56
Dubitat. 2. quid sit Inductio? pag. 56.
Dubitat. 3. quid sit exemplum? pag. 56.

## Disputationis Primæ Prohemialis de Naturæ & Attributis Logicæ

Quatuor Quæstiones.

Quæstio Prima quid sit Logica? pag. 57.
Quæst. 2. qualis Logica sit? pag. 58.
Quæst. 3. Quotuplex sit Logica? pag. 58.

Quæstio 4. Propter quid Logica sit pag. 58.

## Quæstionis Primæ de Quidditate Logicæ

Articuli duo.

Articulus Primus quod nam sit Genus Logicæ? pag. 58.
Articulus 2. quænam sit Logicæ propria differentia? pag. 69.

## Articuli Primi circa Genus Logicæ.

Dubitationes duæ.

Dubitatio Prima. An Logica sit Habitus Scientificus, pag. 58.
Dubit. 2. An Logica sit habitus Artis? pag. 64.

## Articuli secundi de Differentia Logicæ quæ est eius Obiectum.

Tres Dubitationes.

Dubit. Prima. An Obiectum Logicæ sit modus differendi, seu tres Operationes Intellectus? pag. 69.
Dubitat. 2. An Obiectum Logicæ sit Ens Rationis? pag. 71.
Dubit. 3. An Totius Logicæ adæquatum obiectum sit Syllogismus? pag. 74.

## Quæstionis 2. de Qualitate Logicæ.

Articuli Tres.

V. Logica sit Habitus Practicus vel Speculativus? pag. 78.

## Articuli Primi de Praxi, vel Speculatione Logicæ

Dubitationes Tres.

Dubitat. Prima, in quo consistat ratio Praxis? pag. 79.
Dubit. 2. An Logica sit Habitus Simpliciter practicus? pag. 81.
Dubitat. 3. V. Logica sit Habitus Simpliciter Speculativus? pag. 84.

## Quæstionis Tertiæ de Vnitate Logicæ

Articuli Vnius.

Quotuplex sit Logica? pag. 88.

## Articuli Vnici de Vnitate, vel multiplicitate Logicæ

Dubitationes Duæ.

Dubitatio Prima, an Logica ab Obiecto materiali habeat aliquam Vnitatem? pag. 88.
Dubit. 2. V. Logica ab obiecto formali habeat Vnitatem specificam Specialissimæ? pag. 91.

## Quæstionis Quartæ de Necessitate Logicæ.

Articuli Duo.

Articulus Primus V. Logica sit necessaria ab intrinseco? pag. 98.
Artic. 2. V. Logica sit necessaria ab extrinseco? pag. 101.

*Articuli Prioris de Necessitate Logicæ ab Intrinseco*

Dubitata Prima.

V. Logica sit necessaria hominibus ratione Materiæ, & formæ p. 99.

*Articuli 2. de necessitate Logicæ propter causas extrinsecas*

Dubitantur Quatuor.

Dubitatur prima V. Logica sit Necessaria ratione causæ efficientis? pag. 101.

Dubitat. 2. V. Logica sit necessaria ad acquirendas alias scientias tantum secundum quid? 102.

Dubit. 3. V. ad acquirendas alias scientias imperfectas modo Logicæ sit simpliciter necessaria? pag. 103.

Dubit. 4. V. Logica sit necessaria vt ille primo addiscendæ? pag. 107.

*Disputationis secundæ de Ente Rationis Quædam Præfatio & Quatuor Quæstiones.*

Præfatio ad Quæstiones de Ente Rationis. 117

Quæstio Prima de essentia Entis Rationis. 120.

Quæstio 2. de Effectis eorundem pag. 128.

Quæstio 3. de diuisione Entium Rationis. pag. 134.

Quæstio 4. de Causis humanis Entium. pag. 182.

*Quæstionis Primæ de existentia Entium rationis*

Articulus Primus.

An Entia rationis habeant principia sui esse? pag. 120.

*Articuli Vnici de Principijs vnde possint existere entia Rationis.*

Dubitantes Tres.

Dubit. Prima. An entia rationis ex parte sua habeant specie pro quâ possit causari, & existere? p. 121.

Dubitat. 2. an ex parte potentiæ cognoscentis sit virtus producitiua Entium rationis? pag. 124.

Dubit. 3 V. Entia Rationis sint propter aliquid admittenda? p. 128.

*Quæstionis Secundæ de Essentia Entium Rationis.*

Articuli Duo.

Articulus Primus Quæ nam sit Quidditas, & essentia Entium Rationis? pag. 134.

Articulus 2. Quæ nam sint Proprietates eorundem? pag. 142.

*Articulus Primus circa Quidditatem Entium rationis.*

Tres Dubitantes.

Dubit. prima. An Essentia Entis rationis consistat in denominatione existendi? pag. 134

Dubitat. 2. An quidditas Entium rationis consistat in illa denominatione intrinseca, quam intellectus

lo dari tribuit rebus, tali modo cognitas? pag. 137.
Dubitat. 3. An Qualitas Entis rationis cõsistat tãtũ in actu cognosci, seu in lubere tantũ esse obiectum in Intellectu? pag. 139.


## Articuli 2. de Proprietatibus Entium Rationis

Dubitationes Duæ.


Dubitat. Prima An cognoscere rem aliter quam sit, sit proprietas Entium Rationis. pag. 141.
Dubit. 2. an Entia rationis ita sint scibilia, vt de eis possit esse scientia, & ad quam scientiam specialem pertinant? pag. 143.


## Quæstionis Tertiæ de Divisione Entis Rationis

Articuli Duo.


Articulus Primus Quænam divisio Entis rationis sit sufficiens, adequata, & admittenda? p. 145.
Art. 2. de membris, adequate dividentibus Ens rationis ratiocinatæ, & præsertim de secundis intentionibus. pag. 148.


## Articuli Prioris de sufficientia divisionis Entium Rationis

Dubitationes Quinque.


Dubitat. prima an divisio Entis rationis in Ens rationis ratiocinantis, & ratiocinatæ sit sufficiens, & admittenda? pag. 146.
Dubit. 2. an subLte Rõnis ratiocinate collocentur cũ cæteris. 1. Privationes, & Negationes? p. 148.
Dubitatio 3. an inter Entia rõnis ratiocinata recte numerentur substantia rationis, Quantitas rationis? &c. pag. 153.
Dubit. 4. an Ens rationis ratiocinatæ comitetur cum sola Relatione rationis, ita vt nomine alicuius rationis nisi Relatio rationis? pag. 161.
Dubit 5. An distinctio rationis reducatur ad Relationem rationis vel ad secũdas intẽtiones. p. 167.


## Articuli 2. de Primis, atq; secundis intẽtionibus.

Dubitationes duæ.


Dubit. 1. V. prima Intentio sit in rigore Ens rationis? pag. 169.
Dubit. 2. V. Vna secunda Intentio possit esse fundamentum alterius? pag. 175.


## Quæstionis Quartæ de Causis Entium Rationis?

Articulus Vnicus.


Quænam sit Causa efficiens Entis Rationis? pag. 181.


## Articuli Vnici de Causa efficiente Entia Rationis

Tres Dubitationes.


Dubitat. Prima an solus Intellectus sit causa efficiens Entium Rationis? pag. 181.
Dubit. 2. An solum Intellectus Humanus efformet Entia rationis? pag. 184.
Dubit. 3. Per quam Operationem Intellectus humani efformentur Entia Rationis? pag. 196.


Dif

## Disputationis Tertiæ de Vniuersalib⁹ in Communi Tres Quæstiones.

Quæstio Prima de Vniuersalibus secundum esse, quod habent in statu Physico, seu reali existentiæ pag. 198.

Quæstio 2. de Vniuersalibus secundum esse, quod habent in statu Metaphisico, seu abstractionis, pag. 203.

Quæstio 3. de Vniuersalibus secundum esse quod habent in statu Logico, seu Reflexionis. pag. 249.

## Quæstionis Primæ de Vniuersalibus secundum esse, quod habent à parte rei.

Articuli Duo.

Articulus Primus. An Vniuersalia in statu Physico, seu à parte rei habeant esse? pag. 199.

Articulus 2. Quod nam esse habeant Vniuersalia in statu realis existentiæ? pag. 201.

## Articuli Prioris de existentia Vniuersalium in Rebus.

Dubitatur Duo.

Dubit. Prima V. Rebus extra Intellectum remanentibus aliquo modo Vniuersalitas? pag. 199.

Dubit. 2. V. Vniuersalia, quæ sunt in Rebus, sint à singularibus separata? pag. 201.

## Articuli 2. De Esse Vniuersalium extra Animam.

Dubitatur Unc.

Dubit. Prima V. Vniuersalia à parte rei habeant Vnitatem successivam positivam à materialibus? pag. 202.

Dubitat. 2. An Vniuersalia extra Intellectum habeant Vnitatem formalem plurib⁹ positivè vel negativè communem? pag. 218.

## Quæstionis 2. de Vniuersalib⁹ secundò esse abstractæ

Articuli Duo.

Articul. Primus. ad quæ potentiæ pertineat abstrahere naturas à conditionibus Individuantibus? pag. 221.

Articulus 2. Quod nam esse habeat Vniuersalia in statu Abstractionis? pag. 236.

## Articuli Prioris de Abstractione naturæ à conditionibus Individuantib⁹

Dubitatur Duo.

Dubit. 1. An Intellectus Agens abstrahat naturam à conditionibus Individuantibus? pag. 225

Dubit. 2. V. Intellectus Passibilis cùm abstrahat naturam à conditionibus Individuantibus, ita ut recipiendo in se speciem Intelligibilem, dicatur percipere naturam ab Individuis? pag. 233.

## Articuli 2. de esse Vniuersalis in statu Abstractionis.

Dubitatur Una.

V. Vniuerſalia inſtata abſtractionis habeant eſſe formale, formaliter Vniuerſale? pag. 237.

## Quæſtionis Tertiæ de Vniuerſalibus ſecundum eſſe formale, quod habent in ſtatu Logico ſeu reflectionis.

Articuli Tres.

Artic. primus. Quid ſit Vniuerſale formale in ſtatu Logico, ſeu reflexionis? pag. 240.

Articulus 2. Quomodo ſe habeat Vniuerſale formale ad ſua inferiora? pag. 246.

Artic. 3. Quotuplex ſit Vniuerſale formale? pag. 251.

## Articuli Prioris de Quidditate Vniuerſalium in ſtatu reflexionis.

Dubia tria.

Dubit. Prima. Quæ ratio diſtinctionis Vniuerſalis formalis, & eius de quo tractatur ab Arriaga? pag. 241.

Dubit. 2. per quam Operationem Intellectus poſſibile ſit Vniuerſale formale? pag. 244.

Dubit. 3. V. Vniuerſalia ſint Entia realia, ſubſtantialia, an corporea? pag. 245.

## Articuli 2. de Vniuerſali formali per ordinem ad quinque Predicabilia

Dubitanda Duo.

Dubit. Prima V. Vniuerſale formaliter ſic ſtatutum Genus Vniuocum ad quinq; Predicabilia? pag. 247.

Dubit. 2. V. Vniuerſale ſtatu reflexionis ſub eſſentia ſit libere Predicabile? pag. 252.

## Articuli tertij de ſufficientia Vniuerſalium

Dubium Vnicum.

V. Vniuerſalia formaliter ſumpta ſint tantum Quinque? pag. 253.

## Diſputationis Quartæ de Vniuerſalibus in particulari.

Quæſtiones quinque.

Quæſtio Prima de Genere. p. 257.
Quæſtio 2. de Specie. pag. 301.
Quæſtio 3. de Differentia. p. 310.
Quæſtio 4. de Proprio. pag. 361.
Quæſtio Quinta. de Accidente. pag. 375.

## Quæſtionis Primæ de Genere.

Articuli Tres.

Articulus Primus de Ratione pertinente ad ſignificationem Generis. pag. 258.

Art. 2. de ſignificato, ſeu entitate, quam dicit vel ſignificat Genus. pag. 278.

Art. 3. de modo, quo Genus prædicatur de ſuis inferioribus. pag. 289.

## Articuli Prioris de Diffinitione Generis

Dubitantur quatuor.

Dubit. Prima, An Genus sit diffinibile? pag. 258.
Dubit. 2. Quænam sit difficultas in diffinitione Generis à Porphirio tradita? pag. 260.
Dubit. 3. Quænam sit Genus in casu diffinitione Generis. p. 263.
Dubit. 4. An diffinitio de Genere tradita à Porphirio, sit vndequaq; exacta? pag. 266.

## Articuli 2. de Significatione Generis

Dubitantur quatuor.

Dubitatio Prima. An Genus sit denominatus à materia, vt sit pura potentia. pag. 271.
Dubit. 2. V. Genus secundum rem dicat totam essentiam speciei, ita vt a parte rei tantum dicat Genus, quantum species? p. 274.
Dubit. 3. An compositio ex Genere, & differentia sit realis. p. 277.
Dubit. 4. Quomodo Genus, quod realiter est quoddam totum, potest per Intellectum fieri pars? pag. 285.

## Articuli 3. de modo, quo Genus predicatur de speciebus

Dubitantur quatuor.

Dubit. Prima. V. Genus predicetur de Speciebus, secundum partem actualem, vel potentialem? p. 289.
Dubit. 2. V. Genus possit contineri in vnica Specie? pag. 291.
Dubit. 3. V. Genus contineat Differentias actu? pag. 296.
Dubit. 4. V. Genus perse prædicetur de Differentijs? pag. 298.

## Quæstionis 2. de Specie.

Articuli quatuor.

Articulus Primus de Specie secundum se. pag. 302.
Articulus 2. de Specie subijcibili seu in ordine ad Genus? p. 307.
Articulus 3. de Specie Prædicabili, seu in ordine ad Individua? p. 315.
Articulus 4. de Individuis, vtpote correlatiua Speciei? pag. 324.

## Articuli Prioris de Specie Secundum se

Dubitantur Tres

Dubitat. Prima, V. Species, quæ est 2. prædicabile, fuerit recte diffinita pluribus diffinitionibus? pag. 303.
Dubit. 2. V. Species præcidendo tum ab ordine ad Genus, tum ad Individua, sit formaliter vniuersalis? pag. 305
Dubitat. 3. Quotuplex sit Species? & an subalterna sit eiusdē rationis cum infima? pag. 306.

## Articuli 2. de Specie subjcibili

Dubitantur duæ.

Dubitat. Prima V. Habitudo Speciei ad superiora sit intentio diffincta

Singla ab habitudine eadem ad inferiora? pag. 308.
Dubitat. V. Species subiectibilis in quantum subiectibilis sit formaliter Vniuersalis? pag. 311.

## Articuli tertij de Specie Predicabili
Dubitantur duo.

Dubitat. prima An sola Species ultima praedicetur de Individuis? pag. 316.
Dubit. 2. an illa natura specifica, cui repugnat multiplicatio numerica, possit dici Species Praedicabilis? pag. 319.

## Articuli quarti de Individuis
Dubitatur vnica.

V. Individua possint definiri primo, & per se, absolutione docentes? pag. 324.

## Quæstionis Tertiæ de Differentia
Articuli quinque.

Articulus primus de Differentia secundum se. pag. 329.
Art. 2. de Differentia per ordinem ad Genus. pag. 337.
Art. 3. de Differentia per comparationem ad Speciem. pag. 341.
Art. 4. de Differentia per ordinem ad vltimum subiectum. pag. 344.
Art. 5. de Differentia per ordinem ad ea de quibus praedicatur. pag. 348.

## Articuli Primi de Differentia secundum se
Dubitantur Quinque.

Dubit. Prima an cum dicitur Differentia in communi, propriam, & proprijssimam, dicatur sit ipsa natura realis? pag. 350.
Dubit. 2. an Differentia sumatur à tota natura? an vero tantum à forma? pag. 352.
Dubit. 3. V. secunda diffinitio Differentiæ a Porphirio tradita sit exacta? pag. 355.

## Articuli 2. de Differentia per ordinem ad Genus
Dubitantur Tres.

Dubit. prima. V. Omnis Differentia sit perfectior suo Genere? pag. 358.
Dubitat. 2. V. addenda Differentiâ Generis, fiat aliquid? pag. 362.
Dubit. 3. V. Differentia sit tantum propria vnius Generis ita et contineat vnam tantum Speciem pag. 365.

## Articuli tertij de Differentia per ordinem ad Speciem
Dubium Vnicum.

V. Differentia, si diceret rationem essentiæ Speciei, sufficit dicit Genus, nisi cum Genere facere compositionem in Specie? pag. 366.

*Articuli quarti de Differentia per comparationem ejusdem ad aliam.*

Dubitantur Tres.

Dubit. Prima V. Differentia subalterna includatur in conceptu differentiæ infimæ, & an addendo differentiam infimam subalternæ, fiat nugatio? pag. 351.

Dubit. 2. V. dissimiles Differentiæ eodemmodo tantum subalternæ, vel etiam infimæ? pag. 357.

Dubit. 3. V. Differentia subalterna, & infima differant: Specie? pag. 358.

*Articuli primi de proprio secundum se.*

Dubitantur Quatuor.

Dubitat. prima. an Proprium sit propriè Vniversale, distinctum ab Accidente? pag. 363.

Dubit. secunda V. proprium constituat Quartum Prædicabile tantum secundum quartam acceptionem? pag. 365

Dubit. 3. an definitio proprij assignata tam a Porphyrio, quam etiã a Philosopho, sit recta? pag. 367.

Dubit. 4. V. dentur propria Geometrica? pag. 368.

*Articuli Quinti de Differentia per ordinem ad eas, de quibus prædicatur*

Dubium Vnicum.

V. Differentia tertium Prædicabile prædicetur de suis inferioribus in abstracto, an vero in concreto, & si in concreto, an Vniuocè, vel denominative? pag. 370.

*Articuli 2. de Proprio quatenus Prædicabile*

Dubium Vnicum.

An Proprium quartum prædicabile prædicetur vniuocè, an vero denominative de suis inferioribus? pag. 371.

*Quæstionis Quartæ de Proprio*

Articuli Duo.

Articulus Primus de proprio secundum se? pag. 381.

Articulus 2. de proprio vt est prædicabile? pag. 371.

*Quæstionis quintæ de Accidente communi*

Articuli duo.

Articulus primus de Accidente communi quatenus definitum, & diuisum a Porphyrio? pag. 373.

Art. 2. de Accidente communi quatenus est quoddam Prædicabile? pag. 375.

# INDEX TITVLORVM.


*Articuli Prioris de Accidente, quatenus est dissimilium, & diuisum à Porphirio*

Dubitandus Tres.

Dubit. prima V. sub diffinitio Elementum diffinitionum, quam Porphirius assignat de Accidente communi comprahendatur etiam substantia? pag. 374.

Dubit. 2. an prima diffinitio Accidentis, tradita à Porphirio, sit exacta? pag. 375.

Dubitatio 3. an dicto Accidentis in accidens separabile, & inseparabile sit sufficiens? pag. 377.

*Articuli 2. de Accidente, quatenus est Predicabile*

Dubitatio Vnica.

V. Accidens sit vniuersale essentialium, & vnivocum, & quænam sint reliqua Accidentis Quinti Predicabilis? pag. 379.

*Secundi Tractatus de Ente quatenus dividitur in decē Predicamēta*

Disputationes Duæ.

Disputatio prima de decem Predicamentis, Ens Methaphisicum adequare diuidentibus? p. 385.

Disputatio 2. de Ente dicto. pag. 605.

*Disputationis Prime de Predicamentis diuidentibus ens*

Quæstiones Septem.

Quæstio Prima de Ente Predicamentis? pag. 396.

Quæstio 2. de primo Predicamento Substantiæ? pag. 416.

Quæstio 3. de Quantitate? p. 439.

Quæstio 4. de Relatione? pag. 453.

Quæstio 5. de Qualitate? pag. 542.

Quæstio 6. de sex Vltimis Predicamentis? pag. 559.

Quæstio 7. de post Predicamenta? pag. 596.

*Quæstionis Prime de Ente Predicamentis*

Articuli Tres.

Articulus primus de Æquiuocis, Vnivocis, & denominatiuis? pag. 597.

Artic. 2. de Analogia in comuni? pag. 702.

Artic. 3. de Quidditate, & sufficientia Predicamentorum p. 703.

*Prioris Articuli de Æquiuocis, Vnivocis, & Denominatiuis*

Dubitandi Tres.

Dubitat. prima V. Æquiuoca sint diffinibilia? pag. 707.

Dubit. 2. V. Diffinitio Vniuoca rum competat etiam Denominatiuis? pag. 718.

Dubit. 3. V. Omnis Vniuocatio sit vel

vel Generis, vel Speciei, an vero detur aliqua Vniuocatio transcendens? pag. 390.

## Articuli 2. de Analogia in Communi

Dubitationes quatuor.

Dubit. prima. an Ratio Analogiæ sit omnino distincta ab æquiuocis & Vniuocis? pag. 393.
Dubitat. 2. Quotuplex sit Analogia? 1. an præter Analogiam Attributionis detur etiam Analogia proportionalitatis, ita vt vna sit distincta ab altera p. 397.
Dubitat. 3. V. Ratio Analogi intrinsecè solum sit in primo Analogato, & in alijs per extrinsecam denominationem? pag. 398.
Dubitat. 4. V. Omnia Analoga sint talia per Analogiam ad vnum primum? pag. 400.

## Articuli tertij de Quidditate, & sufficientia Prædicamentorum

Dubitationes Tres.

Dubitatio Prima. Quid sit Prædicamentum essentialiter? pag. 402.
Dubitat. 2. Quotuplex sit Prædicamentum? pag. 406.
Dubitat. 3. V. de Prædicamentis possit esse vna scientia? pag. 414

## Dubitationis secundæ de sufficientia Prædicamentorum

Dubitationes quinque.

Subdubitatio prima. V. Prædicamentum sit vnum scilicet Ens? pag. 407.
Subdubit. 2. V. Prædicamenta sint tantum duo, 1. Substantia & Accidens? pag. 408.
Subdubit. 3. V. Prædicamenta sint tantum tria nempe Substantia, Quantitas, & Qualitas? p. 409.
Subdub 4. V. Actio, & Passio constituant vnum tantum Prædicamentum, Motum? pag. 411.
Subdub. quinta V. Prædicamenta nec sint plura, nec pauciora quam decem? pag. 413.

## Quæstionis Secundæ de Prædicamento Substantiæ

Articuli Tres.

Articulus primus de Substantia Prædicamentali secundum se? pag. 416.
Artic. 2. de diuisione substantiæ in Primam, & Secundam, & de diffinitionibus vtriusq; pag. 420.
Artic. 3. de Proprietatibus substantiæ? pag. 423

## Articuli primi de substantia Prædicamentali secundum se

Dubitationes tres.

Dubitat. Prima V. Angeli collocentur in Prædicamento substantiæ, vel sola substantia sensibilis constituat hoc Prædicamentum? pag. 427.
Dubit. 2. V. Deus ponatur directè in

in Prædicamento substantiæ pag. 411.

## Articuli secundi de Diuisione, & Diffinitione substantiæ

Dubitationes tres.

Dubitatio Prima. Quod nam sit diuisum in diuisione substantiæ in primam, & secundã, & an data diuisio sit Generis in Species? pag. 416.
Dubitatio secunda. an diffinitio, quam Arist. tradit de Prima substantia, sit sufficiens? pag. 429.
Dubitat. tertia. V. diffinitio de Secunda substantia sit perfecta? pag. 430.

## Articuli tertij de Proprietatibus substantiæ

Dubitationes tres.

Dubitat. prima. V. substantia sit aliquid contrarium? pag. 431.
Dubitat. 2. V. substantia suscipiat magis, & minus? pag. 434.
Dubit. 3. V. sola prima substantia sit susceptiua contrariorum? pag. 437.

## Quæstionis Tertiæ de Quantitate

Articuli quatuor.

Articulus primus de Quantitate in communi pag. 439.
Artic. 2. de Quantitate continua pag. 443.
Artic. 3. de Quantitate discreta pag. 473.
Artic. 4. de proprietatibus quantitatis. pag. 480.

## Articuli primi de Quantitate in communi

Dubitationes Decem.

Dubitatio Prima. V. Genus generalissimũ in hoc Prædicamento sit quantitas in abstracto? pag. 443.
Dubit. 2. Quæ nam sit ratio formalis quantitatis, ratione mensuræ, vel diuisibilitas, vel extensio partium? pag. 443.
Dubit. 3. V. Essentia quantitatis sit extensio partium in ordine ad totum, vel in ordine ad locum? pag. 446.
Dubit. 4. V. Essentia partium in ordine adsit, sit in ordine ad totum constituat aliam à quantitate? pag. 470.
Dubitat. 5. V. Quantitas essentialiter differat à substantia? p. 471.
Dubit. 6. V. Res, quæ est substantia, possit suscipere rationem Quantitatis & contra; p. 475.
Dubitat. 7. V. substantia, quæ secundum essentiam est simplicissima indiuisibilis, habens modum quantitatiuum, possit dici realiter diuisibilis? pag. 478.
Dubitat. 8. V. Quantitas secundum dici, seu ea habens modũ quantitatiuum, sit diuisibilis in infinitum? pag. 482.
Dubit. 9. V. Motus sit Quantitas? pag. 484.
Dubit. 10. V. Diuisio Quantitatis in continuam, & discretam sit Generis in species? pag. 491.

Arti-

## Articuli 2. de Quantitate continua.

Dubitationes Tres.

Dubit. prima V. Quantitas continua bene dividatur in lineam, superficiem, & corpus? pag. 457
Dubit. 2. V. Tempus sit Quantitas continua? pag. 462.
Dubit. 3 V. Locus & Species quantitatis continuæ? pag. 470.

## Articuli tertij de Quantitate Discreta

Dubitationes Duæ.

Dubit. Prima. V. Unitas, quæ est principium numeri, constet cum hinc? pag. 475.
Dub. 2. V. Unitas quæ est principium quantitatis discretæ, sit quid positivum, & quomodo differat ab ente, quod convertitur cum ente? pag. 475.
Dubit. 3. V. Unitas quæ est Principium numeri sit Quantitas? pag. 478.
Dubit. 4. V. Numerus sit ens reale extra animam? pag. 479.
Dubitat. 5. V. Numerus sit unum ens per se, ita ut constituat propriam speciem Quantitatis discretæ? pag. 482.
Dubit. 6. V. forma numeri sit ultima Unitas? pag. 485.
Dubitat. 7. V. Numerus, qui est Species quantitatis discretæ, sit in substantijs spiritualibus? p. 487.
Dubit. 8. V. Numerus, & Oratio sint duæ Species quantitatis discretæ, essentialiter distinctæ? pag. 489.

## Articuli quarti de Proprietatibus Quantitatis.

Dubitationes duæ.

Dubitat. prima V. Verum sit, Quantitatem non habere contrarium pag. 495.
Dubit. 2. V. Divisibilitas, & Mensurabilitas sint Proprietates Quantitatis? pag. 498.

## Quæstionis Quartæ de Relatione

Articuli Tres.

Articulus Primus de Relatione secundum se? pag. 497.
Articulus 2. de Relatione per comparationem ad fundamentum? pag. 513.
Artic. 3. de Relatione per ordinem ad terminum? pag. 538.

## Articuli Primi de Relatione secundum se

Dubitationes quinq

Dubitatio Prima V. Relatio constituat Speciale Prædicamentum, distinctum ab alijs? pag. 495.
Dubitat. 2. V. supposito, quod Relatio constituat Speciale Prædicamentum, talis Relatio sit realis? pag. 498.
Dubit. 3. V. in aliqua subiecta possit advenire una Relatio realis, sine subiecti mutatione? pag. 501.
Dubit. 4. Quodnam sit fundamentum

Generibus Prædicamenti Relationis? pag. 505.
Dubitat. 5. V. Diffinitio Relationum ab Aristotele tradita, sit perfecta? pag. 508.
Dubit. 6. Quotuplex sit Relatio in Genere? pag. 508.
Dubitat. 7. V. Relatio realis secundum se dicat perfectionem? pag. 510.
Dubitat. 8. V. Inter ens, & non ens sit Relatio realis? 512.

## *Articuli secundi de Relatione in ordine ad fundamentum*

### *Dubitationes quatuor.*

Dubit. prima V. Substantia possit esse immediatum fundamentum Relationis? pag. 514.
Dubit. 2. V. una Relatio possit esse fundamentum alterius Relationis? pag. 518.
Dubit. 3. V. Quantitas, Qualitas, Actio, & Passio fundent Relationem Rationis? pag. 522.
Dubit. 4. V. Quælibet Relatio realis realiter distinguatur à fundamento? pag. 524.

## *Articuli tertij de Relatione per Comparationem ad Terminum*

### *Dubitantes Tres.*

Dubit. Prima V. Relatio specificationem, & diffinitionem specificam sumat à termino? p. 529.
Dubit. 2. V. ad multiplicationem numericam terminorum multiplicentur Relationes numero? pag. 532.
Dubit. 3. V. Terminus Relationis sit formaliter absolutus, an formaliter respectivus? pag. 536

## *Quæstionis quintæ de Qualitate*

### *Articuli Tres.*

Articulus Primus, de Qualitate secundum se. pag. 540
Articulus 2. de Speciebus Qualitatis? pag. 548.
Articulus 3 de Proprietatibus Qualitatis. pag. 557.

## *Articuli Primi de Qualitate secundum se*

### *Dubitantes Tres.*

Dubitat. Prima. V. Qualitas sit Genus Generalissimum, ita ut dicatur vniuoce de omnibus speciebus Qualitatis? pag. 541.
Dubit. 2. V. Qualitas merito recte à Philosopho diffinita? pag. 545.
Dubitat. 3. V. quod est directè in Prædicamento Qualitatis, possit pertinere ad aliud Prædicamentum? pag. 546.

## *Articuli 2. de Speciebus Qualitatis*

### *Dubitantes Quatuor.*

Dubit. prima. An Habitus & dispositio sint vna Species Qualitatis? pag. 549
Du-

Dubit. 2. V. Naturalis potentia, & impotentia sint tantum vna Species Qualitatis. pag. 551.
Dubit. 3. V. Passio, & Passibilis Qualitas sint vera Species Qualitatis, & an vna, vel duæ? pag. 552.
Dubit. 4. V. Forma, & figura constituant duas Species Qualitatis. pag. 555.

## Articuli tertij de Proprietatibus Qualitatis

Dubitationes duæ.

Dubit. Prima. An Qualitas habeat contrarium. pag. 557.
Dubit. 2. V. Qualitas suscipiat magis, & minus? pag. 558.

## Quæstionis Sextæ de Sex vltimis Prædicamentis

Articuli sex.

Articulus Primus de Prædicamento Actionis. pag. 559.
Articulus 2. de Prædicamento Passionis. pag. 563
Artic. 3. de Prædicamento Quando. pag. 564.
Articulus 4. de Prædicamento Vbi. pag. 570.
Articulus 5. de Prædicamento Situs. pag. 575.
Art. 6. de Prædicamento Habitus. pag. 576.

## Articuli primi de Prædicamento Actionis

Dubitationes Tres.

Dubit. prima. V. Actio sit Ens Generalissimum, distinctum a Passione? pag. 580.
Dubit. 2. V. Actio sit Accidens extrinsecus adueniens, & quæ nam sit eius ratio formalis pag. 581.
Dubit. 3. Quæ nam sint Proprietates Actionis Prædicamentalis? 583.

## De Prædicamento Passionis

Dubitatio Vnica.

V. Passio constituat per se Prædicamentum, distinctum à cæteris, & quæ nam sit eius Quidditas? 585.

## De Prædicamento Quando

Dubitationes Sex.

Dubit. prima. An Quando constituat speciale Prædicamentum? 587.
Dubit. 2. Quid sit Quando essentialiter, & quidditatiue? pag. 595.
Dubit. 3. Quotuplex sit Quando, siue sit tantum detur Quando simplex, & quando compositum, & an Quando habeat species, de quibus prædicetur? pag. 603.
Dubit. 4. V. Quando sit in eodem Subiecto cum Tempore, à quo distinguitur? pag. 571.
Dubitat. 5. V. Quando sit in omni Ente creato? pag. 573.
Dubitat. 6 Quot, & quænam sint proprietates Quando? pag. 577.

## De Prædicamento Vbi

Dubitationes quatuor.

Dubit. 1. Quæ nam sit ratio formalis constitutiua huius Prædicamenti Vbi? pag. 579.

Dubit. 6. An Dictio Vbi simplex & incomplexa quæ nam sint Species, de quibus tractatur Vbi? pag. 281.
Dubit. 7. An possit dari aliqua dictio categoriæ Vbi? pag. 284.
Dubit. 8. Quænam sint proprietates Vbi? pag. 285.

## De Prædicamento Situs

### Dubitationes duæ.

Dubit. prima. An Situs constituat Speciale Prædicamentum, & quænam sint eius Species? pag. 286.
Dubit. 2. Quænam sint proprietates Situs? pag. 289.

## De Prædicamento Habitus.

### Dubitationes duæ.

Dubitatur 1. An Habitus sit Prædicamentum Speciale, & quot sint eius species? pag. 290.
Dubit. 2. Quænam sint Proprietates Habitus? pag. 295.

## Disputatio Septima de Post Prædicamentis

### Articuli quinque.

Art. 1. de Oppositis. pag. 300.
Art. 2. de Motu? Vtrum? pag. 303.
Art. 3. de Post Prædicamento Simul? pag. 309.
Art. 4. de Quarto Post Prædicamento Motus. 403.
Art. 5. de Modo Habere. 604.

## De Oppositis

### Dubitationes tres.

Dubitatur Prima. 1. Oppositio Contradictoria sit Ens aliquod? pag. 505.

## De Modo Prioris, & Posterioris

### Dubitatur Vnica.

V. Verum si quod Omnis causa sit prior sua effectu? 549.

## De Post Prædicamento Simul

### Dubitatur Vnica.

V. Opposita præsertim contradictoria pro vno, & eodem tempore possint esse simul. 601.

## De Post Prædicamento Motus

### Dubitatur Vnica

V. Motus sit post Prædicamentum? pag. 603.

## De Post Prædicamento Habere

### Dubitatur Vnica

Quænam distinctio sit inter Habere, quod est vltimum Prædicamentum, & Habere, quod est post Prædicamentum? pag. 644.

## Disputatio secunda de Ente Diuiso

### Quæstiones tres.

Quæstio prima de Diuisione Entis, pag. 656.

Quæ-

Quæstio 2. de Conceptu entis. pag. 693.

Quæstionis Primæ de Distinctione Entis
Actualis Duo.

Art. 1. Quotuplex sit Divisio Entis pag. 694.
Art. 2. Qualis sit Divisio Entis pag. 714.

Articuli Primi de Multiplici Distinctione Entis
Disputatio Una.

Dubitat. 1. Quænam sit prima, & præcipua Entis Divisio. pag. 727.
Dubitat. 2. An Ens creatum dividatur in Ens Increatum, & Ens creatum. pag. 730.

Articuli 2. de Qualitate Divisionis Entis
Disputatio Tres.

Dubitat. 1. V. Divisio Entis in Ens Reale & Ens Rationis sit æquipollens? pag. 736.
Dubit. 2. V. Ens præscindens ab omni Esse, quale dicitur esse Ens Rationis? pag. 746.
Dubit. 3. V. Ens præscindens ab omni Esse, non comprehendit de omnibus Entibus? pag. 752.

Quæstionis Secundæ de Conceptu Entis
Articuli Primi de Conceptu Entis
Disputatio Una.

Dub. 1. V. Conceptus Objectivus entis sit unicus pag. 813.
Dub. 2. V. Conceptus formalis entis sit etiam unus? pag. 824.

Articuli 2. de Abstractione Entis
Disputatio Una.

V. Conceptus objectivus entis sit simpliciter primus Entis inferiorum pag. 837.

Tertij Tractatus de Ente Metaphysico quatenus Ens
Disputationes Duæ.

Disput. 1. de Ente Metaphysico quatenus primum subjectum pag. 853.
Disput. 2. de Passionibus entis pag. 879.

Disputationis Primæ de Ente Metaphysico re-

Quæstiones duæ.

Quæstio 1. Quodnam sit Ens Methaphisicum? 633.
Quæstio 2. Quid essentialiter sit Ens Methaphisicū. 636.

## Quæstionis Primæ de Obiecto Methaphisicæ

### Articuli Duo

Art.1. Quod nam sit Totius Methaphisicæ adæquatum Obiectum? 633.
Art.2. de Illo, quæ Methaphisica consequitur ex suo Obiecto. &c.

## Articuli Primi de Obiecto Methaphisicæ

### Dubitationes Sex

Dub.1. V. Ens Vniuersalissimè sumptum, quatenus comprehendit entia realia; & rationis, sit Obiectum Methaphisicæ? 634.
Dub.2. V. Ens reale, prout completitur ens per se, & ens per accidens; sit obiectum Methap. 636.
Dub.3. V. Substantia saltem immaterialis sit adæquatum obiectum Methaphisicæ? 638.
Dub.4. V. Solus Deus sit Obiectum Methaphisicæ? 641.
Dub.5. V. Methaphisica esse perfectior, & nobilior: si Deum esset eius Obiectum principale primo, & per se, & per omnem modū. 643.
Dub.6. V. Ens Reale in quantum ens sit adæquatum Obiectum totius Methaphisicæ? 645.

## Articuli 2. de Hisque consequitur ex suo Obiecto

### Dubitationes duæ,

Dub.1. V. Methaphisica per hoc, quod considerat ens, inquantum ens, habeat etiam agere de omnibus rebus secundum proprias earum rationes? 650.
Dub.2. V. Methaphisica à suo Subiecto habeat, quod sit vna? 655.

## Quæstionis secundæ de Principijs constituentibus Ens Methaphisicum

### Articuli Tres.

Art.1. de Rerum Essentijs, seu de Primo Principio Entis Methaphisici, quod est Essentia. 656.
Art.2. de Rerum Existentijs, seu de alio Principio Entis Methaphisici, quod est Esse. 668.
Art.3. de Essentia, & Existentia, sibi inuicem comparatis. 694.

## Articuli Prioris de Primo Principio Entis Methaphisici quod est Essentia

### Dubitationes Sex

Dub.1. V. Essentia antequam existat, sit putum nihil, itaut nullam habeat rationem entis? 657.
Dub.2. An Essentia, prout præscindit ab esse, sit ens actu extra Deum? pag. 660.
Dub.3. V. Essentia rei possibilis antequam ponatur in esse, sit in se ipsa

ipsa per se actualem, impartici
patam, & independentem? 663.
Dub. 4. V. omnes rerum essentiæ
sint æqualis perfectionis? 664.
Dub. 5. V. inter duas essentias, vel
duas Species immediatas possit
esse Species media? 665.
Dub. 6. V. Rerum essentiæ sint sein
numeri, ut sicut non intercipi
tur dua Species numerorum, æ
qualiter distantes ab Vnitate, ita
nec intercipiatur dua essentiæ, æqua
liter distantes à primo Ente. 667.

## *Articuli 2. de Alio Principio Entis Metaphisici, quod est Existentia*

Dubitandi sex.

Dub. 1. Quid sit esse existentiale, an Existentia sit Substantia, vel accidens? 669.
Dub. 2. V. Fieri dicto, quæ est Accidens, possit esse in aliquo Subiecto sine ullo esse existentiæ? 671.
Dub. 3. V. Aliqua Creatura possit esse causa alicuius effectus, ut sit Ens, & ut habeat esse? 675.
Dub. 4. V. Creatio Substantiæ sit idem, quod esse eius? 677.
Dub. 5. V. esse formæ Accidentalis sit idem cum ipsa forma? 681.
Hic explicantur sex dubia difficilia ad Quantitatis essentiam pertinentia. 683.
Dub. 6. V. Vnitas rei unicum sit esse? pag. 691.

## *Articuli 3. de Esse, & Essentia, sibi invicem comparatis*

Dubitandi quinque.

Dub. 1. V. in omni ente creato essentia, & existentia realiter distinguantur? 695.
Dub. 2. V. Aliqua essentia sit habens per indifferentiam ad esse, & ad non esse? 701.
Dub. 3. V. possit creari esse sine omni essentia? 703.
Dub. 4. V. si essentia non differret realiter ab esse, posset creatura annihilari? 707.
Dub. 5. V. si essentia non distingueretur realiter ab existentia, creatura à Deo procederet liberè? 711.
Dub. 6. V. Existentia sit perfectior quam essentia, vel è contra? 713.

## *Disputationis Vltimæ de Passionibus Entis*

Quæstiones 4.

Quæstio 1. de Prima Entis passione, & de Vnitate. 715.
Quæstio 2. de Secunda Entis passione nempe de Veritate. 745.
Quæstio 3. de vltima entis passione omnium de Bonitate. 754.

## *Quæstionis 1. de Prima entis Passione, quæ est Vnitas.*

Articuli Tres.

Art. 1. de Vnitate transcendentali. 716
Art. 2. de Vnitate Individuali. 721.
Art. 3 de Distinctionibus rerum. 788.

## *Articuli Primi de Vnitate transcendentali*

Du-

Dub. 1. An detur aliquod Bonum quod efficaciter cum ente creato.
Dub. 2. In quo constitat ratio formalis Vnitatis Entis? an Unitas addat aliquid supra ens absquod politum vel negatum.

## Articuli 2. de Vnitate Individuali

Dubitandi quinque.

Dub. 1. Quod nam sit Principium Individuationis in substantijs materialibus?
Dub. 2. V. Omnia Individua substantialia extra Quantitatem individuentur a Subiecto?
Dub. 3. V. Quantitas individuetur per se ipsam independenter ab omni Subiecto?
Dub. 4. V. Individuatio in Accidentibus corporalibus fit ab accidente vel Substantia?
Dub. 5. Quod nam sit principium Individuationis Substantiarum spiritualium, & an in Substantijs Spiritualibus detur Individuatio de Accidente?

## Dubitationis primæ de Principio Individuationis in Substantijs Corporalibus

Subdubitandi Duo sunt.

Subdub. 1. V. an Substantia prima materialis detur. Principium Individuationis sit sola materia?
Subdub. 2. V. in Entibus Corporalibus sit præter materiam Individuationis principium de sola forma Substantiali?
Subdub. 3. V. In Entibus Corporali bus Accidentia sint Principium Individuationis?
Subdub. 4. An Materia Signata Quantitate sit Principium Individuationis in Accidentibus corporalibus?

## Articuli tertij de Distinctionibus rerum

Dubitandi Tres.

Dub. 1. An inter distinctionem realem & rationis detur aliqua distinctio media?
Dub. 2. An distinctio realis ratione distinguatur a distinctione rationis?
Dub. 3. V. distinctio realis & rationis detur præcisa ex parte fit mobr alterius?

## Quæstionis secundæ de alia Entis Passione s. de Veritate.

Articuli duo.

Art. 1. V. Veritas sit?
Art. 2. Quid Veritas sit?

## Articuli primi de Existentia Veritatis

Dubitandi Tres.

V. Veritas sit in rebus, vel habeat esse tantum in Intellectu?

## Articuli secundi de Quidditate Veritatis

Dubitandi Tres.


dub.

Dub. 2. V. Verum adæquetur cum Ente, ita vt omne Ens sit verum, & è contra? pag. 749.
Dub. 3. An Ratio formalis Veritatis sit Relatio rationis ad Intellectum? 751.
Dub. 4. V. Veritas formaliter sit ipsa quædam Scientia? 753.

## Quæstionis Tertiæ de Bonitate

### Articuli duo.

Art. 1. de Quidditate Bonitatis. 754.
Art. 2. de Diuisione eiusdem. 756.

## Articuli primi de Quidditate Bonitatis

### Dubium Vnicum.

V. Ratio formalis Bonitatis sit tantum Relatio rationis ad Appetitum? pag. 756.

## Articuli secundi de Diuisione Bonitatis

### Dubium Vnicum.

An diuisio Bonitatis in Vtilem, delectabilem, & Honestam sit sufficiens: & an sit Analoga, vel Vniuoca? 757.

# DISPVTATIONVM PRIMAE PHILOSOPHIAE, QVÆ EST METHAPHISICA

## Proœmium, & Totius Operis Diuisio.

PECTATO ordine Doctrinæ quo ad nos: vltimo loco esset explicanda hæc Principalis Philosophiæ Pars, nedum quia ipsum connenit: Methaphisicam vocant, quasi post Phisicam, quia post Phisicas scientias tractari solet, sed etiam quia agit de rebus vniuersalissimis, & à nostris sensibus remotissimis: quæ licet secundùm se sint maximè intelligibles, & notissimæ, præsertim quo ad Quæstionem an sint, Quid tamen sint, & quas Proprietates habeant, id nobis difficile satis est cognitu: in quo sensu loquitur Aristot. 1. Methaphis. cap. 2. Vniuersalissima esse cognita difficillima. Quia tamen hic non ordinem Doctrinæ quo ad nos intendimus sequi: sed Ordinem doctrinæ quem ex natura sua seruant inter se Partes Philosophiæ, ideo primo loco Methaphysicam aggredimur pertractandam tanquam Primam Philosophiam, quæ & supra res Phisicas se eleuat, atque dignitate res phisicas antecellit; & aliquo modo omnium Scientiarum Principia cõfirmat, eaeisque rationes transcendentales declarat, sine quarum cognitione vix potest vlla alicuius scientia aliquid exactè tractari.

Adiungi potest, quia Methap. singularem habet connexionem cum Dialectica, quæ præcidaneo omnibus alijs scientijs præferri necessario debet: si enim Logica formam diffiniendi præscribit: Methap. peculiari ratione habet cognoscere essentias, &

quid ditates rerum, quæ per Definitiones explicantur: Et ſi Dialectica tradit leges, & conditiones Definitionis: ad Methaphyſicam ſpectat agere de variis diſtinctionibus rerum, in quibus illæ conditiones fundantur: aliàs adeò dum Methaph. tradit, quid ſit ens, cuiuſque rei Eſſentia, & varias rerum Diuiſiones oſtendita plurimum cõferet ad perfectam Diſtinctionem adæquatam: atque illuſtrabit adiecta. In concludenda tandem Argumentatione, nulli dubium eſſe debet. Quia Methaph. ſcientiam habet tam ex parte Materiæ, quam ex parte formæ, ex parte quidem materiæ quia dum Methaph. diſtinguit omnium entium rationes, & generationes, declarat omnium rerum eſſentias; materiam ſubminiſtrat demonſtrandi, vnde ſingulæ declarare, quales eſſe debeant extrema, & media Demonſtrationis: ex parte vero formæ, quia Methaphyſica oſtendit omnia principia, in quibus nititur omnis recta formula arguendi.

Denique addi poteſt, quod facilitari modo poſſit aduersus Methaph. tradentur cæteræ ſcientiæ, vt pote quia earũ cognitio à Methaph. cognitione adiuuabitur: & quamuis Methaph. difficilior ſit, quatenus abſtrahit ab ſenſibus, valde remota; hæc tamen maior difficultas compenſatur facilè poterit tamen ab vniuerſalitate rerum; quia vniuerſalissima notiora ſunt naturaliter nobis vniuerſalibus. Non ſine ergo rationabili fundamento in hoc Primi Tomo ipſâ Primam Philoſophiam, quæ eſt Methaphyſica, explicandam aggrediemur.

Quia tamen ens Methaphiſicum, quod eſt Totius Methaph. adæquatum obiectum, eſt illud ens, quod diuiditur in decem Genera, (vt optime Ægidius docet q. 8. libri 2. Meth. ad p. argum.) & hoc non eſt ens in tota ſua latitudine ſumptum, (vt idem docet ibidem) ſed ens ad mixtum ex potentiâ, & actu: propterea non poterimus ad plenam totius Entis Methaph. Intelligentiam peruenire, niſi prius agamus de ente Methaph. quatenus diuiditur in decem Predicamenta: & tandem de ipſomet Ente, quatenus Ens: Diuidemus ergo hũc Primum Tomum in tres principales Tractatus. Et in primo agemus de Ente Methaph. quatenus eſt quodam compoſitum compoſitione Logica, ſiue Rationali. In ſecundo de eodem Ente, quatenus diuiditur in ſupremæ decem Genera. In Tertio tandem de Ente Methaph. quatenus ens, & quatenus eſt compoſitum compoſitione reali ex Eſſentia, & eſſe.

TO-

# TOTIVS OPERIS
## Tres Tractatus.

*Tractatus Primus. De Ente Methaphysico, quatenus est Quodã Compositum compositione Rationali ex Principijs Intrinsecis, & extrinsecis.*

*Tractatus Secundus. De Ente Methaphysico, quatenus dividitur in Suprema Decem Genera.*

*Tractatus Tertius. De Ente Methaphysico, Quatenus Ens, & ut est compositum compositione Reali ex Essentia, & Esse.*

## TRACTATVS PRIMVS
## DE ENTE METHAPHYSICO QVATENVS EST QVODAM Compositum Compositione Logica, seu Rationali ex Principijs intrinsecis, & extrinsecis.

ENS Methaphysicum, quatenus est Quodam Compositum Compositione Rationali; ab Intellectu fingitur ex Specie no minatur; cuius Principia, tam intrinseca, vt Genus, & Differẽtia, quam extrinseca, vt Proprium, & Accidens, sunt Naturæ Quædam Vniuersales, beneficio Intellectus Agentis abstractæ, Quæ

Secundæ Intentiones communi vocabulo nuncupantur: nondum poterimus ergo Entis Metaphysici quatenus est Quoddam Cōpositum, completam notitiam consequi; nisi prius de secundis Intentionibus differamus. & deinde de Vniuersalibus; tam in Communi, quam in Particulari.

Et quia secundæ Intentiones, siue & Vniuersalia sunt Entia Rationis, & Opera Intellectus nostri; de quibus tantummodo Proprius noster est Logici pertractare; idcirco nec poterimus facilem, ac perfectam de Ente Rationis, secundisq; Intentionibus Intelligentiam adipisci; nisi prius de Operibus Intellectus, ipsi; omnibus, quibus Logica vtitur, ad eadem opera dirigenda, vtpote compendio, malloque satisfaciendum Nostris accommodatos, discutiamus: & postea de Natura, & Attributis Logicæ; ad quam solummodo de eadem Intellectus operibus pertinet, pertractare; vsque Prohemiali Disputatione concludamus. Diuidemus igitur hunc Priorem Tractatum in Quoddam Introductorium Logicale, & in Quatuor Præcipuas Disputationes.

---

PRIORIS TRACTATVS

# INTRODVCTORIVM Logicale, & Quatuor Disputationes.

*Introductorium Logicale. De Operibus Intellectus, Instrumentisq; Logicalibus. Quibus Eadem Intellectus Opera Dirigantur.*

*Disputatio Prima Prohemialis. De Natura, & Attributis Logicæ.*

*Disputatio Secunda. De Ente Rationis, secundisque Intentionibus.*

*Disputatio Tertia. De Vniuersalibus in Communi.*

*Disputatio Quarta. De Vniuersalibus in Particulari.*

---

IN-

# INTRODVCTORIVM LOGICALE.

## IN QVO DE OPERIBVS INTELLECTUS, Instrumentisq; Logicalibus, Quibus Logica vtitur, tum Proaperiendis Tyronum Ingenijs; tum etiam proeisdem Intellectus Operibus regulandis, summa facilitate tractatur.

Operatio intellectus triplex.

PEr ationes Intellectus Nostri, Quę sunt actiones vitales, procedentes ab intellectu, tanquam à Principio vitę; docet Philosophus 3. de Anima, & Noster Æquinas in eius in expositione de Prima lib. Perihyermenias, non sunt nisi Tres. Prima dicitur simplicium Apprehensio: & est distincta cognitio alicuius rei cum suis simplicibus prędicatis; nihil affirmando, vel negando de illis; vt Quando Intellectus concipit hominem, cuiusque simplicia prędicata, scilicet substantiam, Corpus, Viuens, &c. & non affirmat esse, vel non esse;

Prima operatio Intellectus.

Secunda dicitur Iudicium, seu apprehensarum Quidditatum compositio, & est duplex, alterum Iudicium dicitur affirmatiuum, seu compositionem, & est quando Intellectus iudicat, aliquod prędicatum conuenire subiecto, & facit Propositionem affirmatiuam: vt Quando Intellectus iudicat, Rationalitatem conuenire homini; & facit hanc Propositionem affirmatiuam; Homo est Rationalis. Aliud Iudicium est negatiuum seu diuisiuum, & est Quando Intellectus iudicat, aliquod Prędicatum non conuenire subiecto, & facit Propositionem negatiuam; vt Quando Intellectus iudicat, Rationalitatem non conuenire equo, & facit hanc propositionem negatiuam. Æquus non est Rationalis.

Secunda de operatione Intellectus.

Tertia tandem Intellectus Operatio dicitur Discursus, & est quando Intellectus ex vno Iudicio ante facto, vel Affirmatiuo, vel

Tertia Intellectus operatio.

Tota necessitas Logices propter potentialitatem Intellectus nostri.

vel negatiuo, colligit aliquam Veritatem, vt quia iudicauit Rationalitatem non conuenire equo, & fecit hanc Propositionem negatiuam, Equus non est rationalis: colligit hanc affirmatiuam, Quidquid equus non est homo.

Ad regulandas has tres Nostri Intellectus Operationes ipsa Logica Triam Instrumentorum vsu plura considerat: sed profecto tota necessitas Logices est propter potentialitatem eiusdem intellectus, (vt satis docet habet Aegidius in Prolog. Poster. lect. 6.) Ideo Totam Logicam, & hoc præsertim Introductorium diuidemus in Tres tantum principales partes, iuxta numerum Operationum Intellectus, & Triam Principalium Instrumentorum, Quibus ipsa Logica vtitur, ad eadem Operationes dirigendas. In Prima Parte agemus de Dictionibus & Terminis, atque etiam de vocibus simplicibus, quibus dirigitur Prima operatio Intellectus; & de quibus Arist. agit in libris Prædicamentorum. In Secunda prosequemur de Diuisione, & Propositione, quibus perficitur secunda Operatio Intellectus, & de quibus idem Philosophus in libris Perihyermeniarum. In Tertia tandem parte agemus de omni Argumentatione, qua dirigitur Tertia Intellectus Operatio: & quicquid Aristoteles diffusè pertractat in libris Priorii, Posteriorum, Topicorum, & Elenchorum. Nos tantem in hujus Introductorii Tertia Parte quam breuissimè persoluemus.

# TOTIVS INTRODVCTORII Logicalis.

## TRES PARTES.

*Pars Prima. De His, quibus dirigitur Prima Intellectus Operatio.*

*Pars Secunda. De His, quibus regulatur secunda Opus Intellectus.*

*Pars Tertia. De His, quibus perficitur Tertia Actus Intellectus.*

PARS

# PARS I.

## De His, Quibus dirigitur Prima Operatio Intellectus.

INTER ea, quibus dirigitur Prima Noſtri Intellectus Operatio, præcipuũ locum tenet Diffinitio, Quæ cum conſtet ex pluribus vocibus, & ab Ariſtot. 1. Topic. cap. 4. appelletur Terminus: nunc poterit exactè explicari, niſi prius de Vocibus, deinde de Terminis, quantum præſtudentibus Nouitijs erit neceſſe, pertractemus: diuidemus igitur Priorem hanc partem in Tria tantum ſequentia Capita.

### PARTIS PRIORIS
### Tria Capita.

| | |
|---|---|
| *Caput I.* | *De Vocibus.* |
| *Caput II.* | *De Terminis.* |
| *Caput III.* | *De Diffinitione.* |

### CAPVT PRIMVM
### De Vocibus.

DE Vocibus ſpecie propriè pertinet ad Philoſophos, & præcipuè ad libros de Anima: & propterea Ariſtot. in libris Perihermen. non diffinit Vocem, quæ eſt Genus Nominis, & orationis, ait quia Diffinitio, quæ eſt primum Logicæ inſtrumentum, conſtat ex pluribus Vocibus, ideo non eſt minutiſſimè, in tribus huius Capitis Dubitationibus breuiter aperire, Quid, & Quotuplex ſit Vox, & Quæ ſint ſignificata Vocis.

### PRIORIS CAPITIS
### Tres Dubitationes.

*Dubit. I.* Quid ſit Vox
*Dubit. II.* Quotuplex ſit Vox
*Dubit. III.* Quæ ſint ſignificata Vocis?

### DVBITATIO PRIMA
### Quid ſit Vox?

1 A B Ariſtotele lib. 2. de Anima cap. 2. ſic diffinitur Vox. Eſt ſonus ex Ore animalis prolatus, certis quibuſdam naturalibus inſtrumentis efformatus, cum inſtituto aliquid ſignificandi. Sonus ponitur loco generis, quia quilibet motus duorum Corporum ſolidorum, ſibi inuicem percutientium, dicitur Sonus; Ex ore animalis prolatus, ponitur loco differentiæ, quia non quicunq; ſonus eſt Vox, ſed tantum ille, qui profertur ex ore animalis: unde ſonus Tibiæ, Buccinæ, &c. ſolum per ſimilitudinem dicitur Vox; cum carent diſtinctione ſyllabarum, quæ eſt proximum genus Vocis: dicitur eadem quibuſ-

Vox tã eſt ſonus Animalis.

bus dam naturalibus instrumentis efformatus, quia Vox est sonus Animalis factus ab aere, per respirationem emisso à Pulmone vsque ad Guttur: Vnde Vox non fit nisi solum ab animalibus, respirationem habentibus; & a solo Homine dearticulatam linguam, dentibus, & Palato, ceterisque instrumentis, ad dearticulationem concurrentibus: & sic Pisces non emittunt vocem, cum sera Vocem non emittant, cum Gaffure, ac respiratione careant. Dicitur demum, cum instituto aliquid significandi vt Vox distinguatur à ceteris sonis, qui fiunt quidem eisdem animalium instrumentis: sed propriè voces non sunt: cum nihil significent; vt tussis, Sybilus, & similia, & propterea Arist. in textu 5. citato inquit, significativus quidem sonus est Vox: Quotiescunque ergo aer trahitur per respirationem à Pulmone vsque ad Guttur, sine immaginatione ad aliquid significandum; ille quidem dici potest sonus: sed propriè non est Vox nisi per similitudinem.

Pisces non emittit vocem

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quotuplex sit Vox?*

1 VTrùm vox dicat Genus, an Species? Dicendum primo loco illa divisio communis: Quæ dividit Vox in significativam, & non significativam, & priorè nempe significativam dicunt esse sonum, ex ore Animalis prolatum, cum instituto aliquid significandi; posteriorem verò, dicunt esse sonum, prolatum ex ore Animalis sine instituto aliquid significandi.

2 Ceterum hæc prior Vocis divisio stare non potest cum eadem Vocis Diffinitione; à Philosopho tradita secundo de Anima c. 8. & à nobis superius explicata: nam si quælibet Vox debet esse significativa internorum conceptuum; non benè dicitur, quòd aliqua Vox non sit significativa, sicuti si aliqua scriptura non est significativa Vocum, talis propriè Scriptura dici non potest: cum propriè sit caracter, & impropriè tantum seu per similitudinem, & Analogiam Scriptura seu littera dici possit: quando ergo aliquis sonus profertur ex ore animalis sine instituto ad aliquid significandum, ille quidem propriè sonus est; sed propriè non est vox, nisi tantum impropriè, & per similitudinem; relicta ergo hac vocis Divisione.

3 Prima, & Principalis Vocis Divisio est in Vocem significativam naturaliter, & in vocem significativam ad placitum; Vox significativa naturaliter est illa, quæ apud omnes nationes semper idem significat: vt Hominum Plorare, latrare canum, &c. qui licet non sint voces significativæ literæ, & dearticu-

lare

tæ, fuerunt tamen voces significatiuæ inarticulatæ; & apud omnes nationes semper demonstrant aliquem mœrorem, & angustiam. Vox vero significatiua ad placitum non significat apud omnes idem, vt hæc vox (Batone) apud nos significat Dominum terræ, sed apud Romanos est nomen vilipendij, & idem sonat, ac furfante.

Obiec. 4 Sed contra hanc primam Vocis Diffinitionem Dicet ex Aristotele in 3. De Anima text. 48. & etiam de partibus animalium, lingua in duobus congruit cum opere naturæ loquutio, & in loquutione ergo loquutio est opus naturæ, & ex consequenti omnis vox est naturalis: ergo nulla vox est ad placitum.

Solet. Aegid. 5 Respondetur cum Ægidio in Quolib. 1. q. 16. quod vox, seu sermo, & loquutio dupliciter potest considerari, primo vniuersaliter seu secundum communem considerationem: & hoc modo omnis loquutio, & omnis vox est naturalis, quia naturale est homini loqui: & sic intelligendum est Aristoteles, quando ait, quod gustus, & loquutio sunt Opera naturæ: secundo potest vox considerari secundum hunc, vel illum modum: & in hoc sensu loquutio est ad placitum, quia non omnes homines loquuntur vno, & eodem modo: & propterea bene dicitur vox significatiua naturaliter, & in significatiuam ad placitum.

6 Secunda Diuisio est vocis significatiuæ ad placitum in vocem complexam, seu compositam: & in vocem incomplexam seu simplicem. Vox simplex, & incomplexa est illa, quæ vnica tantum Dictione constat, vt homo, Animal &c. Composita vero est illa, quæ constat pluribus Dictionibus, vt homo albus, Iudex Iustus &c. Vox complexa & incomplexa.

7 Tertia Diuisio Vocis est in Vocem primæ impositionis seu primæ Intentionis, & in vocem secundæ Intentionis. Vox primæ Intentionis est illa, quæ aliquid significat ante omnem Operationem Intellectus, vt lapis, Animal. Vox vero Secundæ Intentionis est illa, quæ in tantum significat, in quantum per operationem Intellectus efformatur, vt Genus, Species, quæ dicuntur etiam Entia rationis, & non significant nisi dependenter ab Intellectu. Vox Primæ Intentionis, & secundæ

8 Quarta Vocis Diuisio est in Vocem particularem, & vniuersalem: particularis est illa, quæ tantum significat vnicum rem, vt Petrus. Vniuersalis vero est illa, quæ continet sub se plura, vt Animal, Homo.

9 Quinta Diuisio est Vocis Vocis vniuersalis, in Vocem vniuersalem vniuocam, æquiuocam, & in Analogam. Vox vniuoca est illa, quæ plura significat, & pluri-

nibus conuenit secundum nomen, & secundum significationem eiusdem nominis, vt hæc vox Homo dicitur vniuersalis vnīoca in ordine ad Petrum, Paulum, &c. Vox vero æquiuoca est illa, quæ competit pluribus tantum secundum nomen: ratio vero significata per tale nomen, diuersa est in omnibus, vt hæc vox canis, dicitur vniuersalis æquiuoca, quia competit cani cæli, terrestri, & marino tantum secundum nomen: ratio vero significata per hoc nomen Canis, diuersa est in illis. Vox tandem Analoga est illa, quæ plura significat sub eodem nomine, sed ratio, significata per tale nomen, per prius dicitur de vno, quam de alio, vt hæc vox sanum dicitur vniuersalis analoga, quia ratio huius nominis sani per prius conuenit Animali, in quo est sanitas, deinde Vrinæ, quæ significat sanitatem, & Medicinæ, quæ causat sanitatem.

Vox æquiuoca.

Vox Analoga

## DVBITATIO TERTIA.

### *Quæ sint significata Vocis?*

1 SEnsus dubij est, an Voces significent tantum res, an etiam similitudines rerum, seu etiam passiones, & eos conceptus: quos de eidem rebus formamus? Aegidius in expositione primi Perihyer. notat, quod hæc quatuor nomina s. Passio, similitudo, Intellectus, & conceptus idem prorsus significant, & solum distinguuntur, prout à diuersis Proprietatibus imponuntur: dicitur similitudo, per disparationem ad rem, cuius est similitudo: dicitur Passio pro vt imprimitur per quandam impressionem in anima, dicitur Intellectus, pro vt recipitur in Intellectu, dicitur tandem conceptus, pro vt ab eodem Intellectu apprehenditur. Nunc dubium est, an voces sint signa passionum animæ, seu conceptuum, & similitudinum tantum sine signa rerum? exemp. gr. an hæc vox Homo significet tantum naturam humanam, quæ est res significata: an etiam significat conceptum, quem Intellectus formar de Homine, qui conceptus vocamus etiam similitudo, seu species expressa, & passio animæ?

2 Relinquo sententiarum diuersitates, earumque argumenta Philosophis, & breuiter pro nunc Dico, quod Voces non solum significant ipsas res: sed etiam conceptus, & internas animæ Passiones: cum hac tamen differentia, quod Voces immediatè significant conceptus internos, mediatè verò significant ipsas res. ita expressè Aristoteles 2. de Anima cap.

cap. 1. vbi inquit: (*Sunt ergo ea, quæ sunt in voce, tarum, quæ sunt in anima, passionum notæ, & ea, quæ scribuntur, earum, quæ sunt in voce*) Vbi per Passiones animæ conceptus intelligit secundum omnes expositores. Ita Aegidius in expositione 1. lib. Perihyer. vbi adverti, quod hæc quatuor, se habêt per ordinem, scilicet, literæ, Voces, similitudines, & res: atque, quod literæ sunt notæ, & signa Vocum: Voces sunt signa Passionum, Passiones sunt signa terminorum: Res sunt significatæ à passionibus, & conceptibus: Conceptus, & passiones significant a Vocibus, Voces tandem significantur à literis, qua doctrina; nil clarius.

mediate Significata

## CAPVT SECVNDVM.

## *De Terminis.*

SI vocis notitiam necessariam esse diximus ad intelligentiam Diffinitionis, quia nimirum Diffinitio coalescit ex pluribus vocibus, multo magis ad eiusdem Diffinitionis complementum nos ducturet explicatio Terminorum: cum diffinitio Terminus appellatur ab Aristotile 1. Topic. cap. 4. De Terminis autem hæc duo videbimus, s. Quid sit, & Quotuplex sit?

## CAPITIS SECVNDI.

## *De Terminis. Dubitationes duæ.*

*Dubit. I.* *Qui sit Terminus?*
*Dubit. II.* *Quotuplex sit Terminus?*

## DVBITATIO PRIMA

## *Quid sit Terminus?*

1 TErmini apud Logicos sunt extrema propositionis, quoniam autem propositio tribus tantum partibus constat, s. subiecto, quod ponitur primo loco ante verbum; & copula, quæ statim subsequitur, ac demum prædicato, quod est vltimũ propositionis, ideo subiectum, & Prædicatum terminj appellantur à Logico.

apud Logicos tantũ extrema propositionis sunt termini

2 Hoc adnotato Optima terminj diffinitio ea esse potest, quam tradit Philosophus in 1. libro de Priori resolut. cap. 1. quod *Terminus est extremum signum, in quod resolvitur Propositio, signum scilicet subiectum, & Prædicatum.* Ly extremum signum ponitur loco generis, quia etiam termini vinex, Unitatis, &c. sunt extrema signa. Ly in quod resolvitur Propositio, ponitur ad differentiam terminorum vinex, Unitatis, &c.

Diffinitur Terminus ab Aristotile

que propositioni Logicæ minimè deseruiens. Dicitur tandem tanquam insubiectum, & Prædicatum: non solum ad Differentiam copulæ, quæ propriè terminus non est, sed etiam vt à ratione termini excludantur ea, quæ ponuntur ante subiectum, & post prædicatum: vt si diceremus, aliqs homo est animal quodam. Ly aliqs ante subiectum, & ly quodam post prædicatum propriè non sunt termini, quia per se propriè non possunt esse subiectum, nec prædicatum propositionis.

3 Sed notandum, quod cum in aliqua propositione loco subiecti, vel prædicati ponitur aliqua vox non significatiua, vt si dicatur Biltrix est vox: tunc ibi vox non significatiua (Biltrix) non est terminus formaliter, quatenus tamen non est significatiua, sed materialiter: quatenus ponitur loco alicuius rei significatiuæ: cum enim dicimus, (Biltrix est vox) sensus est, hic sonus ex ore animalis prolatus, (Biltrix) est vox.

vox nõ significatiua formaliter nõ est terminus sed materialiter

4 Notandum secundo, quod cum prædicatum non ponitur explicitè & verbũ est loco prædicati, tũ verbũ resoluẽdũ est per sum, es, est, & Participiũ, & tunc idem participium erit prædicatum, vt si dicamus, Homo est: tunc resoluendum est illud verbum, est, & dicendum, Homo est ens.

est verbũ debet resolui sic est.

5 Notandum denique, quod verbum dupliciter sumi potest, primo formaliter, quatenus secundum suam naturam postulat habere suos casus: & vt sic nunquam potest esse subiectum vel prædicatum in aliqua propositione, & exconsequenti nec terminus: secundo sumi potest materialiter, prout ipsum ponitur loco casus alterius Verbi, & quatenus declinatur ad modum nominis, vt hoc amo, huius amo, & hoc modo potest esse subiectum propositionis, vt si dicamus, amo est verbum: sed tunc amo formaliter non est verbum: cum potius dicendum sit casus verbi.

Ver form ter min

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quotuplex sit Terminus?*

1 Hic repetendas non puto illas vltimas quatuor vocis diuisiones, quas in principio huius 1. partis dubitationis 2. explicauimus, nimirum in vocẽ cõplexã, & icõplexã. In vocem primæ intentionis, & secundæ Intentionis. In particulatem, & vniuersalem, & in vniuocam, æquiuocam, & analogãm: quidẽ illę huc in loco terminis applicatæ facile possunt.

2 Putauerunt aliqui primam ter-

non bene dicit terminus in significativum, & non significativum

terminí diuisionem esse in terminum significativum, & non significativum: sed hæc terminí Diuisio repugnans est eam eiusdem termini Definitioni: cum enim de ratione termini in communi sit, esse extremum signum, seu vt sit quid significativum; non congruit dicitur posse in significativum, & non significativum: quia quilibet terminus debet esse significativus: & qui nec formaliter nec materialiter significat, ille dicendus nō est terminus, cum non possit esse nec subiectum, nec prædicatum propositionis, de cuius intrinseca ratione est, vt significet.

Triplex Terminus.

3 Prior ergo, & principalis terminorum diuisio est in terminum mentalem, vocalem, & scriptum. Mentalis est extremum signum, in quod resoluitur propositio, quæ mente concipitur: Vocalis est signum extremum, in quod resolvitur propositio, quæ voce profertur. Scriptus tandem est extremum signum, in quod resoluitur propositio, quæ scribitur in pagella.

Terminus Categorematicus quid?

4 Secunda diuisio est in terminum categorematicum, & syncategorematicum: Categorematicus est extremum signum, quod seorsim potest esse integrum subiectum, vel prædicatum propositionis: vt homo, Animal. Syncategore-

maticus vero est ille, qui nequit se solo esse integrum subiectum, vel prædicatum propositionis; sed indiget coniungi cū termino categorematico, vt omnis, nullus, &c. & ad hunc terminum reducendi sunt omnes casus obliqui, nomina adiectiua, ac etiam propositiones vt a, ab, præ, absque, &c.

Terminus abstractus, & concretus.

5 Tertio dividitur Terminus in abstractum, & concretum. Abstractus est ille, qui habet modum significādi simplicem, significat enim simplicem formam, abstractam ab omni compositione, vt albedo, humanitas, &c. Terminus vero concretus est ille, qui habet modum significandi compositum, significatque formam, existentem in alio, vt album significat albedinem in subiecto, homo humanitatem in Petro, &c.

Terminus connotativus, & absolutus.

6 Quarto dividitur Terminus in connotativum, & absolutum: connotativus est ille, qui ex modo suę significationis significat aliquid per modum adiacentis, ita vt principaliter significet formam, minus vero principaliter connotet subiectum, cui adiacet, vt album principaliter significat albedinem, minus vero principaliter connotat subiectum, in quo est albedo: & propterea dicitur connotativus, quia dum significat formam, connotat subiectum. Terminus vero absolutus est

ille

differ. inter connotatiuū & concretū.

ille, qui significat per modum per se stantis sine connotatione alterius, vt albedo, & generaliter omnia abstracta. vbi aduertendū est, q licet quilibet terminus connotatiuus sit concretus: non tamen quilibet concretus est connotatiuus: nam homo terminus est concretus, non tamen connotatiuus: sic pariter quilibet terminus abstractus absolutus est, non tamen è contra.

Termin. vltimatim diuidit. in simplex & directū & reflexum.

8 Quarto dividitur Terminus vltimatus in directum, & reflexum: directus est ille, per quem cognoscimus ipsas res, significatas per voces, vel scripturas: reflexus vero est cognitio, qua cognoscimus ipsas cognitiones rerum, vt cum intelligimus, nos intelligere.

Termin. comunis & singularis

9 Sexto dividitur Terminus in communem, & singularem: communis est ille, qui plura significat, vel pluribus inest, de quibus potest predicari, vt homo terminus dicitur communis, quia est in Petro Paulo, &c. Terminus vero singularis est ille, qui significat tantum vnam rem determinatam, vt Petrus, Paulus &c.

10 Septimo solet subdividi terminus singularis in singulariter determinatum, vt omnia nomina propria; in Collectiuū, qui significat vnum, et pluribus coagulatum, vt Cœtus, Turba, conuentus: in Vagum, qui significat vnum, sed vage sumptum, vt quidam homo, aliquod animal; & denique in singularem ex suppositione, qui significat vnum nō absolutè, sed ex suppositione, vt Filius Virginis Mariæ significat Christum. Sed ex his terminis singularibus Aegidio nostro non placet Individuum vagum, inquiens Omne Individuum determinatum esse. ita docet in lib. Vniuersalium pag 5 col p.f. hic paulo. &c. sed de hoc in capite de Specie, art 4 de Individuis.

Termin. vltimatus diuidit. in transcendentalem, & predicamentalem.

11 Octauo dividitur Terminus in transcendentalem, & predicamentalem, transcendentalis est, qui omnium rerum genera transcendit, & sunt sequentia nomina: Ens, Res, Aliquid, Vnum, Verum, & Bonum. Predicamentalis vero seu predicamentalis est ille, qui limitatus predicamenti non transcendit, vt homo, Albus, Agens, &c.

Termin. finitus & infinitus.

12 Vltimo dividitur terminus in terminum finitum, & infinitum. Terminus finitus est ille, qui rem certam, & determinatam significat, vt homo, leo, equus, &c. Terminus vero infinitus est ille, qui nihil determinatè significat, vt sunt omnes termini finiti, quibus apponitur negatio non, vt non Homo, non equus &c.

CA-

## CAPVT TERTIVM.

### De Diffinitione.

HAbita notitia Vocis, & Terminorum, facilius nunc poterimus agere De Diffinitione, quæ eſt primum Logicæ inſtrumentum, ordinatum ad directionem primæ Operationis Intellectus. De Diffinitione autem hæc quatuor inueſtigabimus.

## CAPITIS TERTII

### De Diffinitione

### Dubitationes Quatuor

*Dubit. I.* *Quid ſit Diffinitio?*
*Dubit. II.* *Quotuplex ſit Diffinita?*
*Dubit. III.* *Quæ ſint requiſita ad bonitatem Diffinitionis?*
*Dubit. IV.* *Quotuplex Interrogatio fieri poſſit de Diffinitione?*

## DVBITATIO PRIMA

### Quid ſit Diffinitio?

1 ARiſtoteles 2. Poſteriorum capite 10. ſic diffinitionem diffinit. *Eſt Oratio ſignificans ipſum quod quid eſſe rei, ac ſi clarius diceret.* eſt oratio explicans naturam rei. In qua Diffinitione duæ particulæ ſunt explicandæ. Prima eſt ly oratio, quæ ponitur loco Generis. ſecunda eſt ly explicans naturam rei, quæ ponitur loco Differentiæ. Dicitur, quod Diffinitio ſit oratio, i. aggregatio plurium vocum: cum enim naturæ rerum, quæ diffiniuntur, habeant plures partes, neceſſe eſt, explicentur pluribus vocibus: atque adeò vna ſola vox non poteſt conſtituere diffinitionem. Dicitur tandem, explicans naturam rei, ad differentiam illius Orationis, quæ nullius rei naturam explicat, vt ſi dicamus, animal bipes: hæc quidem oratio dici poteſt: ſed non diffinitio: quia nullius rei explicat naturam. Ad Diffinitionē req̃rit aggregatio plurium vocum.

2 Dices vna ſola vox poteſt explicare naturam rei, vt hæc vox homo, explicat totam naturā humanam, ergo non eſt neceſſe, vt diffinitio ſit oratio, & aggregatio plurium vocum. Reſpondetur, quod vna ſola vox explicare poteſt naturam alicuius rei in confuſo, & implicitè, non vero diffinctè. Inſtantia. Reſpondetur.

†

DV-

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quotuplex sit Diffinitio?*

Quid sit Diffinitio nominis.

1 SOlet primo diuidi in Diffinitionem nominis, & rei. Diffinitio nominis, quæ etiam dicitur Etimologia, vel Interpretatio vocis, est oratio significationem alicuius nominis manifestans. vt si quis petet, quid est hoc nomen magnanimus? optimè respondeamus possimus, est qui habet magnum animum. & sic de similibus. Diffinitio rei est oratio, explicans naturam alicuius rei: vt Animal rationale, est diffinitio rei, quia explicat naturam hominis.

Diffinitio rei in substantialem & accidentalem diuiditur

2 Secundo subdiuiditur diffinitio rei in diffinitionem substantialem & accidentalem, seu descripeiuam. Essentialis est oratio, explicans naturam rei per partes essentiales, & intrinsecas, vt Animal rationale est diffinitio rei essentialis, quia explicat naturam eius per animalitatem, & rationalitatem, quæ sunt attributa essentialia, & intrinseca homini. Diffinitio accidentalis est oratio, explicans naturam alicuius rei per prædicata accidentalia siue propria, siue comunia: Accidentia Propria dicuntur ea, quæ fluunt ab essentia diffiniti, vt esse risibile, accidentia vero comunia sunt illa, quæ pluribus conueniunt, nec fluunt ab essentia diffiniti; vt esse album, nigrum, &c. nam si dicamus, Animal risibile, huiusmodi diffinitio dicitur rei accidentalis propria hominis, aut si dicatur, Animal album, huiusmodi erit diffinitio rei accidentalis communis.

Diffinitio causalis, quæ datur per causas diffiniti, est ne distincta ab essentiali, & accidentali? Respondetur minime: nam diffinitio causalis reducitur vel ad essentialem, vel ad accidentalem. Et si diffinitio erit per causas intrinsecas, reducetur ad diffinitionem essentialem: si vero erit per causas extrinsecas, reducetur ad diffinitionem accidentalem, seu descripeiuam.

4 Petes iterum, ad quam diffinitionem reducatur illa diffinitio, quæ constat ex vna parte essentiali, & alia accidentali? v. g. si dicamus, Animal risibile. Respondetur, quod quocienscunq; aliqua diffinitio constat ex vna parte essentiali, & alia accidentali: tunc talis diffinitio non est dicenda essentialis, sed accidentalis; quia bonum ex integra causa, malũ autem ex quocunq; defectu: sic vt aliqua diffinitio sit essentialis, requiritur, vt omnes eius partes sint essentiales: at vero vt sit accidentalis, sufficit, vt vna sit accidentalis.

DV-

## DVBITATIO TERTIA

### *Quot sint requisita ad bonitatem Diffinitionis?*

1 AD bonitatem diffinitionis plura à doctoribus requisita assignantur, quæ diffuse tradidit Aristoteles 6. Topic. sed nos tantum trademus, quæ videntur præcipua. Primum requisitum est, vt diffinitio convertatur cum Diffinito. Et contrarii vt ad inimicem prædicentur, vnde ob defectum huius legis non valet hæc Diffinitio, homo est animal mortale: quia animal mortale non convertitur cum homine

Diffinitio convertitur cum Diffinito

2 Dices, datur aliqua diffinitio, in qua tamen non est propria Differentia, ergo hoc primum requisitum non est necessarium. Respondetur cum Aegid in 2. poster. pagina 132. col. 1. & 2. quod Ars ad faciendã Diffinitionem est duplex, prima est huius simpliciter, altera vero est bona in casu: ars bona simpliciter est, cum assignatur proprium Genus, & propria differentia, sed ars bona in casu est, cum ignoratur propria Differentia, & loco propriæ accipiuntur plura prædicata, quorum quodlibet se habet in plus cum Diffinito, sed omnia simul sumpta cum eodem diffinito convertantur.

Doctrina Aegidij.

3 Secundum requisitum est, vt Diffinitio semper sit clarior suo Diffinito, quia cum debeat esse manifestatiua alterius ignoti, & debeat explicare naturam diffiniti, si obscurior est suo diffinito, non præstabit notitiam ipsius: vnde propter defectum huius requisiti, hæc non est bona diffinitio, homo est arbor inuersa, cum sit obscurior suo Diffinito.

4 Tertium præceptum est, vt Diffinitio non sit superflua neque diminuta: tunc autem dicitur superflua, quando in ea est aliqua particula, qua ablata, adhuc remanet diffinitio, eadem explicans naturam ipsius diffiniti, vt si dicamus, homo est animal rationale mortale, superflua est, quia ablata illa vltima particula, mortale, adhuc dum illæ priores exactè declarant naturam integram hominis. Tunc vero diffinitio dicitur diminuta, quando in Diffinitione non ponitur aliqua particula necessaria ad manifestandam naturam diffiniti, vt si dicatur, homo est animal album, est diffinitio diminuta, quia deficit propria hominis differentia, quæ est ly rationale.

Diffinitio superflua & diminuta

## DVBITATIO QVARTA

### *Quotuplex Interrogatio fieri poteſt de Diffinitione?*

De Diffinitione duplex potest fieri Interrogatio.

Quæ?

Qualis?

1 DVplex Interrogatio fieri poteſt de aliqua Diffinitione. prima eſt per Quæ, Secunda eſt per Qualis? Ad interrogationem factam per Quæ? reſpondendum eſt per Speciem Diffinitionis, quod ſit Diffinitio nominis, vel rei, vel eſſentialis, vel accidentalis, vnde ſi quis peteret, quæ diffinitio eſt illa, Homo eſt animal risibile? reſpondendum eſt, quod ſit Diffinitio accidentalis.

2 Ad interrogationem vero factam per Qualis, Reſpondendum eſt per Qualitates eiusdem, quæ ſunt bonitas, & ſalſtras: vnde ſi quis peteret, Qualis Diffinitio eſt illa? Homo eſt animal rationale? Reſpondendum eſt, quod ſit bona, quia data Diffinitio habet omnia requiſita ad bonitatem Diffinitionis.

3 Similiter de Diffinitione duplex Petitio fieri poteſt, prima eſt per quid? ſecunda eſt per Qualis? ad interrogationem factam per quid, reſpondendum eſt ſummodo per diffinitionem eſſentialē ipſius diffiniti: vnde ſi quis peteret, quid eſt homo? reſpondendum eſt, eſt animal rationale. Ad interrogationem vero factam per Qualis, reſpondendum eſt per Diffinitionem accidentalem eiusdem Diffiniti, vnde petenti, Qualis eſt homo? reſpondendum eſt, quod ſit albus, muſicus, &c.

De Diffinitione duplex potest fieri Interrogatio.

# PARS SECVNDA

## DE HIS, QVIBVS DIRIGITVR SECUNDA Operatio Intellectus.

DIVISIO, & Terminorum Connexio, ſeu Enunciatio, & Propoſitio ſunt, quibus perficitur, & regulatur ſecunda Operatio Intellectus: & propterea ſecundam hanc partem in duo præſertim capita diuidemus, In priori agemus De Diuiſione: In poſteriori vero de Enunciatione.

## SECVNDÆ PARTIS

## De his, Quibus dirigitur Secunda Operatio Intellectus.

## DVO CAPITA

Caput I. De Diuisione.
Caput II. De Enuntiatione.

## CAPVT PRIMVM

### De Diuisione.

SEcundum Logicæ Instrumentum non est Diuisio realis, qua aliquod corpus in sua membra secatur. Hæc enim Diuisio Physica est: sed Diuisio ad Logicam pertinens, est diuisio intellectualis, qua aliquod totum per intellectum diuiditur in suas partes, vt quando dicimus, Animalium aliud bonum, aliud brutum: de hac autem diuisione principaliter quæremus, quæ sequuntur.

Diuisio ad Logicam pertinens est tantum diuisio intellectualis.

## PRIORIS CAPITIS

### De Diuisione.

### Dubitationes Quinque

Dub. I. Quid sit Diuisio?
Dub. II. Quotuplex sit Diuisio?
Dub. III. Quot leges requirantur ad bonam Diuisionem?
Dub. IV. Quot sint modi aperiendi per Diuisionem?
Dubit. V. Quotuplex Interrogatio fieri possit de ipsa Diuisione?

## DVBITATIO PRIMA

### Quid sit Diuisio?

1 QVamuis Diuisio non ingeniatur expresse diffinitiue ab Aristotile, sic tamen communiter à Doctoribus diffinitur. Est oratio, distribuens totum in partes. Ly oratio ponitur loco generis, quia omnia instrumenta Logicalia, vt Diffinitio, & Argumentatio sunt oratio, dicitur etiam quod dicitur dicendo, vt a ratione diuisiua Logicæ excludatur diuisio realis, qua lignum secari diuiditur, quæ nec est oratio, nec ad Logicam spectat. Reliquæ particulæ ponuntur loco differentiæ, per quam ipsa diuisio distinguitur à quacunque alio.

Diuisio explicatur Diffinitio Diuisionis.

2 Sed notandum, quod omne, quod diuiditur, dicitur etiam respectu partium, in quas totum

omne diuisum dicitur totum

dividitur. Totum autem duplex est, aliud est actuale, aliud potentiale. Totum actuale est illud, quod constat ex partibus, actu manentibus in toto, vt Homo respectu animæ, & corporis, ex quibus actu est compositus, dicitur totum actuale: Totum vero potentiale est illud, quod constat ex partibus, non actu manentibus in toto, sed tantum in potentia: & huiusmodi sunt omnia vniuersalia, & prædicata superiora respectu inferiorum, vt Genus respectu Specierum, & species respectu Individuorum.

Totū actuale duplex

3 Totum actuale adhuc est duplex, aliud est similare, seu homogeneum: & hoc est illud, quod constat ex partibus eiusdem nominis, & rationis cum toto, vt aqua, cuius quælibet pars est aqua, aliud Totum est dissimilare, & est illud, quod constat ex partibus, actu quidem manentibus in ipso toto, sed diuersi nominis, & rationis cum ipso: vt Homo, cuius partes sortiuntur simpliciter nomen, & rationem ipsius totius.

Simile regulis similare.

4 Totum etiam potentiale adhuc dividitur, & est triplex, aliud est vniuersale; secundum est æquinocum, tertium est analogum. quid autem sit quodlibet horum? in cap. de Voce. dub. 2. iam dictum est.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quotuplex sit Diuisio?*

1 Diuisio prima dividitur in diuisionem nominis, & rei. Diuisio nominis est oratio, distribuens aliquod nomen in sua significata, vt quando dividitur quodlibet æquiuocum, in æquiuocata. Diuisio rei est oratio, distribuens totum in sua partes, siue actuales, vt cum dicimus, hominis alia pars est anima, alia corpus; siue potentiales, vt cum dicimus, animalium aliud homo, aliud brutum.

2 Secunda diuisio est totius actualis in partes actuales essentiales, siue physicas, vt cum dicimus hominem in animam & corpus; siue Metaphysicas diuidimus eandem diuisionem in animalitatem, & rationalitatem: & in partes actuales integrantes seu quantitatiuas, vt cum dividimus corpus in membra, dicendo, corporis alia pars est caput, alia pedes, &c.

3 Tertia diuisio est totius tam actualis, quam potentialis, in partes per se, & in partes per accidens. Diuisio per se est oratio dividens totum in partes, quæ sunt per se partes talis totius. Diuisio per accidens est oratio, dividens aliquod totum in partes, quæ per accidens sunt

sint partes talis totius; vt cum dicimus, hominum alij sunt albi, alij sunt nigri &c.

4 Quarta Diuisio est Diuisionis per accidens, quæ triplex est, prima est subiecti in accidentia, quando subiectum dividitur in accidentia, vt cum dicimus, hominum alij albi, alij medio colore affecti. Secunda est accidentis in subiecta, vt cum dicimus, alborum alij sunt homines, alij sunt equi, &c. tertia est accidentis in accidentia, vt cum dicimus, alborum aliud dulce, aliud amarum.

## DVBITATIO TERTIA

### *Quot sint leges, requisitæ ad bonitatem Divisionis?*

1 Prima lex est, quod ad euitandam confusionem, diuisio debet reduci ad paucissima membra: vnde quando aliquod totum habet multas partes, tunc illud totum diuidendum est, primo in partes superiores, & præcipuas, & deinde quælibet pars diuidenda est in alias inferiores: v. g. quia animal continet sub se plures species, primo diuidendum est animal in species præcipuas sic, Animalium aliud homo, aliud brutum; Deinde subdividenda est species Brutalis &c. Brutorum aliud volatile, aliud aquatile, aliud terrestre.

Diuisio debet reduci ad paucissima membra.

2 Secunda Lex est, quod vna pars diuidens nunquam debet sub alia contineri: vnde male diuideremus speciem brutalem si diceremus, Brutorum aliud aquatile, aliud irrationale. Lyra enim volatile, & aquatile continentur sub specie irrationalium.

Vna pars dividens non debet contineri sub alia.

3 Tertia lex est, quod diuisum semper sit communius quælibet parte diuidente per se sumpta: quæ lex valet in omni diuisione, non solum totius potentialis in partes potentiales, vt patet in Genere respectu specierum, & in qualibet specie respectu individuorum: sed etiam in diuisione cuiuslibet totius actualis, tam in partes actuales integrantes, quam etiam in partes actuales essentiales.

Diuisum communius quilibet dividente.

4 Vltimum requisitum ad bonam Diuisionem est, quod partes, in quas totum diuiditur, simul sumptæ, æquiualeant ipsi toto, ita vt nihil contineatur sub toto, quod non sit sub eius partibus simul sumptis; nec aliquid sub partibus, quod non sit sub toto: quare non esset bona hæc diuisio Brutorum aliud aquatile, aliud volatile, aliud homo, cum quia hoc reliquum membrum non contineretur sub diuiso, tum etiam quia aquatile, & volatile non æquiualent ipsi toto.

Diuidentia debent quilibet dividendo æquiualere.

DV-

## DVBITATIO QVARTA

### *Quot sint modi arguendi per Diuisionem?*

1 QVatuor modis possumus arguere per Diuisionem. Primus est à positione diuisi ad positionem alicuius ex partibus diuidentibus sub diuisione: vt leo est animal? ergo vel rationale, vel irrationale: Similiter è contra de quo membrum aliquod dividens affirmatur, de eodem diuisum affirmari poterit & ipsum diuisum, vt aequus est irrationalis, ergo est animal.

a negatione diuisi fit argumentum negatio diuidentis, & è contra.

2 Secundus modus arguendi per diuisionem est à negatione diuisi ad negationem membrorum dividentium, & è contra, vt lapis non est animal, ergo nec irrationalis: item è contra lapis non est rationalis, nec irrationalis, ergo non est animal.

ex positione diuisi: & negatione membri ad positionem alterius.

3 Tertius modus arguendi est à positione diuisi, & negatione vnius membri, ad positionem alterius, si diuiso fuerit binembre: vel à negatione duorum, vel trium ad positionem vnius, si diuiso fuerit in plura membra; v. g. Datur elementum, & non est ignis, nec aer, nec aqua, ergo terra.

4 Vltimus modus arguendi per diuisionem est inter ipsa membra Diuidentia ab affirmatione vnius, ad negationem alterius, vt hoc elementum est ignis, ergo non est aqua.

## DVBITATIO QVINTA

### *Quotuplex Interrogatio fieri potest De Diuisione?*

1 TRiplex petitio fieri potest de Diuisione. Prima est per Quæ? Secunda per Qualis? Tertia per Quot? Ad Interrogationem factam per Quæ? respondendum est per eius Species, superius in secunda Dubitatione assignatas: vt ad Quæ Diuisio est ista. Hominis alia pars est anima, alia corpus? Respondendum est, quod sit Diuisio totius actualis in partes actuales essentiales Physicas. Ad Interrogationem vero factam per Qualis. Respondendum est per eius Qualitates, vel quod sit bona, vel mala: vnde quando Diuisio habet omnia requisita, quæ suprà explicuimus in Dubit. 5. tunc sempe per eã bõa, secũdũ ea de quibus fiat, na ex enumeratis requisitis.

2 Tandem ad Interrogationem factam per Quot? respondendum est per numerum partium, in quas diuisum est totum: vt si quis peteret, quot par-

partes habet hæc Diuisio, Animalium aliud homo, aliud brutum? Respondendum est, quod habet duas, & hæc De Diuisione.

## CAPVT SECVNDVM

### De Enunciatione.

ENunciatio seu Propositio habet Principia materialia, & remota, quæ sunt nomina, & verba; habetque principia formalia, constituti ex Oratione: non potentes ergo de Enunciatione sermonem habere, nisi prius agamus de Nomine, & Verbo, & postea de Oratione, quæ est Genus Enunciationis: dividemus igitur secundum hoc caput in septem præcipuas dubitationes sequentes.

---

## SECVNDI CAPITIS

### De Enunciatione

### Dubitationes Septem


| | |
|---|---|
| Dubit. I. | Quid sit Nomen? |
| Dubit. II. | Quid sit Verbum? |
| Dubit. III. | Quid sit Oratio? |
| Dubit. IV. | Quotuplex sit Oratio? |
| Dubit. V. | Quid, & Quota- plex sit Propositio? |
| Dubit. VI. | Quot sint Interrogationes, quæ possunt fieri de Propositione? |
| Dubit. VII. | Quot, & Quæ sint Proprietates propositionis? |


---

## DVBITATIO PRIMA

### Quid sit Nomen?

1 APud Logicos duplex Nominativus est Nomen, reliqui vero casus obliqui, & Genitivus, &c. non nomina Logicalia sunt: sed Grammaticalia & propterea Arist. hic in textu ait: *Casuum autem, & Casui, & quæcumq; talia sibi nō sit nomen, sed Casus nominum.* Supponendum est etiam cum Philosopho, quod voces insimitæ proprie non sunt nomina Logicalia, vt non homo, non animal, &c. quia huiusmodi nihil determinatè significant, cum possint affirmari de Ente, & de non ente: & ideo Arist. hic ibid. ait, *non Homo ergo non est nomen, neque indefinitum nomen est: sed sit nomen infinitum.* casus obliqui non sunt nomina Logicalia.

Nec voces infinitæ.

2 Hoc Notato, Nomen Logicum sic ab Aristotele diffinitur, lib. 1. Perihermen. cap. 2.

Diffinitur Nomen.

*Est vox significativa ad placitum cuius nulla pars significat.* Ly vox quæritur loco generis; nam etiam Verbum, & Oratio dicitur vox, & sumitur vox pro sola dictione, vt à ratione Nomina Logici excludantur tum, qui non placet excludantur tum, qui non sunt vocalia, vt significativa ponitur, ad excludendas voces non significativas, non solum illiteratas, & inarticulatas, vt sy billa &c. vel Literatas, & inarticulatas, vt bull ffld etiam literatas, & dearticulatas, nihil tamen significantes, vel cum significata nescimus, vt barbara, quæ dicendo non sunt proprie voces, sed solum improprie, & per similitudinem: Additur etiam ly ad placitum ad differentiam vocum significativarum naturaliter, quæ Nomina Logicalia non sunt. Ly sine tempore ponitur ad differentiam Verbi, quod cum tempore significat: tandem dicitur, cuius nulla pars separata significat, ad differentiam Orationis, cuius partes per se separatæ significant.

Nomen pro primo impositum vocibus.

explicatur Diffinitio Nominis.

5 Dices primo, Nomini mentali, & scripto minimè competit vocem, vt per se patet, ergo male tuguit Philosophus, quod Nomen sit Vox. Respondetur vera Nomina non repetiri in mente, in quam ionem repetiuntur conceptus rerum, significatum per nomina, dicuntur termini mentales, ex quibus conficitur propositio mentalis: nec mirum Nomina repetiuntur in scriptis, in quibus tantum sunt nomina picta, vel nomina, quæ dicuntur talia, per denominationem à vocibus, quarum sunt supplementa, vt possimus agere cum absentibus; solum igitur vera nomina simpliciter reperiuntur in vocibus formaliter loquendo.

Prima obiectio. Solutio

6 Dices secundo. Data Nominis Diffinitio competit etiam casibus obliquis, & Vocibus infinitis, quia hic casus obliquus *I Petro*, & hæc vox infinita, *A non homine*, est vox, cum proferatur ut animalis, ergo est significativa non minus, quam casus rectus, vt de eius, quam casus rectus, vt patet: vlterius est significativa ad placitum, cum non significet naturaliter, præterea significat sine tempore, cum hoc significat tunc tempore, cum hoc dictum sit proprium Verbi: dicitur tandem, cuius nulla pars separata significat, cum solum Nomen non sit Oratio, ergo, &c. Respondetur cum *Aegid. Sylv.* hic, casus obliquus, & voces infinitas excludi à ratione veri nominis Logici per illas duas particulas, *significativa ad placitum*, & per primam excluditur Vox Infinita, quæ cum non habeat determinatum significatum; sed formaliter dicat negationem illius, cui adiungitur, propriè signi-

Tertia obiectio.

significare non dicitur per alium vero, nempe ad placitum, excludimus casus obliquos, qui non significant ad placitum, sed ex Institutione, cum Institutio stet tantum in casu nominativo, & non in obliquis.

Obiectio tertia.

7 Dices tertio contra illas vltimas particulas nempe (*nullæ partes separatæ significant*) Dantur non nulla Nomina tam compolita, quam etiam simplicia, quorum partes separatæ significant, ergo male dicitur, quod partes omnium, separatæ non significant probatur id primum de nominibus compositis, hoc Nomen Agricola significat agrum, & cultor. Pater familias significat Patrem, & familiam. Res publica significat rem, & publicum negotium; id idem de nominibus simplicibus dici potest. Hoc nomen Magister significat magis, & ter. Hoc nomen Dominus significat verbum de as, & adverbium minus, ergo plurium nominum partes separatæ significant. Respondetur, adhuc prius pulcram & fundamentalem Regulam nostri doctrinam in expositione 2. lib. Perihermen. in solutione huius eiusdem argumenti: Quod Sicut quodlibet nomen simplex per se sumptum habet propriam significationem vnam, & indivisibilem, quæ non convenit syllabis, nec in eis separatis permanet: sed dicitur esse, & quasi corrumpitur, dum syllabæ separantur: sic Nomen compositum vel ex alijs Nominibus, vel ex nomine, & Verbo habet propriam significationem, distinctam à significatione partium, & quidem adeo indivisibilem, vt in partibus separatis permanere non possit; & hoc est, quod intendit Philosophus, dum inquit partes Nominis separatas non significare: Intelligi non significare sicut in toto; sed non habere significationem totius: licet habeant proprias significationes partiales, distinctas à significatione totius.

Respõdetur Regulæ.

8 Sed cõtra dices Partes Orationis separatæ nõ significãt, vt patet in Totopatet non habent eandem significationem Totius: ergo multo magis partes huius Orationis *Homo albus*, separatæ non habent eandem significationem, quam habebant in toto, ergo nullum discrimen inter Nomen, & Orationem. Respondetur, quod partes Orationis separatæ licet non habeant significationem Totius, retinent tamen partem illius eiusdem significationis, quia significatio totius Orationis est divisibilis, & secundum suas partes conservari potest in partibus separatis: sic partes Nominis separatæ nec retinent eandem significationem totius, nec partem eiusdem significationis, quia

Solutio

significatio omnis tam simplicis, quam complexi eſt omnino indiuisibilis, & nullo modo conſentiat poteſt in partibus ſeparata: & in hoc diſtinguitur Nomen ab Oratione, quod ſignificatio Nominis eſt penitus indiuiſibilis: ſignificatio vero totius Orationis eſt ſimpliciter diuiſibilis.

Diſcrimen inter Nomen & Orationem.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quid ſit Verbum?*

1 EOdem ordine proſequemur, agendo de Verbo, quo proceſſimus agendo de Nomine: & in principio apponemus, Verba infinita eſſe: unde laborat, verba Logicalia omnia eſſe, ita Arift. docet in textu: enim ratio eſt, quia verbum Logicale debet ſignificare actionem, vel paſſionem determinatam, Verba autem infinita nullam actionem, vel paſſionem determinatam ſignificant.

Verbū infinitū non eſt verbum.

2 Vltimo ſuppono dum eſt, verba eorum temporum ſi preſenti, vt currit, vel currebat, verba Logicalia non eſſe, ſed caſus verborum, quia verbum ſimpliciter, quod ad Logicos pertinet, debet ſignificare actionem, vel paſſionem in actu, verba autem aliorum temporum ſi præſenti non ſignificant actionem vel paſſionem in actu: & ideo non dicuntur ſimpliciter verba.

3 His ſuppoſitis, Sic Philoſophus Verbum diffinit 1. lib. Perihyerm. cap 3 *Verbum eſt, quod conſignificat tempus, cuius pars nihil ſignificat ſeorſim ſignificati: & ſemper eorum, quæ de altero prædicantur, ſunt.* In quæ diffinitione ſubintelligi debent tres illæ particulæ, ab eodem Philoſopho poſitæ in diffinitione Nominis *I (Vox ſignificativa ad placitum)* quas hic ipſe in Diffinitione Verbi Philoſophus repetere noluit, vel brevitati ſtudens, vel quia huiuſmodi particulæ tam nomini, quā Verbo ſunt communes: & loquitur ſimpliciter, *conſignificat tempus*, quia per hanc particulam recipit verbum dicere à Nomine: per alias vero ſequentes particulas *(cuius nulla pars ſeorſum ſignificat,)* diſtinguit verbum ab Oratione, quæ particulis ſatis explicatis facile in Diffinitione Nominis per illas tandem vltimas particulas, *(& ea sunt, quæ de altero prædicantur, sunt)* diſtert Verbum à Participio, quod nunquam eſt nota vel copula enunciationum.

4 Dices primo contra illas particulas *(conſignificat tempus)* Datur aliquod verbum, quod non ſignificat Actionem, vel paſſionem, factam in tempore, vt hoc verbum ſum, eſt, eſt, non ſignificat actionem, fac-

& tam in aliquo tempore tam si dicamus, homo est animal, ly est non significat veritatem extremorum in aliqua differentia temporis, cum ante omne tempus hæc propositio, *Homo est animal*, semper fuerit vera, & post omne tempus semper etiam futura sit vera. Respondetur, quod verbum sum, es, est, dupliciter sumi potest, primum ut significat effectum, & hoc modo nec consignificat tempus, nec proprie, & in tigore dicit verbum eam non significare actionem, nec aliquid per modum actionis, quia tempora mentiretur, secundo sumi potest, ut significat existentiam, seu esse superadditum essentiæ, & hoc modo semper consignificat tempus, eique extremorum veritatem etiam in propositionibus essentialibus.

Solutio

Verbū tamen dupliciter sumi potest.

5 Dices secundo, dantur aliqua nomina, quæ consignificant tempus, ut præsidium, cena, & similia, quæ significant commestionem in tempore matutino, vel serotino, ergo male dicitur, quod Verbum consignificat tempus. Respondetur supradicta nomina non significare actionem consumendi formaliter, sed materialiter tantum, & ut quædam res est, sicut cursus significat actionem currendi, non per modum actionis, sed per modum per se stantis, currit vero significat actionem currendi formaliter: sic cena, Præsidium &c. significat commestionem non per modum per se stantis; cenabo vero, præsidebo, &c. significat formaliter actionem, quia significat commestionem, faciendam tempore futuro.

6 Dices tertio. Participium ut amans, currens, &c. est verum nomen, cum ponatur pro subiecto, vel Prædicato in aliqua propositione: sed Participium consignificat tempus, quia significat actionem, exercendā tempore præsenti, ergo non solū Verba consignificant tempus. Respondetur, falsum esse, quod Participium sit verum nomen, cum Participium nec verum Nomen sit, nec verum Verbum; sed quid distinctum ab utroque: reducitur tamen ad verbum, prout consignificat tempus, & a Verbo condistinguitur per illas particulas temas, in Verbi diffinitione positas (& est eorum, quæ de altero prædicantur, nota) quamvis ergo Verbum, & Participium conueniant in hoc quod est consignificare tempus, quia verumque significat Actionem, vel Passionem, prout tali tempore mensurator, distinguitur tamen in hoc, quia verbum semper est nota, seu significativum extremorum, Participium vero nequaquam.

Quomodo Participium distinguatur a Nomine, & Verbo.

7 Petes, in quo distingeatur

Verbum negatiuum à Verbo infinito? v. g. si dicatur, Homo non currit. Ly (*non currit*) est verbum negatiuum, vel infinitum? Respondetur, quod verbum infinitum, in hoc differt a verbo negatiuo, quod verbum negatiuum finitur in vna quarum dictionum, ita vt ly (*Non*) sit vna dictio, & Verbum, cui adiungitur, non sit alia dictio: at Verbum infinitum finitur in vna dictione, & Negatio, Non, nusquam est separanda ab illo verbo, cui adiungitur: vnde in hac propositione homo non currit, si verbum sumendum est infinitum, dicendum est, non currens, & hoc non currens indifferenter dicitur de eo, quod est, & de eo, quod non est.

Verbum Negatiuum à quo differt.

Verbum infinitum.

## DVBITATIO TERTIA

### *Quid sit Oratio?*

1 IAm Egimus vtique modo de Principijs materialibus enunciationis, & de Nomine, & Verbo: agendum est nunc de principio formali eiusdem, & de Oratione, quæ est Genus Enunciationis. Oratio autem sic ab Arist. diffinitur cap. 4 lib. 1. Perihyerm. *Est vox significatiua ad placitum, cuius partium aliqua significatiua est separatim, vt dictio, sed non vt affirmatio, vel negatio.* Ly vox ponitur loco Generis, per quam diffinitur Oratio tanquam per subiectum, sicut cætera Accidentia in concreto, cætera quæ sequentes particulæ significationes ad placitum iam explicatæ manserunt in capite de Nomine. Et quamuis Arist. illas omiserit in diffinitione verbi, eas tamen debuit hic repetere; quia aliter conuenirent Orationi, quam Nomini, & verbo (Nam Nomen, & Verbum significant conceptum simplicem: Oratio vero compositum: et propterea etiam debuit repetere illas alias particulas *si. Cuius partium aliqua significatiua est separatim.* Datur tandem vt dictio, vt affirmatio, vel negatio: vt intelligamus, quod pars Orationis debet esse significatiua, vt dictio, sed non vt affirmatio, vel negatio, idest vt Propositio composita ex nomine, & Verbo.

Diffinitio Orationis.

2 Sed contra has vltimas particulas diffinitionis Obijcies, Oratio si dicatur: Petrus currit, ergo mouetur, hæc quidem oratio est, sed pars huius Orationis significat vt affirmatio, & non significat vt dictio: nam ly (Petrus currit) est vna affirmatio, & ly (ergo mouetur) est alia affirmatio. ergo male dicitur in diffinitione Orationis, quod partes eius significant, vt dictio, & non vt affirmatio.

Re-

3 Pretermissis nō nullis Doctorum responsionibus, præsertim Ruuij lib. 1. de Interpret. cap. 4. q. 2. & Alterum, quorum solutiones d. Scalzate non carent, nec minus euacuant vim argumenti. Respondetdum est cum Aegid. in lib. 1. Perihyer. cap. 4. quod Quandocunq; diffinitur aliquid, semper debet diffiniri per illud, quod est commune cuilibet contento sub diffinito, v. g. quando diffinitur Animal, diffinitur quod sit substantia animata sensitiua, quod quidem commune est cuilibet speciei animalis; Et quia hoc, quod est significare vt dictio, competit cuilibet Orationi, tam simplici, quam compositæ, tam perfectæ, quam imperfectæ, ideo Philosophus in diffinitione Orationis in communi posuit, *eam partem aliqua significatiua esse vt dictio, non vt affirmatio.*

Solutio.

Quæ oratio cōposita significat vt dictio.

4 Sed contra datam solutionem dicas. Nanquam in diffinitione alicuius per genus ponendo est exclusio explicita differentiarum, contentarum in inferioribus; non enim esset bona diffinitio Animalis, si diceretur, Animal est substantia animata sensitiua irrationalis. ergo in diffinitione Orationis vt sic non bene ponuntur illæ vltimæ particulæ (non vt affirmatio vel negatio) quæ sunt particulæ constituunt differentiam specificam orationis compositæ. Respondetur quod partes Orationis etiam compositæ nō significant vt affirmatio, vel negatio, sed tantum vt dictio, quia ille partes, quibus cum aliquid additur, sit affirmatio, vel negatio, non significant vt affirmatio, vel negatio; sed tantum vt dictio: quia ergo partes cuiuscunque Orationis tam simplicis, quam compositæ sunt huiusmodi, ita vt si illis addatur aliquid, tunc fit affirmatio, vel negatio; ideo pars cuiuslibet Orationis non significat vt affirmatio, vel negatio; sed tantum vt dictio. Ex quo colligendum est, quod partes Orationis propriè loquendo non sunt ipsa affirmatio vel negatio: sed sunt dictiones, quibus cum aliquid additur, fit affirmatio vel negatio, & propterea bene inquit Philosophus, quod partes Orationis *significant vt dictio, non vt affirmatio, vel negatio.*

Responsio.

Partes Orationis nō sunt affirmatio, vel negatio, sed dictio

## DVBITATIO QVARTA

### *Quotuplex sit Oratio?*

1 PRima Orationis Diuisio est in Orationem perfectam, & imperfectam. Oratio perfecta est, quæ perfectum generat sensum, vt Deus est immortalis. Imperfecta vero est illa, quæ imperfectum generat sensum, vt Deum patere mitis.

Se-

Quadruplex

2 Secunda Dictio est Oratio perfecta, quæ multiplex est: alia est temporis præsentis indicativi modi; et Verus est Deus, sive secunda est modi imperativi, Vivamus: sole Deum terna est modi dependentiæ, ut per me Deum, quarta est modi optativi, utinam Deus vivat: quinta est modi conjunctivi, veram intueri tabernaculum Dei sit modi infinitivi, et credit Deum esse certum est, & vera.

3 Ex his Orationibus imperfecta non pertinet ad Logicam: cum nec veritas vel falsitas ex illa possit haberi. Et Orationibus autem perfectis ea sola, quæ est temporis præsentis indicativi modi, & votativa Enunciativa, ad Logicam pertinet, quia hæc tantum absolutè veritatem, vel falsitatem significat.

Obiectio.

4 Dices hæc Propositio Verbum caro factum est, est temporis præteriti, & tamen veritatem significat: tum hæc Deus judicabitur est vivus, & mortuos, est temporis futuri, & similiter significat verum: ergo vel Orationes non enunciativæ pertinent ad Logicam, vel non est sola Enunciativa, quæ significat verum.

Respon-sio.

Respondeur, Propositiones aliorum temporum à præsenti non tantum significare verū vel falsum, in quantum aliquando fuerunt, vel futuræ sunt temporis præsentis: unde hæc propositio, Verbum caro factum est, ideo est vera, quia aliquando fuit verum dicere, Verbum caro est & hæc alia, Deus judicaturus est vivos & mortuos, est vera, quia aliquando erit verum dicere, Deus judicat vivos, & mortuos.

## DVBITATIO QVINTA

### *Quid, & Quotuplex sit Propositio?*

1 EXplicatis partibus Propositionis: nunc superest explicemus ipsam Propositionem, quæ alio vocabulo dicitur Enunciatio: Propositio autem sic ab Arist. diffinitur cap. 4. lib. 1. Perhyerm. *Oratio perfecta verum vel falsum significans.* Dicitur Oratio hoc genere, quia etiã propositio est Oratio significativa ad placitum, cuius aliqua partium separata significat; dicitur *perfecta*, quia nõ quæcunque oratio est Propositio sed illa tantum, quæ aliquo modo perfecta; unde Orationes imperfectæ propositiones dici non possunt; ultima tandem particula *verum vel falsum significans*, ponuntur ad differentiam perfectarum aliorum temporum a præsenti; quæ quidem licet perfectæ sint; verum tamen vel falsum non enunciãt

Pro-

Propositio in Categorica & hypothetica.

2 Propositio, quę eſt Oratio Enunciativa, multiplex eſt: Prima Dividitur in ſimplicem ſeu categoricam, & compoſitam ſeu hypotheticã. Simplex ſeu categorica eſt illa, quæ conſtat ex unico ſubiecto, unica copula, & non tantum praedicato, vt Deus eſt Iuſtus.

2 Propoſitio compoſita ſeu hypothetica eſt illa, quæ conſtat ex pluribus ſimplicibus categoricis, aliquo ſigno vniente quæ ſigna ſunt quinque. Prima dicitur copulatiua (&) vt ego lego, & vos ſcribitis, ſecunda eſt diſiunctiua (vel) vt vel dies eſt, vel non eſt: tertia eſt conditionalis (ſi) vt ſi Sol lucet, dies eſt: quarta eſt cauſalis (quia) vel quatenus. Dies eſt, vbi tanta lux datur hominibus, &c. eſt ly (ergo vel igitur) vt Petrus currit, ergo mouetur.

3 Secunda Diuiſio eſt propoſitionis ſimplicis in propoſitionem ſimplicem abſolutam, quæ vocatur deinceps, & Modalem: Abſoluta propoſitio eſt illa, quæ abſolutè ſignificat aliquid eſſe, vel non eſſe, vel non eſſe actum, vt homo eſt animal. Modalis vero eſt illa, quæ ſignificat, quomodo aliquid eſſe, vel non eſſe: aliæ ſunt Quatuor (f. neceſſarium, contingens, poſſibile, & impoſſibile: vt neceſſarium eſt Petrum eſſe hominem, contingens eſt, Paulum eſſe album. Poſſibile eſt, hominem mouere. Impoſſibile eſt, aſinum eſſe rationalem.

Propoſitio abſoluta.

4 Tertia Diuiſio eſt Propoſitionis abſolutæ in Vniuerſalem & particularem. Vniuerſalis eſt illa, quæ datur per notam vniuerſalem, apponitam ante ſubiectum; notæ autem vniuerſales ſunt, Omnis, Quilibet, quicunque. Propoſitio vero particularis eſt illa, quæ datur per notam particularem, appoſitam ſimiliter ante ſubiectum, quæ notæ particulares ſunt aliquis, & Quidam.

Propoſitio vniuerſalis & particularis.

5 Quarta Diuiſio eſt in Propoſitionem Indefinitam, & ſingularem. Indefinita eſt, quando loco ſubiecti ponitur aliquod nomen ſpecificum, vel genericum ſine aliqua nota vniuerſali, vel particulari: vt homo eſt animal. Singularis vero eſt, quando loco ſubiecti ponitur aliquod Individuum ſine demonſtratiua, vt Petrus eſt homo: ſine demonſtratum, vt hic homo eſt animal, ſine circumlocutum, vt Chriſtianiſſimus regnat, ſine tandem ex ſuppoſitione, vt Filius Virginis eſt Deus.

Propoſitio indefinita, definita, & ſingularis.

6 Quinta Diuiſio eſt in Propoſitionem affirmatiuam, & Negatiuam: affirmatiua poteſt fieri duobus modis, primo per id, ſe non apponitionem negationis ante copulam, vt homo eſt animal. ſecundo per apponitionem

Propoſitio affirmatiua, & negatiua.

Propoſitio abſoluta, vel modalis.

nem

Negatiua tribus modis.

nem negationis ante notam negatiuam, vt non nullus Homo currit. Propositio vero negatiua potest fieri tribus modis, primo per appositionem negationis ante copulam, vt Omnis homo non currit, secundo per notam negatiuam, appositam ante subiectum, absque eo, quod ponatur negatio ante verbum, vt nullus homo currit. Tertio per appositionem negationis ante notam affirmatiuam, vt non omnis homo currit.

7 Sexta Diuisio est in necessariã, cõtingẽtẽ, & Impossibilẽ: Necessaria est quãdo prædicatum necessario conuenit subiecto, & cõtingens est, quando prædicatum potest conuenire, & non conuenire subiecto, vt Homo est albus. Impossibilis est, quãdo prædicatum nullo modo cõuenit subiecto, vt homo est lapis.

8 Septima Diuisio est in Identicam, & formalem. Identica est, quando idem prædicatur de eodem, vt Petrus est Petrus. Formalis est, quando Prædicatũ vel est Vniuersalius subiecto, vel se habet vt forma respectu subiecti, vt Petrus est Homo. Homo est rationalis.

9 Octaua diuisio est in Propositionem de secundo adiacente, & in propositionem de tertio adiacente. Prima est, quãdo prædicatum non ponitur expresse post verbum; sed includitur in verbo, vt Deus est. Propositio de tertio adiacente est, quando post Verbum explicite ponitur prædicatum, vt Deus est Omnipotens.

10 Vltima diuisio est in Propositionem directam, & indirectam. directa est quando Propositiones directa, & indirecta. vniuersalius, vel id, quod est forma subiecti, ponitur loco prædicati, vt Petrus est homo, Homo est rationalis. Indirecta vero est, quando vniuersalius, vel ponitur loco subiecti, & id quod est minus vniuersale, loco prædicati, vt si dicatur, Animal est Homo. Homo est Petrus, &c.

## DVBITATIO SEXTA

### *Quot sint Interrogationes, quæ possint fieri De aliqua Propositione?*

1 TRiplex Interrogatio fit de aliqua propositione, prima est per Quæ? secunda per Qualis? Tertia per Quanta? Ad interrogationem factam per Quæ? respondendum est per eius species, quod sit vel Categorica, vel Hypothetica, vt si quis quæreret, Quæ propositio est ista, Homo est

est anima? Respondendum est, quod sit categorica. Ad Interrogationem factam per Qualis: Respondendum est per eius Qualitatem, quæ sunt affirmatio, vel Negatio, & dicendum est, quod sit vel affirmativa, vel negativa: unde si quis peteret, Qualis Propositio est ista? Homo non est lapis? respondendum est, negativa. Tandem ad interrogationem factam per Quanta, Respondendum est per eius Quantitatem, quod scilicet sit vel universalis, vel particularis, vel indefinita, vel singularis: unde si quis quæreret, Quanta Propositio est ista, Omnis homo currit? Respondendum est, quod sit universalis.

2 Quod vt Melius & facilius intelligatur, aduertendum Doctores sequens carmen.

*Quæ, ex, vel hyp. Qualis me, vel aff.*
*V. Quanta, Par, In, Sin,*

Qui versus sic explicatur. *Quæ ex, vel hyp.* Idest ad Interrogationem factam per Quæ: Respondendum est, per ex. idest per Categoricam, vel hyp. idest per hypoteticam. *Qualis me, vel aff.* idest ad Interrogationem factam per Qualis, Respondendum est vel per me, idest per negativam, vel per aff. idest affirmativam. *V. Quanta Par, in, fin.* Idest ad interrogationem factam per Quanta, respondendum est per V. per Vniversalem, vel per Par. idest per Particularem, vel per in, idest indefinitam, vel per fin, idest per singularem.

Explicatio dicti versus.

## DVBITATIO SEPTIMA

### *Quot, & Quæ sint Proprietates Propositionum absolutarum?*

Proprietates Propositionum sunt quatuor.

1 NOtanter dixi, Ly absolutarum, nam de Propositionibus modalibus solet alibi esse tractatio. Proprietates ergo absolutarum Propositionum quatuor sunt. f. Veritas, vel falsitas. Oppositio. Æquipollentia. & Reciprocatio. Veritas, vel falsitas nihil aliud est, nisi conuenientia vel disconuenientia prædicati cum subiecto, vt Petrus est homo, Paulus est lapis Prima propositio est vera, quia esse hominem conuenit Petro; Secunda est falsa, quia esse lapidem non conuenit Paulo: sic etiam in Propositionibus negatiuis tunc Propositio negatiua est vera, quando negatur aliquid de subiecto, quod illi re vera non conuenit: vt homo non est lapis, tunc est falsa, quando negatur aliquid de subiecto, quod reuera illi conuenit, vt homo non est Animal.

Veritas & falsitas Propositionum.

2 Secunda Proprietas eſt Oppoſitio, quæ nihil aliud eſt, niſi repugnantia duarum propoſitionum, habentium eaſdem ſubiecta, eaſdem prædicata, eaſdemque copulas, mutata tamen vel Quantitate, vel Qualitate, vt Omnis homo currit, nullus homo currit. Hæ propoſitiones dicuntur oppoſitæ, ratione illarum mutatarum, ſ. Omnis, & nullus.

Oppoſitio.

3 Quatuor autem ſunt ſpecies Oppoſitionum. Prima dicitur contraria, & eſt illa, quæ reperitur inter duas Propoſitiones ambas vniuerſales, quarum vna eſt affirmatiua, altera negatiua: vt Omnis homo eſt Animal, nullus homo eſt Animal. Secunda dicitur ſubcontraria, & hæc reperitur inter duas Propoſitiones, ambas particulares, quarum vna eſt affirmatiua, altera negatiua: vt aliquis homo currit, aliquis homo non currit. Et hæ duæ ſpecies Oppoſitionum non opponuntur in Quantitate, quia vel ambæ ſunt vniuerſales, vel ambæ particulares: ſed ſolum opponuntur in Qualitate, quia ſemper vna eſt affirmatiua, & altera negatiua.

Oppoſitionũ ſpecies ſúnquatuor.

4 Tertia ſpecies Oppoſitionis dicitur ſubalternationis, & hæc reperitur inter duas Propoſitiones, quæ opponuntur non ſolum in Qualitate, ſed etiam in Quantitate, quia vna Propoſitio ſemper eſt affirmatiua, & altera negatiua, vna vniuerſalis, & altera particularis, vt omnis homo eſt albus, quidam homo non eſt albus, nullus homo eſt albus, quidam homo eſt albus.

5 Quarta, & vltima ſpecies Oppoſitionem dicitur ſubalternata, & hæc reperitur inter duas propoſitiones, quæ non opponuntur in Qualitate, ſed ſunt tum in Quantitate, quia vtraque ſimul affirmatiua, vel ambæ negatiuæ: ſed vna vniuerſalis, altera vero particularis, vt omnis homo eſt animal, quidam homo eſt Animal, nullus homo eſt Animal, quidam homo eſt Animal.

6 Sed Quoniam Propoſitio triplex vel potest esse in materia necessaria, vel impoſſibili, ideo iuxta triplicem Propoſitionis materiam. Triplex regula eſt obſeruanda. Prima regula eſt, quod Propoſitiones in materia necessaria tunc ſemper affirmatiuæ ſunt veræ, & Negatiuæ falſæ: vnde in materia necessaria contrariæ ſubcontrariæ, & Contradictoriæ nunquam erunt ambæ veræ, vel ambæ falſæ, ſed vna affirmatiua necessario erit vera, altera negatiua necessario erit falſa.

7 Secunda regula eſt, Propoſitio-

sitionum in materia contingenti, in qua omnis vniuersalis semper est falsa, omnis particularis semper est vera; atque adeo in materia contingenti ambæ contrariæ semper sunt falsæ, subcontrariæ ambæ sunt veræ. Contradictoriæ nec ambæ sunt simul veræ, nec ambæ simul falsæ; sed vna harum, vniuersalis semper est falsa altera particularis semper est vera.

3 Tertia regula est Propositionum in materia impossibili, in qua omnis affirmativa semper est falsa, omnis negativa semper est vera. Quando igitur Propositio erit impossibilis, Omnes contrariæ, Subcontrariæ & contradictoriæ non erunt amborum veræ, nec ambæ falsæ, sed negativa erit semper vera, affirmativa semper erit falsa. Insubalternis vero ambæ negativæ semper erunt veræ, sicuti ambæ affirmativæ semper erunt falsæ.

4 Æquipollentia, quæ est alterius propositionis mutatio, facta qualitate, ita definitur, est communicatio sensus duarum Propositionum, habentium eadem subiecta, eadem Prædicata, easdem quantitates, sed diuersa tamen signa: vnde quando duæ propositiones oppositæ vel contrariæ vel subcontrariæ vel contradictoriæ vel subalternæ concordabunt in sensu per appositionem negationis ante, vel post subiectum vnius ex illis; tunc dicentur Æquipollentes.

Æquipollentia.

5 Vt autem sciatur, quemodo Propositiones Oppositæ fiant Æquipollentes, ad inuentas est sequens versus.

*Pra Contradic. Post contra.*
*Pra, Post subalterne subalterne.*

Qui versus sic explicatur. *Pra contradic.* Idest In Contradictorijs negatio (Non) præposita subiecto vnius Propositionis, facit illam æquipollere suæ contradictoriæ v. g. illæ sunt contradictoriæ; Omnis homo est Animal quidam homo nō est Animal, vtiste Propositiones fiant æquipollentes, præponenda est negatio (non) ante subiectum vnius ex illis sic. Non omnis homo est Animal, idem est, ac Quidam homo non est Animal. Vel sic non quidam homo non est Animal, æquipollet huic. Omnis homo est Animal. Vel ex alia parte sic. Non nullus homo est Animal: æquipollet huic, Quidam homo est Animal. Non quidam homo est Animal. Non quidam homo est Animal æquipollet huic nullus homo est Animal. & hoc vult dicere ly Pra Contradic.

Quomodo Æquipollet Contradictorie.

11 *Post Contra.* Idest in contrarijs Negatio (Non) posita post subiectum vnius Propositionis, facit illam æquipollere suæ contrariæ. Exempli gratia illæ sunt contrariæ. Omnis homo est Animal. Nullus homo est Animal. vt ambæ conueniant in sensu ponenda est negatio

Quomodo Æquipollet Contrarie.

tio, non, post subiectum vnius hoc modo: Omnis homo non est Animal, equipollet huic Omnis homo est Animal. & hoc significat ly Post Contra.

*Pro Postque Subalter*. Idest in subalternis vt ambę equipolleant; Negatio, non, bis ponenda est (semel ante subiectum, & iterum post subiectum vnius Propositionis, sit exemplum in subalternis affirmationis. Omnis homo est Animal. Quidam homo est Animal. istę sunt oppositę subalternę, quę, vt equipolleant, bis ponenda est negatio, non, semel ante subiectū, & iterū post subiectū vnius propositionis hoc modo. Non omnis homo nō est Animal. equipollet huic, Quidam homo est Animal. Vel sic Non quidam homo non est Animal equipollet huic, Omnis homo est Animal. Sit aliud exemplum in subalternis negationis. Non nullus homo non est Animal equipollet huic Quidam homo non est Animal. Ex parte vero particularis negativę non potest fieri equipollentia, propter incongruitatem sermonis: nam Negatio (non) deberet replicariter in eadem propositione.

13 Quarta Proprietas Propositionum est Reciprocatio seu conuersio, quę fuit est necessaria ad reductionem Syllogismorum imperfectorum ad modos perfectos. Est autem conuersio commutatio extremorum, subiecti in Predicatum, & Predicati in subiectum, manente eadem Qualitate, & veritate; siue Quantitas eadem permittat, siue non; vt omnis homo est rationalis, omne rationale est homo.

14 Et triplex est. Prima dicitur simplex, siue totalis, estq; commutatio subiecti in Predicatum, & econtra manēte eādē Qualitate, eidem Quantitate, & eadem Veritate.

15 Conuersio per accidens, quę etiam appellatur particularis, estq; conuersio subiecti in prędicatum, & Prędicati in subiectum, manente eadem Qualitate, & eadem Veritate, sed mutari debet Quantitas de Vniuersali in particularem: vt omnis homo est Animal; quoddam Animal est homo.

16 Conuersio per contrapositionem, est commutatio subiecti in Predicatum, & econtra, manente eadem Quantitate, & Qualitate; mutatis tamen solummodo terminis finitis, in terminos infinitos: vt omnis homo est rationalis, omne non rationale est non homo.

17 Vt autem cognoscatur, quę nam propositiones conuerti debeant simpliciter, quę per Accidens, & quę per contrapositionem, adnuentibus sunt sequentes versus.

Firi

*Feri simpliciter, convertitur Esa per accid.*

*Asso per contra, & sic fit conversio tota.*

In quibus carminibus considerande sunt istę Dictiones s. *Feri, Esa, & Asso*. Inquibus sunt quatuor vocales. *E A. E. I. & O.* A significat propositionem vniuersalem affirmatiuam; E, significat propositionem vniuersalem negatiuam; I, denotat propositionem particularem affirmatiuam, & O, particularem negatiuam; vnde ad id declarandum sunt adnotandi sequentes hi alij versus.

endus quo cõ uertun tur pro positio nes

*Affirmat A, negat E, sunt vniuersaliter ambæ.*

*Affirmat I, negat O, sunt particulariter ambæ.*

Nunc in prima dictione *(feri)* sunt duæ vocales, nimirum, E, & I, quæ significant, quod omnes propositiones vniuersales negatiuæ, in, Fe & omnes particulares affirmatiuæ, significatę in, i: possunt cõuerti simpliciter, & hoc vult dicere hy. *(feri simpliciter)* conuertitur ęsa per Acci. Idest in Dictione *(Esa)* sunt aliæ duæ vocales, s. E, & A, quę significãt, quod omnes propositiones vniuersales negatiuæ, significatę in E; & omnes vniuersales affirmatiuæ, in A, possunt conuerti per Accidens. & hoc significatur ly *(conuertitur Esa per Acci)* Asso per contra, & sic fit conuersio tota. Idest in illa alia dictione s. *Asso* sunt similiter duæ Vocales, nempe A, & O, quæ significant, quod omnes propositiones vniuersales affirmatiuę, significatę per A, & Omnes particulares negatiuæ, significatę per O, in *(Asso)* possunt conuerti per contrapositionem, & hoc denotatur per ly *(Asso per contra)* Esset post tractatum de Propositionibus absolutis hic prosequendum de Modalibus ut Propositionum tractatio studentibus notitiæ est minimę vtilitatis, & difficultatis maximę: ideo illam hic prętermittimus.

# PARS TERTIA

## DE HIS, QVIBVS DIRIGITVR Tertia Operatio Intellectus.

ARGVMENTATIO est illud Principale Logicæ Instrumentum, quo perficitur Tertia Intellectus Operatio: De Argumentatione autem hominum, & de omni Syllogismo, non contracto ad aliquam materiam, agit Philosophus, & cum Eo omnes Logici Antiquiores in libris Priorum De Argumentatione vero, contracta ad materiam necessariam, in libris Posteriorum. De Eadem contracta ad Materiam Probabilem simpliciter, in libris Topicorum. De Argumentatione tandem contracta ad materiam probabilem apparenter, in libris Elenchorum. Nostram igitur Integram de Omni Argumentatione Tractatum ad Tres tantum sequentia Capita restringemus.

---

TERTIAE PARTIS

*De bis, Quibus Dirigitur Tertia Operatio Intellectus.*

TRIA CAPITA

*Caput I.* *De Argumentatione In Genere.*

*Caput II.* *De Prima specie Argumentationis, s. De Syllogismo.*

*Caput III.* *De Reliquis Argumentationis Speciebus.*

---

CAPVT PRIMVM

*De Argumentatione In Genere.*

DE hoc Principalissimo Logicæ Instrumento, summaque omnibus scientiis necessario, s. De Argumentatione in communi quatuor dubitationes in præsenti capite sunt videndæ.

PRIO-

## PRIORIS CAPITIS

## De Argumentatione In Communi.

*Dubitationes Quatuor*

*Dub. I.* *Quid sit Argumentatio?*

*Dub. II.* *An Argumentatio sit composita & Quot sint ex quibus constet?*

*Dub. III.* *Quotuplex sit Materia & forma Argumentationis?*

*Dub. IV.* *Quot sint regulæ Generales rectæ consequentiæ?*

## DVBITATIO PRIMA

### *Quid sit Argumentatio?*

1 ARgumentatio est Propositio hypothetica illativa, in qua vltima ex aliis infertur; vt Petrus currit, ergo mouetur: dicitur Propositio hypothetica, quia constare debet ex pluribus categoricis, vel ex tribus vel ad minus ex duabus: vnde Oratio simplex non potest dici Argumentatio. dicitur illatiua, quia illatiua, vel duæ Propositiones simplices ob necessariam inter se mediâ quadam nota illatiua, quæ est Ly ergo, vel igitur. Dicitur tandem, in qua vnum ex alio infertur, quia vltima propositio, quæ dicitur illatio, seu consequens, vel consequentia, semper colligitur ex suo antecedente.

Diffinitur Argumentatio.

2 Sed contra hanc Argumentationis Diffinitionem obijcies. Datur aliqua Argumentatio, in qua vnum non infertur ex alio; vt si dicamus, Omnis homo est animal, ergo D. Augustinus est in Cælo: Hoc cōsequens nō infertur ex antecedenti, quia etiam si homo non esset Animal, ad huc posset esse Augustinum residere in cælo. igitur non rectè diffinitur Argumentatio.

Obiectio.

3 Pro Solutione sit.

## DVBITATIO SECVNDA

### *An Argumentatio sit composita, & quæ sint ea, ex quibus cōstet?*

1 ARgumentatio composita est ex materia, & forma: quæ compositio formaliter ratio-

Argumentatio est cōposita ex materia, & forma.

rationis est. Et materia Argumentationis sunt ipsæ Propositiones, ex quibus eadem argumentatio constat, præscindendo ab hoc, quod sint veræ, vel falsæ: vg. si dicamus, omnis homo est currens, aquila est hymnibilis: ergo D. Petrus est Apostolus: hujusmodi tres Propositiones, sic dispositæ, abstrahendo ab hoc, quod sint veræ, vel falsæ, dicuntur materia Argumentationis: forma verò eiusdem est illud vinculum, seu cõdemnatio, vel ille ordo, quem Propositiones servant inter se, ita vt vltima inferatur ex præcedentium.

Datur Argumentatio secũdũm materiã, sed nõ secũdũ formam.

2. Nunc facilè Respondetur Objectioni: occasione cuius investigauimus dubitationem præsentem. In illa Argumentatione, in qua vltima propositio non infertur ex primis, deest forma, quæ est illa connexio, seu vinculum observandum inter Propositiones: quamuis adsint ipsæ propositiones, quæ constituunt eiusdem argumentationis materiam.

3 Sed contra obijcies difficile argumentum. Est Communis doctrina omnium Philosophorum, quod non detur, nec dari possit materia sine omni forma: ergo æq potest dari Argumentatio secundum materiam, quæ non sit etiam secundum formam. Pro solutione sit.

## DVBITATIO TERTIA

### *Quotuplex sit Materia, & forma Argumẽtationis?*

1 MAteria Argumentationis duplex est: s. vel vera, vel falsa; tunc est vera, quando ipsæ propositiones sunt veræ, ita ut Prædicatum cuiuslibet conueniat subiecto; tunc vero est falsa: quando ipsæ Propositiones sunt falsæ, & prædicatum vniuscuiusq; non conuenit subiecto. Forma etiam Argumentationis est duplex, s. vel bona, & legitima; vel ista, & vitiosa. Tunc forma Argumentationis est legitima: quotiescunque vltima Propositio sequitur ex antecedentibus; & obseruat omnes regulas, requisitas ad Argumẽtationem: tunc vero est vitiosa, quando vltima propositio non sequitur ex primis; vel deficit aliqua regula, ad argumentationem requisita.

2 Hoc notato, Respondetur ad Argumentum, quod aliquãdo detur Argumentatio secundum materiam, & non secundum formam; idest in aliqua argumentatione dant materia vera, sed forma non est legitima, sed potius vitiosa: vt quando omnes Propositiones sunt ve-

vera; sed vltima non infertur ex alia: aliquando tamen potest Argumentatio secundum formam, non vero secundum materiam, idest in aliqua Argumentatione materia potest esse falsa: sed forma erit legitima: vt quando vltima Propositio infertur ex antecedentibus, quamuis eadem propositiones antecedentes sint falsæ; aliquando dentur Argumentationes secundum materiam, et secundum formam, idest sicut materia est vera, ita forma est legitima, vt quando omnes Propositiones sunt veræ, & vltima Propositio infertur ex primis.

## QVAESTIO QVARTA

### *Quot, & Quænam sint regulæ consequentiæ ex bona Argumentatione?*

1 QVinque sunt regulæ bonæ consequentiæ. Prima, quod in omni Argumentatione ex Antecedenti vero non sequitur nisi verum. vt homo est Animal, ergo est sensibile. aliquando ex antecedenti falso sequitur consequens verum, vt homo est equus, ergo est Animal, & aliquando ex falso sequitur falsum, vt homo est equus, ergo est lapis. Prima regula bonæ consequentiæ

2 Secunda regula est, quod ex antecedenti necessario non sequitur, nisi consequens necessarium, vt homo est Animal, ergo est sensibilis; ex antecedenti contingenti aliquando consequens contingens, vt petrus currit, ergo movetur; Aliquando consequens necessarium: vt Petrus currit ergo est Animal: Aliquando consequens impossibile, vt Petrus est albus, ergo est nix. Tandem ex antecedenti impossibili aliquando sequitur consequens contingens vt Petrus est nix, ergo est albus, aliquando ex impossibili sequitur necessarium, vt Petrus est leo, ergo est Animal, & aliquando ex impossibili sequitur etiam impossibile, vt Petrus est leo, ergo est rudibilis. Secunda

3 Tertia regula est. Quemadmodum ex antecedenti infertur consequens; ita ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. vt Petrus est homo; ergo est rationalis; Sed leo non est rationalis, ergo non est homo. Tertia

4 Quarta regula est. Quicquid convenit essentialiter consequenti, debet etiam essentialiter convenire antecedenti, vt Petrus est homo, ergo est animal; sed animali essentialiter convenit esse sensibile; ergo etiam homini essentialiter convenit esse sensibile. Sic etiam quicquid repugnat consequen quarta

ti, repugnat similiter antecedenti.

quinta § Quinta regula est. Quod à Superiori ad inferius negatiuè valet consequentia, v. g. lapis non est Animal, ergo lapis non est homo. sic ab inferiori ad superius affirmatiuè valet etiam consequentia, vt Petrus est homo? ergo est Animal.

## CAPVT SECVNDVM

### De Prima, & Principali Specie Argumentationis, scilicet Syllogismo.

SYllogismus inter omnes Argumentationes principatum tenet præeminentem, tanquam id, ad quod ordinantur omnia, quæ in tota Logica pertractantur: & ideo non inutile fi prohæmium aliquantulum de eo tractationem inchoemus: excitabimus autem De Syllogismo sequentia dubia.

Dub. I.
*Quid sit Syllogismus?*

Dub. II.
*Quæ nam sit materia, & forma Syllogismi?*

Dub. III.
*Quotuplex sit figura Syllogismorum?*

Dub. IV.
*Quot sit modi cuiuslibet figuræ?*

Dub. V.
*Quæ regula sint communes pro recta forma Syllogistica omnium figurarum?*

Dub. VI.
*Quæ nam sint regulæ speciales cuiuslibet figuræ pro eadem rectitudine formæ?*

Dub. VII.
*Quomodo reducantur modi imperfecti ad perfectos?*

Dub. VIII.
*Quæ regulæ sint observandæ ad inueniendum medium terminum, & cognoscendum in qua figura modus sit?*

Dub. IX.
*Quotuplex sit Syllogismus, & Quid unusquisque Species?*

Dub. X.
*Quotuplex potest contingere fallacia in Syllogismo?*

## SECVNDI CAPITIS

### De Syllogismo,

### Decem Dubitationes.

## DVBITATIO PRIMA

### *Quid sit Syllogismus?*

1 ARistoteles in Primo lib. Priorum cap. 1. sic Syllogismum diffinit. *Est Oratio, in qua quibusdam positis, & concessis, aliquid aliud necesse est, euenire per ea, quæ posita sunt.* & *concessa*. Dicitur Oratio, loco Generis: sed intelligit de Oratione composita, quæ constat pluribus enthegoricis: & propterea addit vtcunq; (*quibusdam positis*) vt intelligamus, non vnam tantum propositionem; sed duas necessarias esse tanquam Principia Syllogismi, quæ communi vocabulo dicimus Præmissæ. dicitur etiam (*aliquid aliud*) vt sciamus, vltimam propositionem, quæ dicitur conclusio, esse aliam propositionem, distinctam a duabus præmissis. Ponitur tandem *Ly necesse est, aliquid euenire per ea, quæ posita sunt, & concessa*, quia adhuc præmissis bene dispositis, eisque concessis tanquam veris, necessario infertur conclusio

Diffinitur Syllogismus.

2 Sed contra huiusmodi Diffinitionem Obijcies, data Syllogismi diffinitio non constat ex Genere proximo, quia Genus proximum Syllogismi est *Argumentatio*: & *by Oration est potius Genus remotum*, ergo data Syllogismi diffinitio non est bona. Respondetur cum Ægid. in 1. lib Priorum cap. 1. Resp. dub. 1. circa diffinitionem Syllogismi, quod Argumentatio non est vniuoca, sed analoga ad Syllogismum, & ad Reliquas Argumentationis species; nam principaliter Argumentatio includitur in Syllogismo, & ratione syllogismi conuenit alijs speciebus, & ideo Syllogismus nō diffinitur per Argumentationē sed per Orationem, quæ vniuocè dicitur de omnibus Argumentationis speciebus.

Obiectio.

Resp. ad diffinitionem Syllogismi.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quæ nam sit Materia, & Forma Syllogismorum?*

1 MAteria Syllogismorum duplex est; altera est remota; alia est proxima, remota sunt termini, ex quibus constat Propositio, Proxima verò sunt ipsæ Propositiones, ex quibus componitur Syllogismus

Materia syllogismorū duplex

2 Forma autem Syllogismi est debita ordinatio maioris & minoris extremitatis cum medio termino; & Propositionum in debita Qualitate, Quæ etiam est duplex, vna vocatur Figura, altera modus. Forma, quæ dicitur figura, est debita

Syllogismi forma etiā duplex.

dispositio maioris, & minoris extremitatis cum medio termino; forma vero, quæ est modus, est ordinatio Propositionum cum debita Qualitate, & Quantitate.

In Quo libet Syllogismo tres Propositiones.

3 Pro cuius maiori Intelligentia notandum est, quod in Quolibet syllogismo tres reperiuntur Propositiones, quæ constituunt materiam proximam syllogismi. Prima dicitur maior, eo quia est principium omnium aliarum. Secunda dicitur minor, quia connectetur sub prima. Tertia dicitur conclusio, quia concludit, & determinat relationem propositionum veritate. Maior, & Minor dicuntur Præmissæ, & quando sunt veræ, necessario inferunt conclusionem.

In Propositionibus sunt tres Termini.

4 In præmissis autem tribus propositionibus reperiuntur tres termini, connectentes ipsas Propositiones, & constituentes materiam remotam syllogismi. Prior dicitur maior extremitas, secundus dicitur minor extremitas, tertius vocatur medius terminus. Maior extremitas est ille terminus, qui in maiori ponitur cum medio termino, & in conclusione cum minori extremitate, sed non ingreditur minorem propositionem. Minor extremitas est ille terminus, qui ponitur in minori cum medio termino, & in conclusione cum maiori extremitate, sed non ingreditur maiorem. medius terminus est ille, qui bis reperitur in Syllogismo, semel in maiori propositione cum maiori extremitate, & iterum in minori cum minori extremitate, sed non ingreditur conclusionem.

5 Hac explicatione præmissa iterum repeto, quod Superius dixi; Materia remota Syllogismi sunt ipsi tres Termini, quibus connectuntur Propositiones inter se. Materia Proximæ sunt ipsæ Propositiones, ex quibus componitur Syllogismus; Forma eius de Syllogismo, quæ dicitur figura, est debita dispositio maioris, & minoris extremitatis cum medio termino: forma vero, quæ dicitur modus, est ordinatio Propositionum cum debita Qualitate, & Quantitate.

Obiectio.

6 Sed contra positam doctrinam obijcies. Vnius cuiusque rei vnica debet esse forma: sed Syllogismus est vna tantum res, ergo Syllogismus vnicam habet formam, ergo falsum est, quod forma Syllogismi sit duplex, altera, quæ dicitur figura, & alia, quæ dicitur modus. Respondetur cum Ægid. loco supra citato, quod sicuti materia Syllogismi est duplex, Remota, & proxima; sic etiam forma debet esse duplex, altera est remota, quæ respondet materiæ remotæ, & est forma, quæ dicitur figura

Solutio Ægi

gura, altera forma est proxima, quæ correspondet materiæ proximæ, & hæc forma dicitur modus.

7 Ex qua doctrina colliges, figuram esse formam syllogismi veluti materialem, & in potentia ad vlteriorem formam: Modum autem esse vltimam formam syllogismi completiuam.

## DVBITATIO TERTIA

### *Quotiplex sit figura Syllogismorum?*

1 TRiplex est Syllogismorum figura, iuxta triplicem dispositionem medij termini cum extremitatibus Ita. Arist. Primo Priorum cap. 5. Prima figura est illa, in qua medius Terminus subijcitur in maiori, & prædicatur in minori. Secunda figura est, in qua medius terminus bis prædicatur, semel in maiori, & iterum in minori. Tertia figura dicitur illa, in qua medius terminus bis subijcitur, semel in maiori, & iterum in minori.

figura syllogismorum triplex

2 Pro qua re explicanda ad inuenere doctores sequentia carmina.

*Prima prius subijcit medium, post prædicat ipsum.*
*Altera bis prædicat tertia bis subijcit ipsum.*

Quæ carmina eandem habent sententiam, quam habet ille antiquissimus versus *Sub, præ, præ: bis præ secundæ. Tertiæ bis sub.* Qui omnes versus sic explicantur. In prima figura medius Terminus subijcitur in maiori, & prædicatur in minori, & hoc vult dicere ly *sub præ*, *Prima*. Sit maioris claritatis gratia exemplum, Omnis homo est Animal. Petrus est homo, ergo Petrus est Animal.

explicatur prima figura.

3 In secunda figura medius terminus bis prædicatur, tam in maiori, quam etiam in minori: & hoc significat ly *bis præ secundæ*, sit exemplum. Nullus leo homo est risibilis. omnis leo est risibilis, ergo nullus leo est homo.

Declaratur secunda figura.

4 In Tertia eandem figura medius terminus bis subijcitur tam in maiori, quam in minori; & hoc vult dicere ly *tertia bis sub.* v.g. omnis homo est Animal, omnis homo est rationalis, ergo aliquod rationale est Animal.

Tertia figura exponitur.

5 Sed tribus figuris iam explicatis Galenus addidit quartam, ea ratione ductus, quia medius terminus potest disponi cum extremis quatuor modis, quia præter illas dispositiones medij termini iam assignatas, potest disponi cum extremis, ita vt prædicetur in maiori, & subijciatur in minori; vt in hoc syllogismo. Omnis homo est Animal. omne Animal est sentiens: ergo omnis ho-

Quarta figura non admittit.

homo est sentiens. Igitur quatuor erunt figuræ Syllogismorum. Respondetur, quod diuersitas figurarum sumitur vtique ex diuersa dispositione medij termini cum extremis, quando medius terminus essentialiter habet modum diuersum subijciendi, & prædicandi: at modus prædicandi, qui inuenitur in quarta figura, non est distinctus essentialiter; sed tantum accidentaliter à prima: nam si maior propositio fit minor, & minor ponatur loco maioris, semper erit prima figura; non sic est dispositio medij termini in alijs figuris, in quibus diuersitas est essentialis.

## DVBITATIO QVARTA

### *Quot, & Qui sint modi cuiuslibet figuræ?*

1 MOdi omnium figurarum sunt decem, & nouem, ex quibus nouem Priores pertinent ad primam figuram: quatuor sequentes ad secundã, & sex vltimi ad Tertiam: Modi autem sunt isti,

Modi figurarũ sunt decẽ, & nouẽ.

*Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton.*

*Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.*

*Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti.*

*Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.*

2 In qualibet autem ex his modis inueniuntur tres syllabæ facta numerum trium Propositionum, ex quibus constare debet syllogismus. Prima syllaba correspondere debet maiori: Secunda syllaba debet correspondere minori: Tertia syllaba debet correspõdere conclusioni. Et si aliqui modi sint in quibus inueniãtur plures syllabæ, q̃ tres, vt sunt Baralypton, & Frisesomorum, tunc famendæ sunt tres syllabæ Priores, & reliquæ omittendæ.

In quilibet modo tres syllabæ.

3 In qualibet autem syllaba cuiuslibet modi semper reperitur vna ex illis quatuor vocalibus, supra declaratis A, E, I, & O. Quid autem hæ vocales significent, & Quales Propositiones debeant ipsis correspondere? supra etiam declaratum est.

4 Prima igitur figura continet nouem modos Priores, eorum quatuor primi concludunt directè, cæteri vero quinque concludunt indirectè.

Modi Primæ figuræ nouẽ.

5 Concludere directè est, quãdo in conclusione maior extremitas ponitur loco prædicati, & minor extremitas loco subiecti: Concludere vero indirectè est totum è contra, quando

6 In conclusione maior extremitas est loco subiecti, & minor extremitas loco prædicati,

7 Exercitium autem syllogizandi in huiusmodi modis fi-

exercitij ſyllogiſ tãdi in modis primæ figuræ

fieri debet. Syllogiſmus faciendus in Barbara conſtare debet ex tribus propoſitionibus, quarum quælibet debet eſſe vniuerſalis affirmatiua: quia in qualibet ſyllaba illius primi modi ſemper reperitur A, quæ ſignificat propoſitionem vniuerſalem affirmatiuam: & ſic fiet Syllogiſmus in Barbara. Omnis homo eſt ſenſibilis; Omne Rationale eſt homo. ergo omne rationale eſt ſenſibile & ſic diſcurrendum eſt per ſingulos modos primæ figuræ.

Obiectio.

8 Sed Obijcies Ariſt. in 1. Priorũ inquit, quòd cõcluſio debet eſſe ſimilis præmiſſis, ſed in modo Baralyptõ concluſio eſt particularis, præmiſſæ ſũt vniuerſales, ergo huiuſmodi cõcluſio in Baralyptõ eſt ſimilis præmiſſis, & cõſequenter hic modus non eſt adſcribendus alicui figuræ. Reſpõdetur quod ſimilitudo in Qualitate fundatur, ſicut æqualitas in Quantitate: & ſic licet concluſio facta in Baralipton non ſit æqualis præmiſſis, cum præmiſſæ ſint vniuerſales, & cõcluſio particularis, eſt tamen ſimilis illis, quia eſt affirmatiua, ſicut & illæ.

Solutio

Modi ſecundæ figuræ quatuor.

9 Secunda vero figura, in qua medius terminus bis prædicatur, quatuor tantum habet modos, qui ſunt Ceſare, Cameſtres, Feſtino, & Baroco, de quibus omnibus ſicut etiam de modis Tertiæ figuræ; communis ſententia eſt, directè concludere; quia in concluſione omnium modorum tam ſecundæ, quam tertiæ figuræ ſemper maior extremitas eſt loco prædicati, & minor extremitas loco ſubiecti, vt diſcurrenti poteſt patere.

exercitium ſyllogizandi in modis ſecundæ figuræ.

10 Sed accipite exercitium ſyllogizandi in modis ſecundæ figuræ. Ceſare habet tres ſyllabas, & tres vocales, quarum prima, & tertia eſt, E, quæ ſignificat, Propoſitionem primam & Tertiam debere eſſe vniuerſalem negatiuam; ſecunda vocalis eſt A, quæ ſignificat, ſecundã Propoſitionem debere eſſe vniuerſalem affirmatiuam: Nãc formabitur ſyllogiſmus in Ceſare. Nullus homo eſt leo. Omne tangibile eſt leo; ergo nullum tangibile eſt homo. ſic diſcurrendum in alijs modis.

Modi tertiæ figuræ ſex.

11 Tertia tandem figura, in qua medius terminus bis ſubijcitur, habet ſex vltimos modos ſ. Darapti, Feſapo, Diſamis, Datiſi, Brocardo, Feriſon, in quibus ſic fiet exercitium ſyllogizandi. Darapti habet tres vocales, quarum duæ priores ſunt, A, & tertia eſt, I, ſignum hoc eſt, quod ſyllogiſmus in tali modo debet conſtare ex tribus propoſitionibus, quarum maior & minor debent eſſe vniuerſales affirmatiuæ, concluſio vero particularis affirmatiua hoc modo: Omnis homo eſt ſenſibilis, Omnis homo eſt ſub

ſtan-

stantia, ergo aliqua substantia est sensibilis. sic de alijs.

## DVBITATIO QVINTA

### *Quot, & Que regule sunt observande pro recta forma Syllogistica omnium figurarum?*

1 TRes sunt Regulę Generales, pro bonitate formę Syllogisticę in qualibet figura. Prima est, quod ex puris particularibus, velindefinitis in materia contingenti nihil sequitur ex vi formę; ex cuius regulę defectu peccat hic syllogismus. Substantia est Angelus; homo est substantia: ergo homo est Angelus.

2 Secunda regula est, quod ex præmissis negatiuis nihil sequitur ex vi formę; vnde ob defectum huius regulę hic syllogismus non est in forma. Nullus lapis est Animal, nullus homo est lapis: ergo nullus homo est Animal.

3 Tertia Regula est, quod cōclusio debet sequi debiliorem partem; idest si aliqua præmissarum est particularis, etiam conclusio debet esse particularis: & si vna præmissarum est negatiua, etiam conclusio esse debet negatiua: vnde ob defectum huius regulę, peccat hic syllogismus. Nullum rationale est æquus; omnis homo est rationalis: ergo aliquis homo est æquus.

## DVBITATIO SEXTA

### *Que nam sint regule particulares, ad rectitudinem formę Syllogisticę?*

1 EXplicuimus regulas Generales pro omnibus maioribus figuris; nunc explicandę sunt in ipsa sex regulę particulares, quarum Prima est propria primę figurę, & est, quod nunquam maior sit particularis, loquendo de quatuor modis perfectis & directè concludentibus.

2 Secunda est, quod minor semper sit affirmatiua; vnde ob defectum huius regulę hic syllogismus peccat in forma. Omnis homo est Animal: nullus æquus est homo, ergo nullus æquus est Animal.

3 Duæ aliæ particulares regulę sunt proprię secundę figurę, quarum vna est, vt maior semper sit vniuersalis. Alia est, quod ex duabus præmissis ambabus affirmatiuis nihil sequitur ex vi formæ.

Tan-

6 Tandem pro Tertia figura dari alias regulas particulares fuer obſeruandæ: ob quarum defectum ſemper Syllogismus peccabit in forma. Prior regula eſt, vt minor ſemper ſit affirmatiua; Altera eſt, vt concluſio ſemper ſit particularis, etiam ſi vtraque Præmiſſa ſuerit vniuerſalis: vnde in Tertia figura male concluditur, & concluſio eſt vniuerſalis.

Inter-figura minor de beat eſſe affirmatiua

## DVBITATIO SEPTIMA

### *Quomodo reducantur Omnes Modi imperfecti ad quatuor perfectos?*

1 INter omnes modos omnium figurarum tantummodo quatuor primi ad Primæ figuram pertinentes, dicuntur perfecti: Reliqui omnes imperfecti ſunt; & propterea reducuntur ad Priores quatuor tanquam imperfecti, ad perfectos.

2 Reductio autem duplex eſt, altera dicitur oſtenſiua, altera eſt reductio, cogens ad impoſſibile. vt autem cognoſcatis, quinam modi reducantur reductione oſtenſiua, & quinam reductione per impoſſibile, obſeruandum eſt, quod ille modus, qui incipit à Barecundus eſt ad Barbara; qui à C. ad Celarent, qui à D. ad Darij, & qui ab F. ad Ferio.

3 In ſingulis modis imperfectis repetiantur hæ quatuor litteræ, nempe P. S. M. & C. Quæ per ſequentes verſus explicantur.

*Simpliciter conuerti vult S.*
*P. vero per Accid.*
*M. vult tranſponi, C per impoſſibile duci.*

Ideſt littera S. ſignificat, quod illa Propoſitio, ſignificata per vocalem præcedentem ad S. conuertenda eſt ſimpliciter: & hoc vult dicere, (ſimpliciter conuerti vult S.) P. vero per Accidens. Idem littera P. denotat, illam propoſitionem, ſignificatam per vocalem, præcedentem ad P. debere conuerti per Accidens; Littera M. denotat, præmiſſas Syllogiſmi imperfecti debere tranſponi, itaut maior ſit minor; & minor ſit loco maioris; & hoc ſignificat hæc (M. vult tranſponi) C. vero per impoſſibile duci, idem illi modi in quibus inuenitur littera C., debent reduci per impoſſibile:

4 Nunc exemplificemus in ſingulis reductionibus, & primo in reductione oſtenſiua. In Faeſmo ſit hic Syllogiſmus: Omne Animal eſt ſubſtantia, nullus lapis eſt Animal, ergo aliqua ſubſtantia non eſt lapis. vt huius concluſionis bonitas pate-

Reductio oſtenſiua in Faeſmo.

sat. reducendus est Syllogismus ad Ferio hoc modo. Fiat primam vocalem in Fapesmo immediate sequitur littera, P. quæ significat maiorem Propositionem syllogismi in fapesmo, conuertendam esse per accidés: Et quia in Fapesmo reperitur, M. quæ significat, præmissas esse transponendas, ideo talis propositio conuersa per accidés, ponenda est loco minoris: Deinde quia post secundam vocalem in Fapesmo immediatè sequitur S, quæ significat propositionem antecedentem ad S, conuertendam esse simpliciter, ideo sumenda est minor eiusdem syllogismi imperfecti, & conuertenda est simpliciter, hoc modo. Nullum Animal est lapis, & sic conuersa ponenda est loco minoris: conclusio syllogismi imperfecti non est mutanda, quia in Fapesmo post vltimam vocalem nulla alia sequitur littera, constituetur ergo sic syllogismus in Ferio. Nullum Animal est lapis, aliqua substantia est Animal, ergo aliqua substantia non est lapis.

Baroco, & Brocardo reducũt per impossibile.

§ Demus modo aliud exemplum pro reductione, cogente ad impossibile. Modi imperfecti, qui reducuntur per impossibile, non sunt nisi duo S. Baroco, & Brocardo, nam in his tantum reperitur littera C. In Baroco igitur sit hic syllogismus. Omne rationale est risibile, aliqua substantia non est risibilis: ergo aliqua substantia non est rationalis, reducendus est hic Syllogismus ad Barbara: reducetur autem hoc modo. Sumendum est primo loco contradictorium conclusionis syllogismi Imperfecti, & secundum est loco præmissæ negatiuæ, quæ in Baroco est minor, & in Brocardo est maior. Deinde sumendũ est contradictorium eiusdem præmissæ negatiuæ, & ponendum est loco conclusionis: illa vero præmissa, quæ in syllogismo imperfecto est vniuersalis affirmatiua, relinquenda est eodem modo, sine vlla mutatione, & sic constituetur syllogismus in Barbara. Omne rationale est risibile, omnis substantia est rationalis, ergo omnis substantia est risibilis: modo huius syllogismi negati non potest, quia est contradictoria ad conclusionem in syllogismo imperfecto negatam: & Propositionum contradictoriarum vna debet necessario esse vera: si autem est falsa

DV-

## DVBITATIO OTTAVA

### *Que Regule sint obseruande ad recte concludendum in Quolibet modo Cuiuslibet figure?*

1 SEx Regulę sunt obseruande ad concludendum in singulis modis omnium figurarum, quarum communis Prima est, quod ad bene concludendum in duobus modis prime figure, directe, & affirmatiue concludentibus, qualis sunt Barbara, & Darij pro medio termino sumendus est terminus ille, qui conueniat subiecto conclusionis probandę, & non repugnet Prędicato eiusdem conclusionis; v.g. est tibi probanda hęc conclusio. Omnis homo est substantia debes sumere pro medio termino omne illud, quod conueniat homini, & non repugnet substantiæ, vnde conuenium medium esse potest vel Animal, vel sensibile, vel viuens, &c.

2 Secunda regula in reliquis duobus modis eiusdem prime figure, & reguad concludentibus, quales sunt eplarent, & Ferio; pro Medio termino sumendus est ille terminus, qui subiecto conueniat, & Prędicato repugnet, v.g. est tibi probanda hęc Propositio, Ergo nullum latrabile est risibile; pro medio termino sumi debet ille terminus, qui latrabili conueniat, & repugnet risibili; & congruum medium esse potest, canis, &c. *Secunda regula prime &c. cludentibus negatiue.*

3 Tertia Regula in duobus modis secundę figurę, habentibus maiorem vniuersalem negatiuam, quales sunt Cesare, & Festino: debet sumi pro medio termino terminus ille, qui subiecto conueniat, & prędicato repugnet: v.g. est tibi probanda hęc Propositio, ergo nullum rationale est leo. Pro cõgruo medio sumendum est, vel homo, vel aliud simile, quod cõueniat rationali, & repugnet leoni.

4 Quarta Regula in alijs duobus modis secundę figurę, habẽtibus maiorem vniuersalem affirmatiuam, quales sunt Camestres, & Baroco. pro medio termino accipiendus est terminus ille, qui subiecto repugnet, & prędicato conueniat, v.g. est tibi probanda hęc propositio Nullus equus est rationalis. pro congruo medio accipies omne illud, quod repugnat, equo, qui est subiectum propositionis probandę, & conuenit Rationali, qui est prędicatum

*Regula in Camestres & Baroco.*

propositionis prædicatum, & tale medium esse potest vel Homo, vel risibile, vel aliquid simile.

Regula 5. Tertiæ

6 Quinta Regula in tribus modis Tertiæ figuræ, affirmativè concludentibus, quales sunt Darapti, Difamis, & Datisi, debet pro medio assumi ille terminus, qui possit esse subiectum tam subiecti, quam prædicati propositionis probandæ.

7 Vltima regula in tribus aliis modis tertiæ figuræ negativè concludentibus; quales sunt Felapton, Bocardo, & Ferison. Pro medio termino accipi debet ille terminus, qui conuenit subiecto, & repugnet eiusdem conclusionis prædicato

## DVBITATIO NONA

### *Quotuplex sit Syllogismus, & quid vna quæque eius Species?*

Syllogismus triplex

1 TRiplex est Syllogismus. Primus dicitur Demonstratiuus, seu scientificus, & est quando Argumentatio est in materia necessaria. Secundus dicitur Topicus, seu probabilis: & tunc est quando Syllogismus est in materia probabili simpliciter. Tertius dicitur Elenchus, seu fallax, & sophisticus: & est quando materia est probabilis apparenter. De Primo agit Philosophus in libris Poster. De Secundo in libris Topicorum: De tertio in libris Elenchorum.

2 Syllogismus Demonstrationis est Argumentatio, constata ex necessarijs præmissis; eundentem rei scientiam demonstrans; Præmissa autem dicuntur necessaria, quando prædicatū vel essentia, vel propria Passio subiecti. Quando ergo fit syllogismus, in quo præmissæ sunt necessariæ, & in debita forma dispositæ, tunc conclusio parit scientiam, & negari non potest.

3 Qui adhuc duplex est, alter est à priori, siue per causam; alter à posteriori siue per effectum. Syllogismus a Priori, qui etiam dicitur propter quid, est quotiescunque aliquis effectus probatur per suam causam: vt si quis demonstraret, hominem esse risibilem, quia est Rationalis.

4 Syllogismus à posteriori, qui etiam dicitur Syllogismus, Quia, est quotiescunque demonstratur causa per suum effectum: vt si quis ostenderet, Hominem esse Rationalem, quia est Risibilis.

5 Syllogismus Topicus, seu probabilis, qui etiam dicitur Dialecticus, est Argumentatio, in qua colligitur aliqua Propositio probabilis ex præmissis, vel am-

probabilibus probabilibus, vel ex vna probabili, & alia necessaria: Dicitur autem propositio probabilis, quando de ea non potest habere euidentia, sed tantum probabilitas, vt sunt omnia problemata diuersorum doctorum, Opinionibus expo sita.

6 Syllogismus tandem sophisticus, siue Elenchus, siu fallax est Argumentatio, constans ex præmissis, apparenter veris, vel saltem apparenter probabilibus: quæ tamen nec vere sunt nec probabiles: & sic huiusmodi syllogismi est fallacia siue deceptio.

## DVBITATIO DECIMA

### *Quotupliciter potest contingere fallacia in Syllogismo?*

1 QVia in quolibet syllogismum reperitur materia, & forma, ideo syllogismum fallacia contingere potest. Primo in sola materia, secluso in materia, in forma tres fallaciæ possunt contingere. Prima est quo-

Prima fallacia

rielibet quæ syllogismos non obseruat regulas, tam generales, quam speciales, ad rectitudinem formæ requisitas: vg. si fiat hic Syllogismus. Aliqua substantia est Angelus, Homo est substantia, ergo homo est Angelus, hic syllogismus peccat in forma, quia præmissæ videntur veræ, sed conclusio falsa est; idque ex eo prouenit, quia maior est particularis.

2 Secunda fallacia in forma syllogismi potest contingere, quotiescunque medius terminus est aliquod nomen æquiuocum, quod differenter sumitur in maiori, & in minori, v.g. si dicatur sic Omnis Taurus habet cornua, quidam Mons dicitur Taurus, ergo quidã mons habet cornua. hic Syllogismus sophisticus est, quia medius Terminus est ly Taurus, qui est nomen Æquiuocum, & in maiori sumitur pro illo Animali, quod vocamus Taurum, in minori pro quodam Monte, qui etiam vocatur Taurus.

4 Tertia fallacia in Forma potest contingere, quotiescunque loco copulæ non est verbum sum, es, est, sed aliud, præsertim vnum ex his 5. differt, distat, discrepat, &c. quod est resolui debeat per sum, es, est, & participium, semper erit causa, vt varietur medius termin', ita vt aliquid eiusdem sit in vna præmissa, quod non sit in alia, exempli gratia. Si fiat Syllogismus hoc modo Nullus homo differt à rationali, Omnis equus differt ab homine, ergo nullus equus differt à rationali: resolutum ly differens, & statim apparebit fallacia.

Fal-

Fallacię in materia

3 Fallacię verò, quæ possunt contingere in Materia syllogismi, sunt tresdecim: Sex quæ possunt accidere in ipsa Dictione seu Voce; & septem, quæ solent contingere extra dictionem, seu in re, significata per vocem: Prima fallacia in Dictione, seu in Voce dicitur Æquiuocationis & est deceptio proueniens ex eo, quod loco medij termini ponitur Vox æquiuoca.

4 Secunda fallacia, quæ dicitur ambiguæ locutionis, est quando vox, & eadem Oratio habet plura significata, & vni præmissæ tribuitur vnus sensus: alteri verò alius.

5 Tertia fallacia, quæ dicitur accentus, est quando eadem vox breuiter prolata, habet vnum significatum, prolata verò longè, habet aliud significatum; & in vna præmissa profertur breuiter; in alia verò longè v. g. Occidens dicitur homicida, sol est Occidens, ergo sol dicitur homicida.

6 Quarta fallacia, quæ dicitur compositionis, est quando voces sumuntur copulatim, quæ erant accipiendæ diuisim, vt Franciscus est Vir Pessimus, & Logicus, ergo est pessimus Logicus.

7 Fallacia, quæ dicitur diuisionis, est quando voces sumuntur diuisim, quæ erant accipiendæ copulatim, vt Franciscus est bonus Logicus, ergo est bonus, & Logicus.

8 Sexta tandem fallacia, quæ dicitur figuræ dictionis, est quando pluribus vocibus, eandem terminationem habentibus, tribuimus etiam eandem significationem: vt si quis contenderet hæc nomina, s. Pater, Mater: Frater, &c. habere eandem significationem, ex eo quia habent eandem terminationem.

9 Fallacię tandem, quę possunt extra dictionem contingere, seu in re significata per vocem, sunt septem. Prima dicitur Accidentis, & tunc est, quando tribuitur Accidenti, quod conuenit subiecto, vel subiecto tribuitur, quod conuenit Accidenti: vt si dicatur, omne album est coloratum; pariès est albus, ergo pariès est coloratus.

10 Secunda fallacia dicitur a dicto secundum quid ad dictum simpliciter: & tunc est, quando argumentamur à conuenientia partis ad conuenientiam totius: & è contra: vt Ethiops est albus secundum dentes, ergo Ethiops est albus: sic etiã quando colligitur aliquid semper conuenire, vel non conuenire, ex eo, quod semel cõuenit, vel non conuenit: vt in die Ieunij non licet comedere carnes, ergo nunquam licet comedere carnes.

11 Tertia fallacia dicitur ignorantia Elenchi, & est quãdo ra-

sertus, & probatur contradictorium illius, quod iam concessum est: vel quando inferuntur duo contradictoria, sed non eodem modo, vt numerus Ternarius excedit binarium, & nō excedit quaternarium, ergo Ternarius excedit numerum, & non excedit.

15 Quarta fallacia dicitur ā sequentia: & est quando ex oppositō antecedentis infertur oppositum consequentis, quod non licet nisi in terminis conuertibilibus, vt si dicatur: si Homo esset æquus, esset Animal; sed Homo non est æquus, ergo Homo non est Animal.

16 Quinta fallacia, quę sępe sępius in Argumentione contingit, dicitur Petitio principij, & est quando sumitur vt concessum, quod erat probandum, vel loco medij termini ponitur aliquod nomen Synonimū ipsi probandū ō, quod vellis sit substantia: si pro medio termino sumatur Indumentum, quod idē est, ac vestis, committitur petitio principij.

Falla eaque est petitio principij.

17 Sexta fallacia est nō causā pro causa reddere, vt cum falsitas cōclusionis prouenit ex vna præmissa falsa, & arguens illam falsitatem tribuit præmissæ veræ.

18 Vltima fallacia dicitur plurium Interrogationum permodum vnius: & est quando Sophisma interrogat plura, ac si esset vna petitio; & vult vnam tantum responsionem: vt si quis quærat, Homo, & Asinus est ne Animal rationale? si dicatur, non, sequitur Sophisma sic infertur, ergo Homo non est Animal rationale. & hæc de fallacijs.

## CAPVT TERTIVM

### *De Reliquis Argumentationis Speciebus.*

PRæter Syllogismum Tres alię dantur Argumentationis Species. Quarum vna dicitur Enthimema. Altera est Inductio. Tertia est exemplum: de quibus quam brevissimè per tres sequentes dubitationes discurremus.

---

### CAPITIS TERTII

### *De Reliquis Argumentationis Speciebus.*

### *Tres Dubitationes.*

*Dub. I.*
*Quid sit Enthimema?*

*Dub. II.*
*Quid sit Inductio?*

*Dub. III.*
*Quid sit Exemplum?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### *Quid sit Enthimema ?*

1 ENthimema est Syllogismus imperfectus, & veluti truncus, in quo semper deest vna præmissa, vel maior, vel minor: vnde est Argumentatio constans ex duabus tantum Propositionibus, quarum Prima dicitur Antecedens, altera consequens.

2 Vt autem scias, quando deest maior, & quando minor, obseruandum est, quem locum teneat medius terminus. & si hic in antecedenti est loco prædicati, tunc in tali Enthimemate deest maior: Aſt si medius terminus est in antecedenti loco subiecti, tunc in tali enthimemate deest minor.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quid sit Inductio?*

1 INductio siue enumeratio est Argumentatio, procedens ab experientia plurium, sub eadem specie vel sub eodē Genere contentorum, sufficienter tamen enumeratorum, ad ipsam speciem, vel ipsum Genus inferendum; vt hic Corvus est niger, ille Corvus est niger, & sic de aliis sufficienter Enumeratis; ergo Quilibet Corvus est niger.

## DVBITATIO TERTIA

### *Quid sit exemplum?*

1 VLtima Species Argumētationis est exemplum, quod est Argumentatio, procedens ex vno particulari ad colligendum aliud, propter omnimodam similitudinem operationum, & circumstantiarum, quæ inter vtrumque reperiuntur, vt Petrus est doctus, quia cum maxima diligentia, & assiduitate studuit, ergo & tu doctus eris, si assidue studebis. & hæc dicta sufficiant tam de Operibus Intellectus, quam etiam de Instrumentis Logicalibus, quibus eadem Intellectus opera diriguntur. Nunc ad disputationes accedamus.

PRI-

# PRIMA DISPVTATIO PROHAEMIALIS DE NATVRA, ET ATTRIBVTIS Logicæ.

QVIVSLIBET rei Naturæ ſecundum ſufficienter explicari ſolet per Quæſtionem Quid ſit? ita eiusdem rei Attributa communiter declarantur per tres alias Quæſtiones, nimirum Qualis ſit? Quotuplex ſit? & Propter quid ſit? Nos igitur explicaturi naturam, & Attributa Totius Logicæ, Preſentem Prohæmialem Diſputationem in Quatuor ſequentes Quæſtiones diuidemus.

## PRIMÆ DISPVTATIONIS Prohæmialis.

### Quatuor Quæſtiones.

*Quæſtio I.*
*Quid Logica ſit?*

*Quæſtio II.*
*Qualis Logica ſit?*

*Quæſtio III.*
*Quotuplex Logica ſit?*

*Quæſtio IV.*
*Propter quid Logica ſit?*

## QVÆSTIO PRIMA *Quid Logica ſit?*

AD Interrogationem, ſuam per Quid, diximus in Priori parte Introductorij Logicalis, cap. 3. Dub. 4. Reſpondendum eſſe per Diffinitionem eſſentialem: Aſt quia Eſſentialis Diffinitio, vt ſæpe loco etiam declarauimus, conſtat ex Genere, & Differentia: Idem prorſus erit nobis quærere, Quid Logica ſit; ac inquirere, quod

nam sit Propriam Genus Logicæ, nisique Propria Differentia? igitur præsentem Quæstionem dividemus in Duos tantum sequentes Articulos.

## QVÆSTIONIS PRIMÆ
## De Quidditate Logicæ

### Articuli Duo.

*Articulus I.*
*Quodnam sit Proprium Genus Logicæ?*

*Articulus II.*
*Quæ nam sit Eiusdem Logicæ Propria Differentia?*

---

## ARTICVLVS PRIMVS
### Quodnam sit Genus Proprium Logicæ?

GEnus cuiuscunque facultatis Intellectualis vel est habitus Intelligentiæ, qui etiam appellatur Intellectus, vel habitus Sapientiæ, qui versatur circa contemplationem Rerum Altissimarum. Vel habitus Scientiæ, qui fertur circa conclusiones certas, & evidentes, per Demonstrationem acquisitas? Vel habitus Prudentiæ, qui versatur circa aliquid agendum ex certa ratione: vel tandem est habitus Artis, qui fertur circa aliquid faciendum. Cumque Genus Logicæ non sit nec habitus Intelligentiæ, nec Sapientiæ, nec Prudentiæ, ut omnes extra controversiam admittunt: solum in dubio est, an Genus Logicæ sit habitus Scientiæ? vel sit habitus Artis? Dividemus igitur Priorem hunc Articulum in duas tantum dubitationes.

---

## ARTICVLI PRIMI
### Circa Genus Logicæ

### Dubitationes Duæ.

*Dub. I.*
*An Logica sit habitus Scientificus?*

*Dub. II.*
*An Logica sit habitus Artis?*

---

## DVBITATIO PRIMA
### V. Logica sit Habitus Scientificus?

1 SVppono, Duplicem dari Logicam, alteram, quæ dicitur naturalis, alteram quæ est artificialis. Naturalis Logica est ipsamet Hominis ratio, sine discursu, quem solo lumine naturali efficiunt omnes homines etiam Rustici: acquisita vero ea est, quam studio,

duplex Logica naturalis Artificialis

dio, & labore comparamus: & prior impropriè dicitur logica cum ponens sit lumè intellectus, indita à natura, à quo discursus illi inordinati proceduntur: Propriè ergò logica pro sola facultate acquisita accipienda est.

2 De qua non existimo, inficiandam esse peculiarem quæstionem, an in Hominibus sit? cum omnibus procul dubio constet, Artificialem logicam in humanis intellectibus esse, cuius ratio redditur infra, & plenius in q. 4. huius prohæmialis disputatur. 2. dub. 2. & deinceps.

Posset tamen esse Quæstio, an etiam in Angelis, & in Deo sit hæc logica artificialis? Et pro nunc breuiter dicimus, in intellectibus Angelorum nullam esse logicam artificialem: & multo minus in intellectu Diuino. Eiusque ratio a priori, quia logica artificialis ideo necessaria est, vt illum intellectum adiuuet qui est pura potentia in genere intelligibilium (vt cum Egidio suo loco plenius ostendemus,) Si ergo est aliquis intellectus, qui ita sit purus actus, vt in suis operationibus non possit errare, nec procul dubio non indigebit logica: sed intellectus Diuinus est in omni genere purissimus actus: & intellectus Angelicus quamuis in genere entis sit etiam admixtus ex potentia, & actu; tamen in genere intelligibilium est cum plenitudine actus: quia fuit creatus cum plenitudine specierum; ergo nec intellectus Angelicus, nec minus intellectus Diuinus indiget logica artificiali.

In Deo & in Angelis non est logica artificialis.

Supposito igitur, quod logica artificialis (saltem in hominibus sit) de ea nunc inquiramus, quid sit? & loquendo de genere, sensus est, an logica artificialis sit scientia, seu habitus scientificus?

3 Prior, ac celebris sententia Scotistarum est, logicam esse veré, & propriè scientiam: ita veré omnes Recentiores, quos citat, & sequitur Magister Brutus in disputatione prima; sect. prima conclusione prima, & quarta: pro qua sententia, & si quam plures adduci soleant rationes, nos tamen præcipuas referemus. Prima est. Logica tradit Artem demonstrandi per demonstrationem: ergo logica propriè est scientia: consequentia sequitur: probatur antecedens. Logica tradit Artem syllogizandi per syllogismum: & docens syllogizare, syllogizat: ergo eadem logica tradit artem demonstrandi per demonstrationem: & docens demonstrare, adhuc ipsa demonstrat: hæc vltima consequentia sequi videtur a paritate rationis; vel ostendenda est disparitas: antecedens autem sic probatur, quia sicut in aliis artibus fabricando, fabri simus, ita a simili

marte, logica formalis syllogismus. Ante syllogizandi adiscimus.

4 Secunda ratio. Logica docet artem demonstrandi, probando demonstrando, quod ita probatur. Logica in tradendo artem demonstrandi, potest formare hanc rationem. Omnis syllogismus constans ex primis, veris, propriis, & immediatis, est demonstratio: sed syllogismus demonstrativus constat ex primis, veris, &c. ergo talis est demonstratio. Nam sic Hujusmodi syllogismus, non habebit ab omni materia, quia tam est applicatus ad aliquid speciale, nec potest dici syllogismus Topicus, quia necessario concludit, nec tandem potest dici syllogismus Sophisticus, quia non peccat in forma, & non concluderet, ergo sufficienti divisione dicendum est syllogismus demonstrativus. ergo Logica tradendo artem demonstrandi, demonstrando procedit, & ex consequenti scientia dici debet.

5 Terna tatio à Scotistis sic formatur. Logica habet omnia quæ requiruntur ad Demonstrationem, licet non sub actu. Syllogismum, respectu cujusdam intentionem, item habet proprias passiones, quæ de eadem subiecta possunt demonstrari habet denique principia, per quæ tales passiones probari possunt de tali subiecto, ergo logicus demonstrat.

6 Quarta ratio potest desumi ab Authoritate Doctoris Angelici qui in Prologo Elenchorum dixit, logicam propriè dici Scientiam Rationalem, ergo &c.

7 Sed altera sententia, quæ procul dubio est Thomistarum docet, logicam minime esse scientiam, sed ad summum modum scientiæ. Nec desunt pro hac sententia efficacissimæ rationes, quarum prima sic formari potest. Habitus scientificus propriè est in intellectu, ergo ad ejus propriè est scientia, quæ propriè est quidam obiectum intellectus: sed logica est ejusmodi habitus rationis, qui non sunt, nec esse possunt obiectum intellectus, ergo logica propriè, & in rigore non potest dici scientia. Antecedens primum cum consequentis patet, minor realsumpta quo ad priorem partem etiam est manifesta, probatur altera pars eiusdem minoris, quod nimirum actus rationis non sint obiectum intellectus. Propetium obiectum potentiæ intellectivæ est illud, quod per se, & directe objective eidem potentiæ ipsamque ad sui cognitionem movet sed actus rationis, & totum id, circa quod versatur logica, non objicitur per se, & directe intellectui, nec ipsum movet ad sui cognitionem, ergo, &c.

8 Secunda ratio specialiter probat de logica vtente, & sic so-

Sententia D. Thomæ.

Prima ratio

formatur Logica. Vtens nulla modo demonstrat, ergo falsem Logica Vtens nullo modo dici potest scientia. Consequentia sequitur, quia scientia debet esse effectus alicuius demonstrationis. Antecedens probatur, quia Logica Vtens nunquam vtitur syllogismo demonstrationis cum eius instrumentum sit (vt communiter syllogismus Topicus. In hoc enim specialiter distinguitur Logica Docens ab Vtente, quia instrumentum logicæ docentis est syllogismus simpliciter organum vero Vtentis est syllogismus probabilis.

9 Hæsitant in præsenti difficultate sententiæ, quas sine vllo labore componemus: si aliqua aduertentiuncula, quæ in omnium sententia certa esse videntur. Notandum igitur primo, quod Logica artificialis dupliciter potest considerari, primo, vt docens secundo, vt Vtens, quæ diuisio à nostro Ægidio in Prolog. Primi Poster. dub. 3. lit. B. sic explicatur. Quod logica quatenus determinat de actibus rationis, vel de his, quæ per huiusmodi actus constituuntur, probando de eis debitas passiones per debita principia, tunc dicitur docens: quatenus vero eadem Logica applicat huiusmodi actus rationis ad aliquas res, & format de eis Definitionem, Diuisionem, vel syllogismum, tunc dicitur esse Vtens. Quæ Ægidii doctrina alijs verbis (vbi à Recentioribus explicatur, quod nimirum Logica docens consistit in hoc, quod sit docere, quomodo fit facienda Definitio, Diuisio, & Argumentatio, indicando certas regulas, & præcepta, ne intellectus incidat in errorem: logica vero vtens est, quando intellectus vtitur illis eisdem regulis, traditis a logica docente.

Explicatur, quid sit logica docens & Vtens

10 Notandum secundo, quod hoc nomen Scientia dupliciter sumi possit. primo pro ea cognitione, qua cognoscimus aliquam rem nõ per eius causam, sed per quædam signa, vel si per causam, non per propriam, sed per communem; vel si per propriam, non per immediatam, quæ de necessitate infert effectum, & quæ non potest aliter se habere; sed potius per causam remotam, & quæ potest aliter se habere; & talis rei cognitio scientia dicit põt, sed nõ propriissime, cũ sæp deficiat aliqua dictarum conditionum, sumi põt scientia eo modo, quo illam diffinit Arist. Primo Poster. cap. 2. Pro cognitione clara, & euidenti, qua rem cognoscimus non per signa, sed per suam causam, non per causam communem, sed per propriam, non per causam remotam, & quæ potest aliter se habere; sed per proximam, & necessariam; & hæc dicitur scientia propriissime, & in rigore.

Scientia dupliciter sumpta

Notan-

11 Notandum tertio id, in quo consistit tota concordia quæstionis, quod logica quomodocumque sumatur, propriè non demõstrat; quamvis vt docẽs vtatur quibusdam rationibus necessarijs, quæ ad demonstrationem reducuntur: & vocari possint demonstrationes intẽtionales, quatenus vtuntur terminis secundæ intentionis: hoc autem sic declaratur: nam omnes syllogismi, quos formet, vel formare potest logica in tradendo Artem demonstrandi, licet non sint syllogismi impliciter, cum sint applicati ad materiam particularem, nec sint syllogismi Topici, cum necessariò concludant, nec tandem fallaces, cum non sint sophismata; tamen propriè, & in rigore loquendo, nec sunt dicendi syllogismi demonstrativi nec veræ demonstrationes, quia termini, quos assumit logica in conficiendis huiusmodi syllogismis, communes sunt cuilibet scientiæ speciali, quod ex eo constare potest, quia cum ipsa logica doceat omnem demonstrationem, necessario debet vti non terminis propijs, sed potius communibus cuilibet demonstrationi: & quam vis logica tradens omnem demonstrationem, doceat illam esse debere ex propijs, illud tamẽ nomen (Proprium) est nomen secundæ intentionis, eique commune ad omnia propria tam ad propria, quibus vtitur Arithmeticus; & ad omnia alia propria aliarum scientiarum: atq; adeo dum logica docet, demõstrationem esse debere ex propijs, non propterea procedit per propria; sed potius per communia: & quia per communia nõ fit propriè demonstratio; cum demonstratio in rigore deberet esse ex proprijs; hinc concludimus, in logica propriè nõ esse demonstrationes veras, & in rigore: sed tantummodo quasdam rationes infallibiles, & necessarias, quæ ad demõstrationem reducuntur: & à Scoto vocantur demonstrationes intentionales, quatenus fiant per terminos secundæ intentionis.

In logica nõ fit vt demõstrationes propriè.

Nomen (Proprium) quomodo sit nomen secundæ Intentionis.

Item rõ in logica quæ demõstrationes in tenta dicit.

12 Et quamvis eadem logica tradens Artem syllogizandi, propriè syllogizet, tradens tamen artem demonstrandi, propriè non demonstrat, quia vt bene vidit Ægidius in Prolog Poster. dub. 9. lit. E. Ars demonstrandi se extendit ad omnem demonstrationem, qui autem docet omnem demonstrationem, necesse est, vtatur terminis communibus cuilibet demonstrationi, & quia per communia non potest fieri vera demonstratio, hinc fit, quod Logica tradens artem demonstrandi, propriè non demonstrat. Aſt quia Syllogismo non repugnat

fieri

fieri per comune, & proprium organum logici est syllogismus, ideo etiam fit, quod logica tradens artem syllogizandi, propriè syllogizet.

13 Neque per hoc quod logica tradit artem syllogizandi per syllogismum, datur processus in infinitum, quia omnes alij syllogismi reducuntur ad syllogismos primæ figuræ: syllogismi autem primæ figuræ reducuntur ad vnum syllogismū, qui se ipso facit fidem, & in se ipso habet causā suæ veritatis, nec reducitur in aliquem alium syllogismum, sed reducitur immediatè de omni, & dici de nullo, quæ sunt principia formalia omnium syllogismorum: & sunt partes ejusdem syllogismi: v. g. si fiat hic syllogismus: Omnes illi syllogismi, in quibus est principium de omni, & dici de nullo, illi sunt perfecti syllogismi: sed in omnibus syllogismis primæ figuræ est principium dici de omni & dici de nullo, ergo omnes syllogismi primæ figuræ sunt perfecti syllogismi: adhunc syllogismum reducuntur omnes alij ipse verò non reducitur ad alium: sed se ipso facit fidem.

In logica fit vnus syllogismus, qui non reducitur

14 Nec pro inconuenienti reputandum est, quod in Arte syllogistica ad aliquem syllogismum deueniatur, qui se ipsum roboret, & se ipso faciat fidem: nam in his in cognitione conclusionum, & eorum, quæ cognoscuntur per alia; hoc verè fit, quod probans debeat esse notius probato, in cognitione tamen principiorum id veritatem non habet, quia principia seipsis faciunt fidem, & per se ipsa sunt manifesta.

## Concordia Opinionum

15 His adnotatis duplici conclusione totam controuersiam componemus. Prima conclusio. Logica quomodocunque sumatur, non est scientia realis, & propriissimè, imo loquendo de logica vtente, nec minus est scientia propriè, vel modus sciendi. Hoc probant argumenta secundæ sententiæ pro Thomistis, & in hoc sensu illam acceptamus, & approbamus: idque, & non aliud intendit Ægidius, quotiescunque ait, Logicam docentem non esse scientiam, sed modum sciendi, logicam verò vtentem, nec esse scientiam, nec minus modum sciendi.

16 Conclusio secunda. Quamuis logica siue vt docens, siue vt vtens non sit scientia realis, & propriissima: est tamen saltē in quantū docens modus sciendi, seu scientia Rationalis, imo vt si reducenda sit ad aliquem habitum, magis propriè reduci debeat ad scientiam, quam

ad

ad artem? In hac somus communi priori sententia stabilita tum, nec eius argumenta aliud probant fundamentum habent, quod veramque conclusionem confirmat efficaciter, & à priori, tum explicatum est supra in tertio notabili, etiam quia logica in tradenda arte demonstrandi, vtitur terminis communibus, & non propriis; propterea logica proprie non demonstrat, & quia proprie non demonstrat, ideo nec proprie est dicenda scientia Realis, quæ est effectus propriæ demonstrationis: Quoniam verò saltem logica docens in tradenda arte demonstrandi, & syllogizandi, vtitur quibusdam rationibus necessarijs, quæ dici possunt Demonstrationes latenter rationales, ideo saltem logica docens est modus scientiæ, seu scientia Rationalis. Quid autem dicendum sit de logica vtente in sequenti dubitatione aperietur.

## DVBITATIO SECVNDA

### *V. Logica saltem vt vtens, sit habitus Artis?*

Prior sententia. 1 PRima opinio docet, logicam saltem vtentem esse Artem, non Mechanicam, & seruilem, cum non sit propter corporis necessitatem, sed liberalem; ita tamen esse artem, vt proprissimè considerenda sit sub habitu artis, à reliquis habitibus condistinctus: ita omnes illi, qui subtinent, logicam docentem, & vtentem esse duos habitus, essentialiter distinctos; & inter alios huius sententiæ est Sanchez in Comment. Super logicam q. 6. probem. conclus. prima probatur autem primo sic. Logica vt vtens nullo modo est scientia nec Realis, cum proprie non demonstret, nec Rationalis, eo modo, quo est logica docens, cum non vtatur rationibus necessarijs, sed tantum probabilibus: ergo est habitus Artis, à reliquis habitibus condistinctus. antecedens est notum, consequentia videtur infallibilis: nam logica quatenus vtens est habitus intellectualis: sed non est habitus Principiorum, nec sapientiæ, nec Prudentiæ, nec minus Scientiæ, ergo est habitus Artis, non enim datur alius habitus intellectualis præter numeratos. 1. Art.

2 Secunda ratio desumi potest ab Authoritate Aegidij in Prologo Poster. dub. 16. litt. F. vbi quærens, an idem generetur per rationes Logicæ, vt est Vtens, & vt est docens? Respondet, quod non; addens istq; rationem, inquit, quod Logica docens per rationes suas

sus generat in Mente modū sciendi, qui reducitur ad scientiam, quatenus vero est vtens, quia eius proprium instrumentum est, solummodo Syllogismus Topicus, non generat scientiam, nec modum sciendi, sed aliud distinctum, s. Opinionem: ergo Logica Vtens pertinet ad Habitum Artis.

3 Sed Secunda Opinio, quæ non est minus probabilis, docet, Logicam quomodocumque consideretur, sive vt Docens sive vt Vtens, nec esse Artem Mechanicam, quæ sit propter corporis necessitatem, nec minus vt esse Artem liberalē, vt constituenda sit sub habitu Artis, à reliquis habitibus cōdistinctā. Hæc Sententia quo ad primam partem est communis, quia neutra Logica intendit formam in Materia externa, nec est propter Corporis necessitatem: Quod autem nec sit Ars liberalis; ea vt constituenda sit sub habitu artis, distincta à reliquis habitibus, est Opinio fere communis Recentiorum, præsertim Rubio q. 3. Pedham. num. 5. Et nostra sententia est, vbi protulit citat D. Thomam in 1. Metaph. lect. 4. & communiter tribuitur etiam potest hæc Opinio omnibus illis, qui docent, Logicam docentem, & Vtentem non esse duos habitus, sed vnum, & eundem cum duplici officio, & respectu: probari autem sic solet primo, quia syllogizare ex accessariis, non differt essentialiter à syllogizare ex probabilibus; ergo Logica docēs, & syllogizans ex necessariis, non distinguitur essentialiter à Logica Vtente, quæ syllogizat ex probabilibus.

4 Secundo si Logica saltem in quantum Vtens esset Ars, & constitueret habitum artis, à reliquis habitibus distinctū, maximè quia Logica vtens nec est Scientia propriissimè, nec modus sciendi, sed cum difficultate probabilitatem generat nisi Opinionem; sed hæc ratio non obstat; ergo &c. maior est certa, quia non est assignabilis alia ratio; probatur minor: Rationes probabiles seu syllogismi Topici, qui sunt Actus Logicæ Vtentis, ad aliquam Artem pertinere debent, cum sint actus artificiales, sed ratione materiæ non possunt pertinere ad aliquem habitum specialem, quia materia est communis, & diffusa per omnes Artes, ergo saltem ratione formæ pertinere possunt ad aliquem Artificem; ergo cum forma cuiuslibet actus differendi tam ex necessariis, quam ex probabilibus non sit ab habitu Artis proprie, sed potius ab habitu Logicæ ita-

centis, qui quamuis non sit Scientificus in rigore; reducitur tamen ad habitum scientię, sit quod Logica vtens quamuis non sit scientia, nec modus scicndi, nec differat ex necessarijs, sed tantum ex probabilibus; non propterea sequitur, quod sit ars, à reliquis habitibus condistincta.

5. Pro Decisione tamen supponendum est primo, q̃ quolibet vsu differendi duplex materia potest intervenire, altera, S. quæ est necessaria, & altera, quæ est probabilis; quãdo vsus differendi est ex necessarijs, tunc talis vsus nõ est distinctus à doctrina, i. talis vsus in materia necessaria non pertinet ad Logicam Vtẽtem, sed totus vsus adscribendus est illi arti, quæ materiam præstitit, quia cum materia necessaria sit præstantior ipsa forma, fit, quod in vsu differendi ex necessarijs edito non sumat denominationem à forma: sed solum à materia; sic hoc vsque Aegidius in Prolog. Post dub. 2. litt. I, dum inquit, quod tradere artem demonstrandi in scientijs specialibus, spectat ad Dialecticum, & solum Logicum spectat docere artem demonstrandi, attamen si Dialecticus velit arguere in illis scientijs particularibus, & per omnia, quibus ipse vtitur, velit probare conclusiones Geometricas, v.g. circuli quadraturam, tunc Dialecticus erit Sophista Geometra, quia in illo vsu differendi, & forma proueniat à Logica, materialiter tamen quia est necessaria, propterea totus vsus dicitur Geometricus: At quando Vsus differendi est in materia probabili, tunc totus vsus adscribendus est parti Topicæ, quia vsus differendi ex probabilibus cum ratione materiæ non possit pertinere ad aliquã Artem specialem, quia materia probabilis diuagatur per omnes scientias, ratione tamen formę pertinere debet ad Topicam, quia sola Topica docet differre ex probabilibus.

Ratio, per quã materia probabilis tribuit Vsui differendi Topicum.

6. Ex quo colligendum est, quod ob tota Logica est Vtẽs, scienti tota est Docens, sed sola Topica dicenda est Vtens, quia illa pars propriè debet dici vtens, quæ differit ex probabilibus, i. totus vsus differẽdi ex probabilibus distinguatur à doctrina, nam si vsus differendi ex probabilibus distinguatur à doctrina, quia vna pars sit docens, & alia Vtens; nam in vsu differendi ex necessarijs vsus non distinguitur à doctrina, ita vt illa Ars, quæ præstat materiam necessariam, alia sit docens, & alia sit Vtens; sed totus Vsus differendi ex necessarijs adscribendus est illi Arti, quæ materiam subministrat;

Totus Logica Autem

sed illa Topica dicitur Vtens.

strat, cum ergo Sola pars Topica differat ex probabilibus, fit, quod Sola Topica sit Vera: Atque adeo instrumentum Logicæ Veritatis est tantum syllogismus probabilis: Organum vero Docentis est tanto necessaria, ad Demonstrationem reducibilis.

7 Vltimo obseruandum est id, in quo stat tota compositio Quæstionis; quod in qualibet Arte duplex sc. licet sit materia, & forma; Forma in qualibet Arte semper est vna, indiuisibilis, & inuariabilis: Materia vero sicut potest esse multiplex, & diuersa; ita eidem non repugnat, variari posse sub eadem formalitate: pli gratia, in Arte domificandi forma est ordo lapidum, eo cumque ordine, qui domum constituunt; materia vero sunt ipsi lapides, ex quo omnia, quæ compositionem domus ingrediuntur, ordo lapidum, qui est forma Artis domificandi, semper est indiuisibilis: At ipsi lapides, qui sunt materia eiusdem Artis, & sunt plures, & sunt diuersi, quia dantur lapides duri, lapides molles, &c. quamuis autem huiusmodi lapides ad inuicem comparati, distinguantur realiter, & essentialiter; tamen veluti materia eiusdem formæ, non causant diuersitatem in Arte, quia domificare ex lapidibus duris, non differt essentialiter a domificare simpliciter, vel ex lapidibus mollibus; sed solum materialiter. Sic ad propositum in Arte Rationali forma est ordo terminorum, & propositionum: Materia vero sunt ipsi termini, & propositiones: Ordo propositionum, qui est forma, est prorsus indiuisibilis: & si variari contingit, desinit ipsa Ars: sed ipsi termini, & Propositiones, quæ sunt materia, multiplices sunt, & diuersæ: nam dantur Propositiones in materia necessaria, & dantur propositiones in materia probabili, quarum diuersitas non est sufficiens, causare diuersitatem essentialem in Arte: quia syllogizare ex veris: propriis, &c. atque adeo demonstrative, non differt essentialiter à syllogizare simpliciter, vel à syllogizare per syllogismum probabilem, nisi tantum in materia; & sicut domificare ex lapidibus duris non generat Artem, specie, & essentialiter distinctam, ab ea Arte, quæ Domificat ex lapidibus mollibus: ita prorsus syllogizare per syllogismum demonstrationis, vel per syllogismum simpliciter, non generat Artem Rationalem, specie distinctam ab ea, quæ syllogizat tantum ex probabilibus.

In Arte forma est indiuisibilis, materia potest esse multiplex.

## Concordia Opinionum

8 His omnibus sic notatis, Vnica tantum conclusione, & satisfaciemus quæsito, & controversiam componemus. Dicimus ergo, quod vtraque Logica sit propriè Ars liberalis, sed vtens quamuis ratione materiæ distinguatur à Docente ratione tamen formæ essentialiter ab illa non distinguitur, explico, & declaro singulas partes conclusionis. Quòd vtra Logica sit Ars etiam propriè, sumpta Arte pro liberali, ex eo colligitur, quia vtraque Logica introducit formã in materia interna.

Vtraq; Logica pòt dici Ars liberalis.

9 Quod verò Loca Logicæ non ita sicare, vt ea constituat habitum Artis, à scientia distinctum; sed Logica inquantum vtens ratione formæ essentialiter pertinet ad eũdem habitum scientiæ, ad quem reducitur eadem Logica inquantum docens; sufficienter probatur per argumenta pro dicta sententia: quam in hoc sensu vt veram accipimus, & vlterius hac ratione confirmamus, quia vna, & indivisibilis est forma, per quam agit Logica inquantum docet, & inquantum vtens; ergo vna, & eandem habitum Artis Rationalis pertinet Logica inquantum docens, & eadem inquantum vtens quod tandem Logica inquantum vtens sit ars solùm materialiter distincta ab eadem Logica inquantum docens, probatur; quia materia Logicæ docentis est syllogismus simpliciter, vel aliquæ rationes communes necessariæ, ad demõstrationem reducibiles: materia verò Logicæ vtentis est solum ratio probabilis, seu syllogismus Topicus: & hoc tantum concludant argumenta primæ sententiæ, quam in hoc sensu etiam approbamus, nec aliquid vltra addendum est: sed sicut dicimus in vltimo notabili, quod domificare est lapidibus duris, & domificare ex lapidibus mollibus non differunt ratione formæ, sed tantum ratione materiæ; quæ non est diversitas simpliciter, & essentialiter, sed tantum materialis: ita Logica docens, & Logica vtens nullatenus differunt ratione formæ, cum vtraque vna, & eadem sit forma: sed tantum differunt ratione materiæ, quæ distinctio non est dicenda simpliciter, & essentialis, sed tantum materialis.

Logica vtens ita Logica docens distinguitur.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *Quæ nam sit Logicæ propria differentia?*

Differentia cuiuslibet facultatis est obiectum: nam fiunt per differentiam quælibet res constituuntur in suo esse, & à quacunque alia condistinguitur: sic per obiectum quælibet facultas constituitur in suo esse speciali, & à quacunque alia diuersificatur: quia tamen de obiecto Logicæ aliæ tres famosæ sententiæ, quarū quælibet pretendit specialē examinationem: ideo præsertim articulum tribus sequentibus dubitationibus absolemus.

---

## ARTICVLI SECVNDI

### *De differentia Logicæ, quæ sit eius Obiectum*

### *Tres Dubitationes.*

*Dub. I.*
*An Obiectum Logicæ sit modus differendi, seu tres Operationes Intellectus, vt Dirigibiles?* 1

*Dub. II.*
*An Obiectum Logicæ sit Ens Rationis?*

*Dub. III.*
*An Totius Logicæ adæquatum Obiectum sit Syllogismus?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### *An Obiectum totius Logicæ sit modus differendi, seu Tres Operationes intellectus, vt Dirigibiles?*

1 Antequam statam cōtrouersiæ attingamus & peculiares de Obiecto Logicæ sententias examinemus; prius supponendum est, quid, circa quod versatur quælibet facultas, vocari solet Obiectum, vel subiectum, vel materia circa quam: dicitur materia, per ordinem ad rationem formalem, sub qua considerantur: dicitur Obiectum, quia ad illud tanquam ad scopum ordinantur omnia, quæ in facultate tractantur: dicitur denique subiectum, per ordinem ad Passiones, quæ de ipso

Obiectū subiectū, & materia eadem vsurpatur.

ipso probantur: vnde idem erit quærere, quid nam sit Obiectum Logicæ, & quæ sit materia circa quam, Quodque sit eandem facultatis subiectum?

2 Nunc Prima, & celebris Sententia circa Obiectum Logicæ est Aliquorum Recentiorum, qui docent, illud esse tres Operationes intellectus, non quatenus sunt præcisè Actiones Intellectus, quia sic considerantur à Philosopho in libris de anima, nec quatenus sunt entia Realia, quia vt sic tractantur à Methaphisica: sed tantum vt sunt dirigibiles, quod sub alijs verbis Alij explicantes, inquiunt, Logicæ Obiectum esse modum differendi, qui nihil aliud est, nisi Oratio perfaciens ignota per cognita. Ita inter alios Docet Magister Branus in Introductione Porphyrij Sect. 3. Verum enimuero Sententia, vbi profecto citat quam plures, præcipuè Nostrum Ægid: sed quomodo hic intelligendus sit, in 3. dubitatione sequenti aperietur. Solet autem hæc prima sententia probari primo. Sic.

1. Sententia docet obiectū Logicæ esse operationes intellectus.

Prima ratio. Actus intellectus vt dirigibiles ad aliquam facultatem sūt demandandi: sed non ad Methaphisicam, quia hæc considerat Entia, quatenus Entia: nec ad Naturalē Philosophiā, quia hæc considerat entia, quatenus naturalia: neque ad scientiam de anima, quia hæc considerat actus intellectus, quatenus sunt viuentes, ergo à sufficienti enumeratione ad Logicam spectant, quæ est directiua eorundem actuum. Secundò adhibet potest Authoritas Ægidij, qui in Prolog. post Dub. 1. ait C. 2. alibi ait, Logicam esse Artem Rationalem, quia tota est de Actibus Rationis, idest de Operibus intellectus, vel de his, quæ per actus Rationis continuantur. Rursus per eundem Ægidium cum tota Logica de modis sciendi cōsequenter dici potest, quod eius Obiectum sit modus differendi, quatenus includit Definitionem, Diuisionem, & modum scientifi, qui similiter est Triplex scilicet Definitiuus, Diuisiuus, & Collectiuus. Tandem in Prol. Post. in Principio lit. D Idem Ægid. habet, quod tota Logica est propter intellectus agentis potentialitatem, ne scilicet male ratiocinemur, neque errēmus in Actibus Rationis; & propterea inuenta fuit Logica, vt esset eorundem actuum directiua: ergo iuxta mentem Ægidij Totius Logicæ Obiectum erit triplex Operatio intellectus vt dirigibilis, vel modus differendi, quatenus includit Definitionem, Diuisionem

2. ratio ab Authoritate Ægidij.

sonem, & Argumentationem.

3 Hæc tamen sententia licet sua probabilitate non careat; præfert mihi sensu, quem nos infra explicabimus in 3. dubitatione sequenti tamen primo modo si nos amplius explicetur, ea probanda non est: & vtique hac facili ratione potest reprobari: quia obiectum adequatum cuiuscunque facultatis illud esse censetur: cuius cognitio principaliter est ab eadem facultate intenta & ad quod vltimate omnia reducuntur, quæ in tali facultate tractantur: sed Cognitio modi differendi quatenus comprehendit, vel tres Operationes Intellectus, vel Definitionem, Diuisionem, & Argumentationem: nec principaliter à Logica est intenta: nec ad ipsam vltimate reducuntur omnia, quæ tractantur in Logica: ergo modus differendi prout comprehendit tres Operationes Intellectus, vt dictum est, non erit adequatum Logicæ Obiectum. maior est ab omnibus concedenda: minor vero supra in 3. dubitatione sequenti primo explicabitur, & probabitur.

Hæc sententia non admittit.

Soluitur rationes sententiæ oppositum.

4 Ad argumenta pro hac sententia, quatenus in aliquo sensu nobis aduersantur, sic Respondemus. Ad Primum, concedimus, quod actus Intellectus, vel rigibiles ad aliquam facultatem pertineant, & eam non pertingant ad Methaphysicam, nec ad Philosophiam naturalem, spectare videntur ad Logicam: ex hoc tamen non sequitur, neque per argumentum probatur, quod eosdem Operationes Intellectus sint à Logica Principaliter intentæ & ad eas vltimate omnia reducantur: cum aliquid aliud sit in Logica, ad quod vltimate ordinantur etiam ipsæ Operationes Intellectus. Ad secundam dicimus, concedimus, logicam esse Artem Rationalem, quia tota est de actibus rationis; sed actus rationis sic in confuso sumpti, non sunt à Logico principaliter, & vltimate intenti: cum potius aliquid sit in Logica constitutum per actus rationis, ad quod vltimate omnia reducuntur: & cum adiungitur, quod per Aegidium Logica est modus differendi: ergo obiectum Logicæ est modus differendi, quatenus includit vel Operationes Intellectus, vel definitionem diuisionem, & Argumentationem: eodem modo Respondendum est, quod Logica considerat modum differendi, & actus de operibus intellectus: sed de his omnibus non considerat vltimate, vt in 3. dubit. sequenti explicabitur.

DV-

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum Rationis sit adæquatum Obiectum Totius Logicæ?*

1 TOta Logica dicitur Ars Rationalis: cum tota sit de actibus rationis: quia tamen intellectus non semper eodem modo se habet in suis operationibus: sed aliquando agit directè: aliquando verò indirectè; ideo Ens rationis duplex esse dicitur, alterum formale, quod directè, & per se fit à ratione, & huiusmodi sunt Tres Operationes, de quibus late tractauimus in Introductorio Logicali. Aliud ens rationis est, quod indirectè, seu reflexè, & quasi per accidens fit, de quo ex professo frequentem instituimus disputationem; & in Introductorio Logicali appellauimus terminum secundæ Intentionis: quando quærimus in præsenti, an Ens Rationis sit Totius Logicæ adæquatum obiectum? non est Quæstio de Ente rationis primo modo, quod vocatur prima Intentio, vel formale, vel obiectum; sed de Ente rationis secundo modo sumpto, de Ente Rationis, quod indirectè fit à ratione, & vocatur secunda Intentio.

2 In qua Difficultate est Famosa hodie Nominalium sententia, affirmans, huiusmodi Ens rationis, quod communiter vocatur secunda Intentio, esse Obiectum Logicæ adæquatum. Quam Sententiam sic probant. Primo Ens rationis est verum, saltem vnitate analogiæ; quæ ad præsens intentum satis est. Deinde omnia, quæ tractantur à Logica, referuntur, & ordinantur ad ens rationis; imo omnia, de quibus differit Logica, sunt Entia rationis, vt Vniuersale, Prædicatum, subiectum, syllogismus, &c. denique per Ens Rationis constituitur Logica a quacunque alia facultate: & propterea Logica dicitur Rationalis, quia ipsa sola est tota de Entibus Rationis.

Scotus. Thomi Nominales.

3 Secundo Ens rationis, quod est secunda Intentio, habet proprias passiones demonstrabiles per aliquam facultatem, sed non per aliam nisi per Logicam, ergo Ens Rationis est Obiectum Logicæ. Maior est certa: nam Genus Passionis est prædicabilitas de pluribus specie bus. Passio syllogismi demonstrationis est Generare scientiam, &c. nunc probatur minor, quia huiusmodi passiones non demonstrantur à Me-

ta-

taphysica, cum hic agat de Ente reali: nec est alia facultas particularis, cujus officio sit probare passiones Entis rationis de eodem, vel cuiuslibet entis speciali: sunt sit de omnibus entibus, & propriæ passiones de suo proprio Objecto reali, ergo etiam erunt, vel saltem aliquæ erunt Logicales, quæ ergo Logicales omnes exercent, & consequenter, quod eiusdem Logicæ Objectum sit Ens rationis.

4 Denique pro hac sententia adiungi potest alia ratio, desumpta ab Auctoritate Ægidii qui in principio sui Prologi in Primum librum Posteriorum, & alibi sæpe, ait, Logicam esse de omni ente dicibili, per quod verbum circa ens: & ob hanc rationem, (inquit) Logicam non esse dicendam Artem Realem, ut communem, ut est Metaphysica, nec Specialem, ut est Artes Reales Speciales, sed solum Artem Rationalem.

5 Contra: Nihil hac Opinione fieri magis absurdum, si magis accepta Logica, quam præcedens explicatio: sumus dubitationis sequentia, quia etiam probabiliter non caret: ea tamen si accipimus non explicetur, nec ipsa pro modo est nobis probanda: & eidem prorsus

Ratione probatur, quia, & præcedentem rejicimus. Nã Ens rationis incommunicabile sumptum non est principaliter à Logica intentum: nec ad ipsum ultimate referuntur omnia, quæ in Logica considerantur: vt late ostendemus in dubitatione sequenti. ergo, &c.

6 Ad argumenta in Oppositum sic respondetur. Ad primum dicimus, quod cognitio Entis rationis non est principaliter intenta à Logica, nec omnia, quæ tractantur in Logica, ultimate referuntur ad Ens rationis. Ad secundum concedimus maiorem, quod scilicet Ens rationis habeat proprias passiones, demonstrabiles per aliquam facultatem: & similiter concedimus minorem, quod huiusmodi passiones à nulla alia facultate de suo subiecto probantur, præterquam à Logica: ex his autem præmissis non sequitur illa, quod Ens rationis consideratus à Logica, quod verum est; nam dicimus, quod Ens rationis vt sic communiter sumptum, sit studium facultatis obiectum.

Solutio argumenta oppositum.

7 Ad primum ex Authoritate Ægidij dicimus negando assumptum. ex dictis enim patet, quid Logica non sit de ipsis rebus sed tantum de actibus rationis: concedimus similiter

minorem, quod Logicus nõ agat de actibus rationis quo modo cunque, sed ex Indatis Relatione rationis, et ex fine sortiatur secundam intentionem: Negatur tamen, quod ens rationis sit sic sit obiectum Totius Logicæ: nam ad subiectum alicuius facultatis non sufficit, vt ab eadem facultate consideretur sed vltrius necesse est, vt principaliter sit in tali facultate intentum.

## DVBITATIO TERTIA.

### *Vtrum Syllogismus sit subiectum adæquatum totius Logicæ?*

1 VLtra fundamenta particularia, quibus vnusquisque ex præcedentibus sententijs stabilitur (quæ iam sufficiunt) hæc sequentia adduci solent ad probandum, quod Syllogismus nullo modo possit esse logicæ Obiectum. Nihil esse potest subiectum Totius, & partis, sed Syllogismus est subiectum in vna parte Logicæ scilicet in libris Priorum: ergo non poterit esse subiectum in tota Logica. Secundo sicut se habet subiectum ad scientiã, ita pars subiecti ad partem scientiæ: sed in aliqua parte Logicæ, vt in libris Elenchorum subiectum nõ est aliqua pars Syllogismi: ergo nec totus Syllogismus in tota Logica. Tertio subiectum cuiuscunque scientiæ debet esse incorruptibile, & æternum: sed Syllogismus cum sit in prolatione, sit corruptibilis, ergo Syllogismus non poterit esse subiectum in Logica.

2 Quarto arguméntur difficilius. Illud, quod in aliqua Arte est instrumentum, per quod Artifex operatur, non potest esse subiectum, quod per instrumentum fit. sed in Logica, quæ est Ars Rationalis, Syllogismus est instrumentum, per quod Logicus agit, ergo Syllogismus in Logica non poterit esse subiectum: Maior apud omnes est certa, quia non est idem organum Artis, & subiectum eiusdem, alias idem ageret in seipsum, & experientia videmus in Arte fabrili, quod martellus, qui est instrumentum, per quod faber operatur, non est subiectum eiusdem Artis. Minor autem sic potest ostendi, nam in Logica Syllogismus est proprium Instrumentum, & Organum, per quod Logicus tradit Artem demonstrãdi, ergo Syllogismus non poterit esse eiusdem Logicæ subiectum.

Videtur, Syllogismus nõ sit subiectũ Log.

Prima ratio.

2 ratio.

Quin-

3 Quamobrem nec modus differendi includit Operationes intellectus vt dirigibiles, nec Ens Rationis est obiectum Logicæ, quia omnia, quæ tractantur in Logica, nec vltimatè ordinantur ad modum differendi, nec mittunt ad eos Rationis; sed quæ considerantur à Logica, neque reducuntur vltimatè ad syllogismum, ergo syllogismus nec erit obiectum in Logica. Maior est certa ex conditionibus obiecti; probatur minor, quia non Ens Rationis vel modus differendi quatenus comprehendit discursum est propter syllogismum: sed totus syllogismus est propter modum differendi, præcipuè propter discursum.

vltima ratio.

4 Vt quid tamen in præsenti Controuersia nobis sentendum sit, videamus. & Doctrinam nostris Patribus cognitam, sectemur, eamque viribus defendamus, vtque ambas sententias iam relatas in duabus præcedentibus dubitationibus cum sententia Regio conciliemus, putandum maximopere primo, quod syllogismus adæquatè sumptus omnium quo ad partes materiales, & formales nō distinguitur nec à modo differendi, vt comprehendit Definitionem, Diuisionem, & Argumentationem: nec ab actibus intellectus vt dirigibilibus, nec eadem ab Ente Rationis: Si enim modus differendi est Oratio, patefaciens aliquod ignotum per cognita; id præstantius efficitur per syllogismum: & si modus differendi comprehendit Definitionem, Diuisionem, & Argumentationem; syllogismus est præcipuus differendi modus, sub quo definitio, & Diuisio comprehenditur saltem materialiter: nam in syllogismo ponuntur termini, qui sectum definiuntur, sed etiam diuiduntur, igitur syllogismus non differt à modo differendi, vt hoc comprehendit instrumenta Logicalia scilicet Definitionem, Diuisionem, & Argumentationem: Nec minus differt ab Operibus intellectus vt dirigibilibus. Nam syllogismus est præcipuum Opus intellectus, quod dirigitur à Logica, & propter quod cætera opera dirigantur. Tandem syllogismus, nec differt ab Ente Rationis: quia forma syllogismi Entis rationis est, igitur non patitur oppositum de Obiecto Logicæ, & in hoc sensu quærimus scilicet syllogismus est præcipua operatio intellectus, essque secundum formam Entis Rationis, bene possunt fieri

Ens Rationis non est obiectum Logicæ.

5 Syllogismus est actus intellectus sub ratione formæ Entis.

via hæsitationem conciliati.

5 Sed notandum est secundo, quod Liber in Logica sylogismus, qui est instrumentum, per quod Logicus agit circa sylogismum: et quod ars tractatum Artis dicitur: Nec enim sylogismus realiter ab instrumentum distinctum a sylogismo, et artefacto, quia cum vterque sit actus rationis, sufficiens est inter vtrumque sola distinctio Rationis; supponitur ergo & admitti hæc duplici de sylogismo distinctio, quod dicamus sylogismum, quod dicimus de sylogismo, quatenus est instrumentum, per quod Logica tradit Artem sylogizandi; sic magis propria est hæc propositio, sylogismus est propter discursum, quam econtra, quia ideo tractatus Artis est certum, quod instrumentum potius est propter subiectum artis, quam è contra: Sed si loquamur de sylogismo quatenus est quoddam artefactum, & Scopus, in quem tota Ars Logicæ dirigitur, & applicatur, dic magis congrua, & magis formalis est hæc alia propositio: discursus regulatur propter sylogismum, quam è contra: quam si aliquis peteret, quare Logica mediante sylogismo vt instrumento, perficiat discursum? optimè possemus respondere, vt discat artem sylogizandi præsertim in alijs scientijs, respectu quarum Logica simpliciter necessaria, vt modo ostendemus.

6 His sic notatis, ostenditur in proposita Difficultate sententia eli, Obiectum adæquatum totius Logicæ esse sylogismum ita expresse Magnus Ægid. in Artem veterem lib. Vniuersalium §. Quæritur de subiecto Logicæ. Nec referemus hîc in particulari alios Doctores, quia eandem sententiam sequuntur: nam iuxta modum, quo ipsam declaravimus, facile potest conciliari cum præcedentibus.

Etenim sylogismus inter omnes Operationes intellectus vt dirigibiles, ita tenet primum locum, vt omnes aliæ operationes ad sylogismum ordinentur, & propter sylogismum à Logica dirigantur: vt alibi vidimus, ergo qui tenent, Obiectum Logicæ esse Operationes intellectus vt dirigibiles, potissimum tenentur esse nobiscum. Item sylogismus inter omnia Entia rationis ita omnibus præstat, vt ad ipsum singula rationis Entia ordinentur: & propter constructionem sylogismi, seu propter tradendam Artem sylogizandi

di

di Logica dicent de finibus Rationis, ergo similiter omnes Thomistæ asserent, finem Logicæ esse Objectum Logicæ: tenentur ergo fortium approbare, quod nos asserimus: & sic Aegidiana Scientia de Objecto Logicæ, quod est Syllogismus, communis est, & vniuersalis in quamlibet Scholam?

7 Ratio autem Assertionis potest esse, quia Syllogismus habet omnes conditiones ad rationem Objecti totius Logicæ requisitas, vt late ex nostris patebit prælt. Ad imagi potest, quod tota Logica est propter naturam rationis discendi; quia Intellectus est pura potentia in genere intelligibilium sed interminata, de quibus tota est Logica, solus Syllogismus potest perficere Intellectum rationis, &c.

8 Reliqui modo ex argumentis respondere, quibus in principio hanc dubitationis probatum est, Syllogismum non esse Logicæ obiectum, & ad Primum concedo maiorem, quandoquidem eodem modo considerantur, potest esse Subiectum mediate, & Partis; ad illius probationem dico minorem: Syllogismum si consideretur tantum secundum partes formales, est subiectum in libris Priorum, concedimus

Solutio argumentis sup. stum

similiter, vero considerentur ad posterius secundum partes materiales, tam etiam secundum partes formales, sic est subiectum in tota Logica. Ad secundum Respondetur: ad notandum prius: quod eadem est scientia habitus, & Privationis, quia habitus per privationem cognoscitur: vnde in primo de Anima dicitur: quod rectum est iudex sui, & obliqui: hoc adnoto, dicimus, quod licet in libris Elenchorum non sit subiectum aliqua pars Syllogismi: ibi tamen determinatur de Priuatione Syllogismi: quod sufficiens est ad nostrum Intentum. Ad tertium concedendo, negando est minor; nam Syllogismus habet esse in anima, & per accidens est, quod in prolatione eoc rumpatur: vel distinguenda est minor, quod Syllogismus est corruptibilis secundum illam aliqualem existentiam, quam habet, non vero quantum ad essentiam; prior solutio magis quadrat.

9 Ad quartum negatur maior, quod S. Instrumentum per quod artifex operatur, non possit esse subiectum, quod per Instrumentum fit: ad probationem autem dicimus, quod quando Organum per quod artifex operatur, est res finalites subiectum

quod

quod per Artificem fit, est etiam res; nunc verum est, quod non est idem Organū & subiectum; propter rationem ibi adductam: ac quando Instrumentum est actus rationis, & subiectum etiam est actus rationis, tunc procul dubio sola distinctio rationis est sufficiens inter instrumentum, & subiectum; & idem sub una ratione potest esse instrumentum, & sub alia ratione subiectum: Et quia Syllogismus in quantum Logicæ instrumentum, est actus rationis, & idem Syllogismus in quantum subiectum eiusdem Logicæ est etiam actus rationis; ideo etiam si Syllogismus sit instrumentū, per quod Logicus Operatur non propterea tollitur, quin etiam possit esse subiectum eiusdem facultatis. Ad vltimum neganda est minor, quod scilicet omnia reducantur ad Syllogismum: ad cuius probationem patet solutio per iam dicta in oneabili 2. & tertio. & hæc pro prima Quæstione.

## QVÆSTIO SECVNDA

### *Qualis Logica sit?*

QValitates Intellectuales, naturalem habitum aſſicientes, sunt Praxis, vel Speculatio: & propterea dum quærimus, Qualis Logica sit? idem est, ac si quæramus: an Logica sit Practica, vel Speculativa? absolute mus ergo secundam hanc quæstionem vnico tantum articulo.

## ARTICVLVS VNICVS

### *V. Logica sit Habitus Practicus, vel Speculativus?*

CIrca praxim, & speculationem Logicæ plura sunt Dubia resoluenda: primum est, an Logica ita sit practica, vt nullo modo sit speculativa? secundum, an ita sit speculativa, vt nullo modo sit practica? tertium, an ita sit practica, vt simul etiam sit speculativa? quartum an neque practica, neque speculativa? & quia horum dubiorum resolutiones maiori ex parte dependent ab illa quæst., an Praxis sit in Intellectu? ideo præsentem articulum in sequentes Dubitationes diuidemus.

AR-

## ARTICVLI VNICI

# De Qualitate Logicæ

## Dubitationes Tres

Dub. I
*In quo consistat ratio Praxis?*

Dub. II.
*An Logica sit habitus simpliciter Practicus?*

Dub. III.
*An Logica sit habitus simpliciter Speculativus?*

## DVBITATIO PRIMA

### *In quo consistat Ratio Praxis?*

1 PAter Suarez tom. 2. Metaph. disp. 44. sect. 13. à numero 20. vsque ad 28. inclusivè: Sancher in Commentarijs ad Logicam quæst. 15. concl. 7. Pater Valq. p. 1. q. 1. disp. 8. cap. 5. & Ruuius q. 5. Prolæm. num. 12. docent, Praxim ex dum consistere in actione alterius potentiæ ab Intellectu: sed etiam in actu ipsius met Intellectus: dummodo vnus actus per alium actum dirigatur, & regulatur, & fundamenta præcipua pro hac sententia sunt, quia actus Intellectus dirigens actum voluntatis, vel alterius potentiæ, vt recte fiat in suo Ordine, est practicus, ergo actus intellectus dirigens aliū actum eiusdē intellectus, vt recte fiat in suo ordine, erit etiam practicus: antecedens concedituſ ab omnibus: consequentia vero probatur a paritate rationis: dicere autem, quod vnus sit actus intellectus, & alter voluntatis, ne dum non est ratio sufficiens: sed expresse petit principium. Et confirmatur, quia actus Intellectus, vt dirigens alium actum eiusdem Intellectus, non est speculativus, ergo est practicus: consequentia sequitur, quia vt alibi dictum dicemus; practicum et speculativum sunt differentiæ essentiales, essentialiter actum, vel habitum diuidentes: probatur modo antecedēs. Actus intellectus dirigēs alium actum eiusdem intellectus, non est tantummodo propter se: sed propter dirigendos alios actus: nec est solum propter cognitionem veritatis; sed est præcipuè propter directionem alterius potentiæ in operando:

et-

ergo non est de ratione praxis, quod sit actio tantum alterius potentiæ ab intellectu.

3 Ceterum Scotus in Quæstione 4. Prologi dicit, omnem Praxim, quæ fit actus alterius Potentiæ ab intellectu, consequenter dicere, non omnem Actionem quæ Operationem dicit posse practicè: sed illam tantummodo, quæ est actus Potentiæ ab intellectu. Sequuntur hanc Scoti sententiam Plures Recentiores, & probatur primo Authoritate Philosophi, qui 2. Metaph. cap. 1. loquens de Objecto habente Practici, dicit, illud debere esse contingens, idest liberum: sed actio libera propriè est Actus in voluntate. & in alijs potentijs non est nisi per extrinsecam Denominationem à voluntate; ergo Praxis propriè tum est in intellectu: sed in actu alterius potentiæ ab intellectu. Accedit ratio Suarezii. Scientia practica ab Aristotele 3. Ethic. 3. Vbi distinguitur scientia speculativa à Practica per hoc, quod finis speculativæ est Veritas, practicæ verò est opus: ex qua doctrina, sic confletur ratio. Nulla cognitio veritatis potest habere rationem Praxis: sed omnis actio intellectus est cognitio Veritatis, vel ad cognitionem Veritatis ordinatur: ergo nullus actus intellectus primo; & per se esse potest Practicus. Maior est certa ex differentia inter scientias speculativas, & practicas: minor etiam patet: nam vel intellectus immediatè fertur in finem objectum, quod est verum, & tunc omnis huiusmodi actus est Cognitio Veritatis: vel per vnum suum actum tendit ad regulandos alios suos actus, & tunc cum feratur in actum, qui formaliter est cognitio veritatis dicent ad Veritatis cognitionem tendere: Omnis igitur actus intellectus vel est cognitio Veritatis; vel ad cognitionem Veritatis tendit; & per consequens nullus Actus intellectus primo, & per se Practicus potest pro Scopo Authoritas Philosophicum. Quod intellectus extensionem Practicam; cuius Propositionis sensus est, quod intellectus quando tendit in actum, & operationem alterius Potentiæ, illam dirigendo, & regulando; tunc extensione fit Practicus, quia tunc tendit extra se ipsum.

Fundamenta probat.

4 Hæc tamen Quatuor mendacia, vel falsa est ita de Nomine: vt si ista quæ sententia bene explicetur, non possit vna negare, quod altera docet: Nam hoc

Intellectus practicus quia.

hoc certum esse debet in omnium sensu, quod Actus Intellectus in quantum actus Intellectus sive sit regulatus sive non sit regulatus, sive propter se, sive propter aliud, aliquo modo practicus esse potest: quia actus Intellectus inquantum actus Intellectus necessario habet ferri in verum, ita ut si actus intellectus non feratur in verum, sed in aliud obiectum secundum quascunque alias rationes tamen proprie, & formaliter ratione actus non est dicendus actus Intellectus ut Intellectus cum non tendat in verum, quod est Obiectum formale Intellectus: sed potius est dicendus actus alterius potentiæ ab Intellectu: non quia non procedat ab Intellectu, tanquam a Principio, sed quia est circa obiectum, ad quod non fertur intellectus, ut intellectus: ergo actus Intellectus in quantum actus Intellectus est proprie, & formaliter, nullo modo practicus esse potest: Neque hunc doctrinæ authores primæ sententiæ contradicerent quia, cum hi asserunt, in Intellectu esse posse practicum, & aliquem Intellectus posse dici practicum, non est sensus, quod actus Intellectus, & quatenus Intellectus sit formaliter, seu pro ut terminatur ad verum, sit formaliter practicus; quia id falsum esset, & potius esset confundere rationem practici cum Speculativo, quam colligere rationem practici, igitur concludendum est extra capite, quod in Intellectu, ut Intellectus est, & prout Intellectus sua practice in actibus sua terminatis ad verum, nulla est Practis.

4 Cum hoc tamen etiam stat, quod in Intellectu sit practicum ut extensive, idest in Intellectu sit actus ferens extra se ipsum, seu in obiectum, quod formaliter non sit verum: hæc ad practis esse potest: imo tunc quando actus Intellectus operatio est formaliter terminatus ad verum, necesse est, dicere, talem actum Intellectus esse practicum: quia & si tunc talis actus sit actus Intellectus, nostramen est actus Intellectus circa verum formaliter, & quia omnis actio, quæ non terminatur ad verum, inquantum talis, quatenus talis, non est speculativa; idem sequitur, quod actus Intellectus extensive, qui nimirum non est terminatus ad Verum, proprie practicus est.

In Intellectu est Practis.

5 Neque hoc contradicet Scotus: nam hic non negat simpliciter Practicum in Intellectu; sed dum inquit, Practicum esse debere actum alteri

us Potentiæ ab Intellectu, sus est, quod actus Practicus non debet esse actus Intellectus, vt Intellectus; actus Practicus non debet ferri in verum formaliter, sed in aliud obiectum ab intellectu, circa quod agat actus sua actu, quod est circa verum, (quicunque sit ille) est actio solius Intellectus, vt Intellectus, & formaliter est speculativa, ita actio, quæ non est circa verum, (quicunque sit ille) in quantum non est circa verum, nec est actus Intellectus, vt Intellectus, sed alterius potentiæ ab Intellectu, nec est formaliter speculativa, sed simpliciter practica.

6 Ex quo concludere possumus Affirmativam Veritatis Thesim, quod in Intellectu practico primo & simpliciter necessario requirenda: sed cum distinctione dici potest, quod actus Intellectus vt Intellectus formaliter; id est actus Intellectus quatenus terminatur ad verum, bene modo practicus dici potest, sed præterea necessario esse debet actus alterius Potentiæ ab Intellectu, debet ferri, quod ferunt in aliud obiectum ab intellectu, & hoc sensu cum Scoto, tantummodo eius argumenta concludunt.

7 Secundum hunc etiam modum, quod Actus Intellectus externus; id actus Intellectus, qui fertur in obiectum, aliud ab Intellectu, sit Intellectum, quod formaliter non sit verum; talis actus Intellectus est proprie practicus; quia tunc actus Intellectus non fertur in verum, ergo tunc non est formaliter speculativus, cum speculativus sit solummodo circa verum; quod si actus Intellectus externus, non est speculativus formaliter, ergo est practicus, & in hoc sensu accepimus Priorem sententiam, nec eius fundamenta aliud probant, nisi quod in Intellectu externo ad quod tendit est practica.

## DVBITATIO SECVNDA

### An Logica sit habitus simpliciter Practicus?

1 PAtres Conimbricenses q. Prolem. Fonseq. 1. met. cap. 3. q. 2. sect. 4. Paulus Venetus in Principio suæ Logicæ, & plures alij affirmant, Logicam esse simpliciter Practicam, quia finis principium Dialecticæ est Opus, nimirum ut efficiat syllogismi, vel discursio operum in-

Primo sit Dubitatio

Intellectus ergo Logica absolutè, & simpliciter est scientia practica, antecedens ellectum, quatenus Dialectica est ars ordinandæ syllogismum, & ratiocinationem, & consequentia sequitur ex Arist. 6. Methaph. text. 3. vbi ait, quod Ens speculabile est Verum: Practi vero est opus, secundo Logica est argumentatione, & fabulis, & ordinata fabulis, & ordinata est habitus practicus, & nullo modo finis est: ergo & Logica. Minor, & consequentia notantur: maior est Doct. hoc modo potest probari. Dialectica est habitus, secundum quam habet, & fabulis adoptatur est, & per eas homo facilitur, & ordinate conferre aliis: sed hæc omnia possibilia eadem ratione ars quædam necessaria est, qua sit directiva habitus actus rationis: per quam bonus in ipsa ratiocinatione ordinate, & facilitet, & sine errore procedat, & hæc ars est Logica.

2 Sed est dubium, quæ potentia, & habitus in praxi debeat dubitationem facilegunc est colligere, quid nobis sentendum sit in quæstionibus dam igitur, Logicam nullo modo esse habitum practicum, nec quidem impropriè, vel per similitudinem, & secundum quid. Hæc assertio est contra non nullos Recentiores, qui affirmant, vel Logicam esse simpliciter practicam, vel saltem secundum quid, & per similitudinem: est tamen certissima, & valde communis, dicitur. Nullus Logicus, vt claret inspecto si dubitauerit, monstrabimus; & potest sic probari ratione velum à priori, deinde ex dictis quidem dubitatione practicum, & secundo. Tota Logica est Actus Intellectus vel ratiocinatio est duplex, quia vel vera, nec ipsa quo modo est de rebus extra Intellectum, sed diuinando agit de cibus rationis, per quos venimus ex cognitis, ergo Logica nullo modo dicit potest habitus practicus, nec quidem impropriè, secundum similitudinem. Secundo quid antecedens ipsa via à priori est euidens, vt sit velut Primum principium in Logica: nec aliquis dixit, quod negabant esse principium Logicæ est Rationale, quia nec est de actibus rationis: probatur modo euidens, Praxis nullo modo est in actu Intellectus, vt Intellectus est, & quatenus eius obiectum practicum

est verum: sed tota Logica est de actibus Intellectus, quatenus eius obiectum praecise est verum: ergo Logica nullo modo dicit potest practica nec quidem impropriè. & per similitudinem Maior Propositio supponatur certa ex dictis, minor vero sic probatur, & declaratur: tota Logica quatenus docens ita versatur circa actus rationis, vel circa ea, quæ per actus rationis conflantur: vt quatenus naturam solummodo speculetur; & quatenus vtens ita eadem Logica applicat actus rationis ad res, vt limites intellectus nunquã excedat.

3 Nec obstat, Actum Logicæ vtentis esse constitutionem Syllogismi, qui est quoddam Opus, ad cuius constitutionem ordinantur omnes actus Logicæ docentis: nam tale Opus non est extra Intellectum, quod necessarium esset ad hoc, vt Logica deberet dici practica: sed est Opus intra limites intellectus, cum sit opus constructum ab ipso: & cum sit productum non per aliam actionem, quam per Intellectionem; cum concedendum est, esse distinctum a vero, cum sit terminus Intellectionis, cuius obiectum est verum simpliciter.

4 Ex hac prima ratione conclusione sequitur, falsum esse eorum sententiam præsertim Ruvij q. 1 probantium n. 15. & aliorum, qui asserunt, Logicam simul & semel esse Practicam, & Speculativam: nam si sufficienter ostensum est, Logicam nullo modo esse habitum Practicum: quamuis adhuc non ostenderimus, an sit habitus speculativus: tamen manifestè sequitur, Logicam non esse simul Practicam, & Speculativam.

5 Modo Respondeamus argumentis proprima sententia. Ad Primum dicimus, quod constructio syllogismi, vel directio operum Intellectus, quæ intenduntur à Logica, non sunt opera extra Intellectum, nec distinguntur à vero: quod est obiectum Intellectus, cum ea omnia opera producantur per intellectionem, cuius terminus est veritas seu verum. Argumento oppositum

6 Ad secundam dico D. Thomam voluisse, Logicam esse Artem sicut fabrilis, & ædificatoriam non propter omnimodam similitudinem: sed quia sicut fabrilis, & ædificatoria introducunt formam in Materia, ita etiam, & Logica: est autem disparitas in vtrisque Artibus, quia Prior tes introducunt formam in Ma-

Materia extra intellectum, & propterea vocantur Artes Mecanicæ, & sunt propriſſimè practicæ: Logica verò introducit formam in materia interna, & propterea dicitur Ars liberalis.

7 Quod ſi inquiratur, an Logica ſicut per ſimilitudinẽ dicitur Ars; ita etiam poſſit ſimilitudinem poſſit dici Practica, præſertim cum eius vltimus finis ſit quodam opus Conſtructio ſyllogiſmi? Reſpondetur negatiuè: nam adhuc vt aliqua facultas poſſit dici ars liberalis, non eſt neceſſe, vt pro obiecto habeat opus extra intellectum, alias Metaphiſica, & aliæ ſcientiæ Reales non poſſent dici Artes: ſed ſufficit, vt aliquo modo introducant formam in materia: Ad hoc vt aliqua Habitus ſit Practicus, neceſſe eſt omnino, vt eius finis ſit opus extra intellectum; cum agitur opera, de quibus differt Logica, non ſint extra intellectum, propterea Logica quamuis appelletur Ars, non tamen dici poteſt Practica.

8 Sed Obiicies cum Item hic quæſt. num. 14. S. Probatur. Logica eſt ianua, per quam ad reliquas ſcientias ingrediuntur, eſtque quaſi Organum ad illas acquirendas: ſed inter ſcientias quædam ſunt ſpeculatiuæ; & quædam ſunt practicæ; ergo neceſſe eſt, Dialecticam habere vtrãque conditionem, quia ſi non eſt practica, non poteſt eſſe ianua, per quam ad practicas ſcientias ingrediamur: & ſi non eſt ſpeculatiua, nec minus practicare poterit aliſs ſcientijs modum procedendi ſpeculatiuum; neceſſe igitur eſt, Logica habeat vtranque rationem. Sed Reſpondetur cum Ægidio in Prologo Poſt. dub. 12. lit. I., quod cum noſtrum intelligere ſit cum diſcurſu, oportuit inuenire Artem arguendi, ne in ipſa Argumentatione erraremus: ſed quia Rationes, & Argumenta poſſunt applicari tum ad ſcientias ſpeculatiuas, & ſubtiles; tum etiam ad practicas, & morales; ideo oportuit inuenire quaſi duplicem Logicam, vnam, quæ deſerviret ſcientijs ſpeculatiuis, & hæc communi vocabulo appellata eſt Logica; Aliam, quæ deſcenderet in Artes practicas, & Morales, & hæc vocata eſt Rectorica, quæ dicitur eſſe Aſſequutiua Dialectica, tradere ergo Artem arguendi in ſcientijs moralibus, vt in Politica, Ethica, &c. Spectat ad Rectoricam: ſed tradere Artem demonſtrandi in ſcientijs ſpeculatiuis, ſpectat ad Dialecticam.

Obiect.

Soluit. Ægid.

Log. ẽ propter ſcias ſpeculatiuas.

Sed Rectorica propter morales.

## DVBITATIO TERTIA.

### V. Logica sit habitus simpliciter speculativus?

1 ARgumenta, quibus supra in præcedenti dubitatione probatū fuit, Logicam esse simpliciter practicam simul etiam probant, non esse simpliciter speculativam; sed ad hæc sequentia adjungi possunt. Scientiæ speculativæ quærunt propter seipsas, ut pereas cognitionem summum obtinemus: sed Logica non quærunt propter seipsas, sed tota est propter alias scientias, ad quas consequendas ordinatur: ergo Logica non est speculativa. Secundo Aristoteles 6. Metaph. tex. 1. Principium numerans habitus speculativos, nullam facit mentionem de Logica: ergo Logica non est habitus speculativus. Tertio Logica non est propriè scientia; imo vt verum, nec est modus scientiæ, ergo Logica nullo modo est speculativa; consequentia est infallibilis, quia valet argumentum à superiori ad suæ ens negatum, vt non est animal, ergo est homo, sed scientia est quid superius ad speculativam, & practicam; ergo legitimus modus arguendi est, illum dicitur, Logica non est scientia, ergo non est speculativa. primum antecedens in Schola Ægidij est certissimū, vt vidimus in quæst. 1. art. 2. dubio primo.

Arguitur Logicam esse practicam

1. Rat.

2. Rat.

3. Rat.

2 Sed vera sententia nobis subsistendo, est, Logicam esse habitum simpliciter speculativum. Ita expresse Ægid. in primo libro Post. pagin. 6. colum. 3. lit. K. vbi ait, quod omnes artes speculativæ vel sunt Reales, & nominatur dicti scientiæ: vel sunt Rationales, & nominatur dicti modi sciendi: & etiam hæc sententia Magni Augustini Patronis lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 4. item Angelici Sancti Thomæ super Boetium de Trinitate, quæst. art. 1. Item Scoti in Prol. apud Sapientiales & aliorum Recentiorum; quos citat, & sequitur Mag. Rimus disp. Prohem. sect. 2. §. Relat ergo, &c. Probatur autem eodem profus fundamento, quo in præcedenti dubitatione ostendimus, Logicam non esse aliquo modo Practicam: nam vltimus, & principalis finis totius Logicæ est contemplatio veri; ergo Logica est simpliciter speculativa; antecedens probatur, quia tota Logica est propter

Vera sententia

Ægid. D. Aug. Rim. Diuus Tho. Scotus Mag. Rim.

Respondetur argumento oppositum.

syllogismum; sed syllogismus quamvis dicatur quodammodo opus: tamen non est constitutum: Vero, quia syllogismus fit per formalem intellectionem, cuius obiectum proprie dicitur verum: ergo finis principalis totius operis est speculare veri. Et confirmatur primo, quia habitus Logicæ est necessarius propter acquirendas scientias speculativas, ut annotavimus sine dubitatione precedenti solutione ad obiectionem, & latius ostendemus q. 4. dub 2. ergo necessario debet habere ratione habitus speculativus quo modo enim posset præstare alijs scientijs speculativis ministerium, nisi ipsa Logica esset speculativa?

3 Ad illationem oppositam sic respondetur. Ad primam dictum precedaneum minor. Habitus speculativus, qui proprie, & per se est scientificus, estque habitus intellectus principalis, huiusmodi est propter se, eodem modo habitus speculativus instrumentalis, qui non est proprie scientificus; sed potius modus sciendi, hic debet esse propter se tantum, nego maiorem. Modo ad minorem. Logica non est habitus principalis intellectus; sed instrumentalis: nec proprie est habitus scientificus; sed modus faciendi: & ideo absolute non est propter se, sed propter alias scientias comparandas. Ad secundum Respondetur, Aristotelem ibi nunquam fecisse habitus speculativos Realis, & simpliciter scientificos; & propterea nullam mentionem fecit de Logica, quia hic non est habitus speculativus simpliciter scientificus; sed solum modus sciendi; nec est de obiecto Realis sed tantum de obiectis rationis. Ad tertium concesso antecedente, negatur consequentia. ad cuius probationem concedimus illam maiorem. quod scilicet valet argumentatio à superiori ad inferius negative, vt non est animal, ergo non est homo: sed negatur minor, quod scientia sit superior ad speculativum, & practicum, cum prius sit inferior ad illum habitum, qui dividitur per speculativum & practicum dictum enim est cum dividitur habitus, ille: Omnis habitus datur alia de vnus tantum sine aut est essentialiter speculativus, aut essentialiter practicus: Deinde habitus speculativus subdividitur in Realem, qui est simpliciter scientificus: & in Rationalem, qui est modus sciendi. Ecce quomodo scientia

ta est inferior ad speculatiuã & practicum: non ergo in argumentatione suprapositã procedit ab superiori ad inferius negatiuè.

## QVÆSTIO TERTIA

### Quotuplex Logica sit?

NOn est Quæstio hic de Partitione Logicæ in Naturalem, & Artificialem: Nec de Logicæ Artificialis Diuisione in Docentem, & Vtentem: de his enim alibi dictum est: sed est controuersia de Vnitate, vel multiplicitate, quam Logica habet ab Obiecto: & breuius est, an tota Logica sit Vnus Habitus aliqua vnitate, diuisibilis, vel individualis? vel in plures alios habitus? Vnico igitur Articulo eam Quæstionem resoluemus.

## ARTICVLVS VNICVS

### De Vnitate, vel Multiplicitate Habitus Logicæ?

Omnis Vnitas, quam habet scientia, prouenit ab Obiecto: Obiectum autem cuiuslibet facultatis, (vt infra clarius explicabimus,) est duplex, Alterum f. Materiale, & aliud formale: & propterea sub hoc Articulo duo sequentia dubia difficultatum declaranda.

## ARTICVLI VNICI

### De Vnitate Logicæ Dubitationes Duæ.

*Dub I.*

*An Logica ab Obiecto suo materiali habeat aliquam Vnitatem?*

*Dub. II.*

*An Logica ab Obiecto formali habeat Vnitatem speciei specialissimæ?*

## DVBITATIO PRIMA

### An Logica ab Obiecto suo materiali habeat aliquam Vnitatem?

1 HÆc Dubitatio communis est omnibus scientijs & potentijs, tam intellectualibus, quam sensitiuis, & propterea, quod hic determinabimus de Obiecto Logicæ materiali, idem dici poterit de qualibet alia facultate, & potentia: dicitur autem

rem Obiectum materiale in aliqua scientia omne illud, quod est de consideratione talis scientiæ, etiam si sit ipsum Obiectum principale? Etenim omnia ea, quæ considerantur ab aliqua scientia: sunt obiecta materialia per comparationem ad ipsam rationem formalem scientiæ. Explicatur, quam sit in constitutione obiecti materialis?

Nunc dubium est: An Logica habeat aliquam Vnitatem à quocunque obiecto materiali? v. g. considerat Logicus de Definitione, Diuisione, Argumentatione, de actibus intellectus, de Ente Rationis, de syllogismo, &c. Et hæc omnia sunt obiecta materialia per respectum ad Obiectum formale, sub quo Logica tractat de illis; quæritur igitur, An Logica agens de definitione, habeat, quod sit vnus habitus, & agens de Enunciatione habeat aliam Vnitatem, atque adeo quot sunt in Logica obiecta materialia, tot sint in eadem Logica Vnitates?

2 Et Videtur prima pars, quod obiectum materiale in Logica det ipsi Logicæ aliquam Vnitatem, quia quælibet scientia ab eodem habet, quod sit scientia, & quod sit vna: sed Logica à quolibet obiecto materiali habet, quod sit scientia: ergo à quolibet obiecto materiali habet etiam, quod sit vna: maior est certa, quia ab eodem res habet, quod sit ens, & quod sit vnum, ergo ab eodem etiam habet scientia, quod sit scientia, & quod sit vna: minor etiam est clara, quia dum Logica docet regulas diffiniendi, sic actus & si non sit scientificus in rigore; est tamen scientia saltem communiter sumpta, & potest dici modus sciendi, qui reducitur ad scientiam. Secundo. Vel obiecta materialia conferunt scientiis, à quibus considerantur, aliquod esse, vel nihil? Si hoc secundum, ergo frustra considerantur, si primum, ergo obiecta materialia conferunt scientiis aliquam Vnitatem, quia à quo res habet esse, habet etiam vnitatem; cum ens & vnum conuertantur.

3 Et alia vero parte videtur, quod obiectum materiale in Logica nullam det Logicæ Vnitatem, quia omnis Vnitas, & distinctio in scientijs est tantum à forma, ergo si obiectum materiale non se habet in scientia vt forma, sed potius vt materia, non poterit præbere scientiæ vnitatem. Adhuc potest, quod si obiecta materialia præberent scientiæ Vnitatem, non essent plura, & diuersa in eadem scientia; nec vnum

obiectum materiale posset esse de cōsideratione diuersarum scientiarum; quia tam impossibile est, quod vna scientia habeat vnitatem à diuersis obiectis, sicut etiam est impossibile, quod vnū obiectum distinguat plures scientias.

4 Sed Notandum valde id, quod docet Ægidius in p. Methaph. q. 9. quod vnum, & idem obiectum diuersis respectibus consideratum, & est materiale, & etiam est formale. Est materiale ex parte scientiæ, seu potentiæ, seu per comparationē ad rationem formalem, sub qua illa volunt Recentiores, cum dicant cum Caietano, quod in qualibet scientia datur duplex obiectum formale, vnū quod vocant rationem formalem Quæ, seu obiectum formale Quod, & aliud, quod dicunt obiectū formale Quo, seu rationem formalem sub qua. Obiectum formale Quod in schola Ægidij dicitur Ratio formalis ex parte obiecti; Obiectum vero formale Quo ab eodem Ægidio vocatur Ratio formalis ex parte scientiæ.

Explicatur obiectū formale quod & formale quo.

5 Hoc notato, duplici conclusione satisfaciendum est quæsito. Prima conclusio. Quodlibet obiectum, de quo considerat Logicus, quatenus est obiectum materiale ex parte Logicæ, seu per comparationem ad rationē formalem eiusdem Logicæ; sic quodlibet nullam est, quod tribuat Logicæ Vnitatem, vel specialem distinctionem. Hoc probant sufficienter argumenta priorīs partis. Sane

6 Cum hoc tamē sit secunda conclusio. Quodlibet obiectum, quod est de considerione Logicæ, si considereur, vt est formale ex parte Obiecti, idest si consideretur secundum suam rationem formalem specialem, secundum quam formaliter distingatur à quocunque alio, & distincte considerar ab ipsa Logica: sic quodlibet obiectum dat Logicæ vnitatem specialem, quia quamuis sit materiale per cōparationem ad rationem formalem Logicæ, sī tamen formaliter ex parte Obiecti, & hoc continent Argumenta ptioris Partis. Duplex

7 Sed dices. Si quodlibet obiectum materiale Logicæ propter hoc quia est formale ex parte obiecti, tribuit Logicæ aliquā vnitatem, ergo quot sunt in Logica obiecta materialia, tot sunt in Logica vnitates speciales; & sic tota Logica erit vna vnitate generica, coalata ex pluribus vnitatibus specificis. Obie-

cis. Ad hoc argumentum commodius Respondebitur in dubitatione sequenti; pro nunc tamen dicimus, quamlibet scientiam esse vnam vnitate communi vel generica, vel Analoga per comparationem ad obiecta materialia, quæ sunt formalia ex parte obiecti, quia cum ex Philosopho vna & eadem sit scientia contrariorum, & contraria semper distinguantur specie: sit, quod scientia pertinens ad sua obiecta materialia, de quibus omnibus agit, non sit vna vnitate specifica sed potius vna vnitate communi vel Generica vel Analoga.

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Logica ab Obiecto formali habeat Vnitatem speciei specialissimæ?

1 PRima sententia videtur dicere, totam Logicam esse Vnam, vnumque habitum vnitate Generica, dividibilem in plures Logicas, specie distinctas, ita vt hab ms Logicæ, qui docet definire, specie distinguatur ab habitu Logicæ, qui docet dividere, & hic similiter specie distinguatur ab illo habitu, qui docet Argumentari, & vniuersaliter Auctores huius sententiæ eo esse dicunt in Logica habitus, specie distinctos, quot sunt in eadem Logica obiecta, participantia rationem formalem Logicæ. ita inter alios Nominales, à quibus parum vel nihil dissensit Franciscus Toletus q. 3. Proœm. c. nelus 1. & 3. Quorum fundamenta, quæ vix admodum innumera, præcipua tamen sunt sequentia. Obiectum formale totius Logicæ (quodcumque illud sit) vnum, Generice vel Analogicè, ergo & tota Logica erit vna vnitate Generica, vel Analoga. cõa tenet, quia scientia omnem suam vnitatem sumit ab obiecto formali, & principali: probatur modo antecedens. Obiectum formale totius Logicæ participatur diuersis obiectis materialibus, quorum aliqua distinguuntur specie, vt operationes intellectus, & modi differendi scilicet Definitio, Diuisio, &c. Et aliqua distinguuntur Genere, vt termini, Propositiones, secundæ intentiones, &c. Ergo obiectum formale seu ratio formalis totius Logicæ si est communis pluribus obiectis materialibus, sic di-

Prima sententia videtur dicere totam Logicam habitum vnitate Generica dividibilem in plures Logicas specie distinctas.

1. arg.

finitis, erit una veritate Generica, vel etiam Analoga. Et potest hoc amplius confirmari, quia si ratio formalis totius Logicæ sit communis omnibus actibus rationis, de quibus considerat Logica, & omnia talia saltem specie distinguentur inter se, ergo talis ratio communis non poterit esse una veritate specifica: quemadmodo enim omnia ea, quæ specie distinguuntur, possunt convenire sub una ratione specifica?

3 Secundo, & difficilius. Si Habitus Logicæ esset una veritate speciei specialissimæ, sequeretur, quod acquisito habitu diffiniendi per unum, vel per paucos actus etiam sciremus dijudicare, & argumentari, imo haberemus habitum ad omnes conclusiones, quæ sunt in Logica: sed consequens est falsum, ergo &id, ex quo sequitur: probatur sequela maioris, vel per unum actum diffiniendi producitur habitus Logicæ, qui est eiusdem speciei cum habitu, qui producitur ex actibus dividendi, vel non? Si hoc secundum, ergo tota Logica non est una habitus veritate speciei specialissimæ, sed potius veritate Generica: si vero dicatur primum, ergo statim, quod per paucos actus diffiniendi acquiritur habitus Logicæ, habita per eundem habitum sciremus dividere, & argumentari, quia habitus acquisitus per actum diffiniendi est eiusdē speciei cum habitu, qui acquiritur per actum dividendi, & argumentandi. 3 arg.

4 Tertio Logica agit de actibus rationis, de Ente rationis, de terminis, de Enunciatione, de syllogismo, &c. Tunc sic. Vel considerat de omnibus his sub una tantum ratione formali, vel tractat de omnibus secundum diuersas rationes formales? Si hoc secundum, ergo tota Logica non est una veritate speciei specialissimæ, Si dicatur primum, contra hoc est, quia quæ sub una ratione formali considerantur, non aliam cognitionem efficit vnam, quam aliud, sed indistincte cognoscuntur, non igitur in Logica possemus cognoscere, Diffinitionem esse quid distinctum à Diuisione: Nec Diuisionem esse quid distinctum à syllogismo, &c. 4 arg.

5 Demum pro hac sententia adiungi possunt duo loca Ægidij, quæ videntur valde difficilia, ad concludendum, quod hæc prima sententia intendit. Primus locus est in 4. Methaph. q. 2. circa

Addūcūtur duo loca Ægid. & hæc ex-

in

in corp. vbi post quam ollen dit, aliquid quatuplicter el se vnum vel.f numero, vel Specie, vel Genere, vel Analogiæ; Hæc adiungit: *Veritas secundum speciem non sufficit ad Vnitatem scientiæ, ut ius probatis est, quia eadem est scientia contrariorum; contraria autem differunt specie, ergo Vnitas secundum speciem non sufficit ad vnitatem scientiæ specialis.* Hæc Ægidius ergo cum Logica sit Ars Rationalis, quia est de actibus rationis, videtur, quod Logica non possit esse vna vnitate speciei specialissimæ.

6 Posterior locus est in Primo Methap. q. 6., vbi distinguens inter subiectum Scientiæ, & ea, quæ considerantur in Scientia, ait: quod vnum differt ab alio tanquã magis comune, & minus comune, quia Omne subiectum est de consideratione Scientiæ, non tamen è contra; quod si queratur, quæ nam sit illa communitas? Sic respondet Ægidius (dico) *quod est Communitas Analogiæ, quoniam illa omnia, quæ differunt in scientia, non considerantur nisi per Attributio nẽ, quam habent ad ipsum subiectum.*

7 Sed Pro veritatis resolutione, Primo obseruandum est id, quod docet Ægidius in primo Methap. quæst. 9. quod in Logica datur duplex Obiectum formale, alterum, quod solet vocari obiectum formale Quod, seu ratio formalis Quæ & hoc quamuis sit formale ex parte obiecti; semper tamen est materiale ex parte scientiæ: Aliud obiectum formale in Logica solet vocari obiectum formale Quo, seu ratio formalis sub Qua, & hoc semper est forma specificans ipsam scientiam. Primum obiectum formale in Logica est Syllogismus, & quilibet actus rationis: qui est propter Syllogismum: Aliud obiectum formale in eadem Logica est Applicatio Syllogismi ad scientias speculatiuas.

In Logica dãtur duplex obiectũ formale.

8 Secundo obseruandum est, quod in tota Logica idem Syllogismus est, à quo Logica habet, & quod sit Rationalis, & quod sit modus sciendi, & quod sit vna, & quod essentialiter distinguatur à quacunque Arte Rationali: Sed hæc omnia habet Logica per Syllogismum secundũ diuersas rationes consideratum: nam per Syllogismum quatenus est Actus Rationis, habet Logica, quod sit Rationalis, per eundem syllogismum, quatenus est instrumẽtum Artis Syllogizandi, habet Logica, quod sit modus

scien-

Per Sil logis mũ di uersũ mõ ch si sua vñ log hẽt. Q si Rõ malis q stru &c.

scientij, per eundem Syllogismum, quatenus est ratio formalis specialis, per quam vel ratione cuius considerantur omnia, quæ sunt in Logica, habet eadem Logica, quod sit vna, & eandem per eundem Syllogismum, quatenus applicatur ad solas scientias speculativas; habet Logica essentialiter, & specificè distingui à quacunque alia Arte Rationali.

## Concordia Opinionvm

9 His sic diligenter notatis. Duplici Conclusione adequatè resolvemus Quæstum. Prima conclusio. Ab Obiecto formali ex parte scientiæ, quod aliis verbis solet vocari obiectum formale Quo, & in Logica est Applicatio Syllogismi ad solas scientias speculativas, ita Logica habet, quod sit vna vnitate speciei specialissimæ, ac essentialiter, & specificè distinguatur à quacunque alia Arte Rationali, sitque vnus habitus omnino indivisibilis in plures Logicas, specie distinctas. Hæc conclusio non est expressa in scriptis Aegidij; est tamen deducta ex eiusdem principijs, & efficaciter sic probatur. Obiectum formale ex parte scientiæ, quod aliter vocatur Obiectum formale Quo, seu ratio formalis sub qua, est in Logica vnum vnitate speciei specialissimæ, ergo & ipsa Logica est vna vnitate speciei specialissimæ: consequentia negari non potest, quia omnis scientia vnitatem specificam desumit ab Obiecto formali Quo: Probatur antecedens. Obiectum formale Quo Logicæ est Applicatio Syllogismi ad solas scientias speculativas: sed huiusmodi Applicatio est vna formaliter indivisibilis, sicuti Abstractio ab hac, vel illa materia est forma indivisibilis, specificans Philosophiam naturalem, ergo Ratio formalis sub qua specificatiua Logicæ est vna vnitate speciei specialissimæ: minor hæc vltima sic patere potest, quia ita se habent in scientijs Rationalibus applicationes Actuum rationis ad res, sicuti se habent Abstractiones in scientijs Realibus: sed vnus gradus abstractionis in scientijs realibus est ratio formalis specificans scientiam Realem, ergo vnus gradus applicationis actuum Rationis ad res est ratio formalis indivisibilis, & specificans vnamquamque scientiam Rationalem.

10 Secunda Conclusio. Ab obiecto formali Quod, seu à

Ra-

Aratio formalis ex parte Obiecti Logica habet vnitatem Generi-cam, vel Analogã

Rationem formali ex parte Obiecti Logica non habet vnitatem specificam specialissimam; sed potius vnitatem communem, vel Generi-cam, vel potius Analogam. & hoc probant maior ex parte Argumenta Prioris Sententiæ. probatur autem hæc conclusio ratione speciali, quia in Logica Rationes formales ex parte obiecti sunt plures, quæ & si per comparationem ad Rationem formalem ex parte Logicæ sint obiecta materialia, & non cadant in Logica nec vnitate, nec distinctione specificam; sed solummodo materialem; tamen sibi inuicem comparata, distinguntur formaliter, & sunt plura obiecta formalia, seu plures rationes formales ex parte obiectorum, ergo non possunt præbere Logicæ vnitatem specificam specialissimam: sed potius vnitatem communem, vel Generi-cam, vel Analogã; consequentia sequitur, quia si vnumquodque obiectum formale dat scientiæ, à qua considerantur, aliquam Vnitatem, cum in Logica sint plures rationes formales ex parte obiectorum, sequitur, quod tota Logica erit vna vnitate vel un Generica, seu potius Analoga: antecedens vero probatur, quia Rationes formales omnium Obiectorum, de quibus agit Logica, inter se comparatæ, formaliter, & Specie distinguuntur, & quatenus dicunt Attributionem ad Syllogismum, qui est obiectum formale Quod principium, sunt vnum Analogicè, quia Applicatio actuũ rationis ad res per prius dicitur de Syllogismo, quam de alijs actibus Rationis.

Sobre argumẽtacõtraria.

1 Nunc Respondeamus Argumentis pro prima sententia. Ad Primum distinguendum est Antecedens, Obiectum formale Quo seu ratio formalis ex parte Logicæ est vna vnitate Generica, vel Analoga, negatur antecedens nam vt vidimus, Ratio formalis ex parte Logicæ est Applicatio actuum Rationis adicientias speculatiuas, quæ est vna formalis diuisibilis. Ratio formalis ex parte Obiecti est vna vnitate Analoga. concedo antecedens: ex hoc autem non sequitur, nisi quod logica sicut est vna vnitate specifica per rationem formalem ex parte logicæ, ita est vna vnitate analoga per rationes formales ex parte obiectorum: quia omnia ea, de quibus considerat logicus, licet per comparationem ad rationẽ formalem scientiæ non distinguantur nisi materialiter, ita tibi inuicem comparata distin-

singulatur formaliter.

12 Ad secundum esset necesse examinare per aduam illam difficultatem, an scilicet per vnum actum generetur habitus, & per alios actus subsequentes idem habitus augmentetur? de qua re in professo Deo dante tractabimus in sequenti: hoc enim tract. 3. de Generatione, & corruptione; pro nunc tamen cum Ægidio in quotlib 3. q 9 breuiter dicimus, quod si intellectus ad suscipiendos habitus intellectuales, nullam habet repugnantiam, & difficultatem, tunc non erit inconueniens dicere, quod per vnum actum primo introducatur essentia formæ habitus: licet talis essentia formæ habitus nec meretur proprie dici habitus, cum per vnum actum non possit sic formari, vt sit difficile mobilis: alias in intellectu esset repugnantia, & difficultas ad susceptionem habituum intellectualium: tunc primus actus nihil induceret de essentia formæ, v. g. per actum definitionis, non introduceretur in intellectu essentia formæ habitus Logicæ, sed solum per talem primum actum remitteretur aliquid de prædicta difficultate, & per secundum actum aliquid aliud de eadem difficultate: & quando per plures actus definitionis erit vltimate remissa tota difficultas: tunc sequens actus definiendi in virtute omnium præcedentium induceret in eodem intellectu quandam qualitatem, quæ eadem est essentialiter cum habitu, nõ tamen proprie meretur dici habitus, sed dicitur dispositio ad habitum: cum quo sit firmata, & roborata in intellectu: postquam denique alij sequentes actus dispositionem perficient, eamque roborabunt in subiecto, tũc illa esset qualitas, quæ prius dicebatur dispositio, & erat facile mobilis, roborata tandem dicitur habitus Logicæ, & inclinabit eundem intellectum ad consimiles actus: itaque pro nunc ad argumentum in forma Respondetur, negando sequelam antecedentis: nam per vnum, vel per pauc os actus definiendo acquiritur in intellectu habitus totius Logicæ: sed per priores actus remittitur difficultas, quam habebat intellectus ad susceptionem habitus: deinde remissa, & ablata omni difficultate per alios sequentes actus in virtute præcedentium introducitur in intellectu quædam Qualitas, quæ licet sit eiusdem essentiæ cum habitu:

Sed remittitur difficultas ad suscipiendum habitum

Et remissa difficultate adueniens dispositio.

non

vltimo tdl. p dicit habit.

non meretur tamen dici habitus, cum adhuc non sit firmata, & roborata: sed dicetur dispositio ad habitum: vltimo tandem cum dispositio per nouos actus erit firmata, & robotata, intelligitur acquisitus habitus logicæ secundum essentiam, quæ sic acquisitus, adhuc non inclinat intellectum ad omnes actus logicæ, consimiles illis, ex quibus ipse productus est, quia quamuis secundum essentiam consideratus, sit omnino indiuisibilis, & variari non possit, tamen consideratus secundum esse, quod habet in subiecto, est diuisibilis, habetque gradus, & potest variari, & amplius perfici: sed de hac re fusius in loco supra citato.

Logica dicens ēs vēs nicum? Habēs quātum ad formā

14 Ad tertium. Respondetur, ingeniam agere de tertio, de Enunciatione, de Ente Rationis, &c. sub ratione tantum formalis tenente ex parte scientiæ: quam dicunt dicitur, quod ea, quæ sub ea ratione considerantur, non cognoscantur distincte, iam ex antecedentibus patet solutio, datur enim distinctio formalis, altera qua scientia tenetur ex parte obiecti, & hoc quæ cognoscuntur per vnam rationem formalem ex parte obiecti, indistincte cognoscuntur: alia est ratio formalis ex parte Scientiæ, & hæc quæ cognoscuntur per vnam rationem formalem, se tenentem ex parte scientiæ, distincte cognoscuntur. quia & si habent vnam rationem formalem ex parte scientiæ, habent tamē diuersas rationes formales ex parte obiectorum.

Explicāt locū Aegidij.

15 Ad hoc Aegidij dicendum est, veramque locum esse intelligendum de Vnitate Scientiæ respectu obiectorum materialium: quæ aliæ sunt rationes formales ex parte obiectorum; & propterea loci sensus est, quod in nulla scientia obiectum formale Quod, est vnum vnitate specifica specialissima propter rationem, quæ tangitur ibidem, quia [eadem est scientia contrariorum, & cum contraria distinguantur Specie, non sufficit ad scientiam sola Vnitas specifica.

Rō Aegidij

16 Altetius loci sensus est, quod Omnes Rationes formales ex parte obiectorum, quæ sunt Obiecta materialia ex parte scientiæ, sunt in scientia vnius analogicè, quia dicunt attributionem ad vnū obiectum formale Quod Principium: ex quo solum sequitur, quod scientia per rationem formalem se tenentem ex parte scientiæ, semper est vna vnitate specifica.

it per Rationes formales ex parte Obiectorum, semper est vna vnitate Analoga.

## QVÆSTIO QVARTA

### Propter Quid Logica sit?

NOn quærimus in hac quæstione intrinsecâ Logicæ finem, qualis est eiusdem principale obiectum, de hoc enim diximus, esse Syllogismum: sed dum quæremus propter quid Logica sit? solum inquirimus, an Logica sit necessaria propter aliud? quia autem cuilibet rei necessitas vtiri potest ex duplici capite, vel ab intrinseco principiorum illius, respectu cuius dicitur necessaria, vel ab extrinseco; ideo præsentem quæstionem in duos sequentes articulos diuidemus.

## QVÆSTIONIS QVARTÆ

### De Necessitate Logicæ.

### Articuli Duo.

#### Articulus I.

*An Logica sit necessaria ab intrinseco?*

#### Articulus II.

*An Logica sit necessaria ab extrinseco?*

## ARTICVLVS PRIMVS

### An Logica sit necessaria ab intrinseco?

CVm causa sit illa, ad cuius esse de necessitate sequitur aliud, si volumus accipere modos necessarij, debemus eos accipere per comparationem ad causas: quoniam vero ex quatuor causis, duæ scilicet causa Materialis, & Formalis sunt intrinsecæ, & Efficiens, & Finalis sunt extrinsecæ: ideo necessarium ratione causæ Materialis, & Formalis dicitur necessarium ab intrinseco; necessarium vero per comparationem ad Causam Efficientem, & Finalem dicetur necessarium ab extrinseco: in præsenti tantum inquirimus, an Logica sit Hominibus necessaria ab intrinseco, idest ratione causæ Materialis, & Formalis? Vnica igitur dubitatione hanc Articulum persoluemus.

AR-

## ARTICVLI PRIORIS

## *De Necessitate Logicæ ab Intrinseco*

### DVBITATIO VNICA

### *V. Logica sit necessaria hominibus ratione materiæ, & formæ?*

1 VIdetur, quod Logica quatenus est ars Rationalis, non possit dici hominibus necessaria, ab intrinseco; quia quod est alicui necessarium ab intrinseco ratione naturæ, debet illi convenire vel tanquam essentia, vel saltem tanquam propria Passio: sed Logica non convenit hominibus nec tanquam essentia, nec tanquam propria Passio, ergo &c. maior est certissima, & minor etiam constat, quia Logica nec ingreditur essentiam hominis, nec dimanat ab eiusdem essentia, vt propria Passio.

propria tertia affectio.

2 Pro Veritatis resolutione Notandum est, quod aliquod dupliciter est necessarium ab intrinseco ratione naturæ, Primo quatenus consequitur principia intrinseca illius naturæ, cuius est necessarium, & sic quælibet proprietas dicitur necessaria ab intrinseco, v. g. risibilitas, quia dimanat à principijs intrinsecis naturæ humanæ, dicitur necessaria homini ab intrinseco. Secundo potest aliquod dici necessarium ratione naturæ, quia ad illud dicit naturalem inclinationem, v. g. motus lapidis deorsum naturalis est, & necessario illi conuenit ab intrinseco, quia lapis naturaliter, & ratione suæ naturæ inclinatur ad talem motum.

3 Hoc notato. Sit Prima conclusio. Logica Artificialis non est hominibus necessaria ratione materiæ probatur; quia si Logica esset necessaria hominibus ratione materiæ, sequeretur, quod Logica esset etiam necessaria animalibus Brutis: quia materia eadem est essentialiter in omnibus compositis ex materia, & forma, (vt pro nunc supponimus, & infra loco ex professo monstrabimus.) hoc autem falsum esse, iam patet. 2. cõcl. Logica non est necessaria ratione materiæ.

4 Secunda conclusio. Logica non est necessaria hominibus ab intrinseco ratione formæ, ita vt consequatur formam hominis tanquam propria passio: hanc conclusionem probant maiori ex parte argumenta superius facta; 1. cõcl. Logica nõ est necessaria ratione formæ.

& vterius sic illa confirmatur. Logica artificialis conuenit hominibus nec in primo nec in secundo modo dicendi per se, ergo non est necessaria hominibus ab intrinseco ratione formæ matur, & consequentia certa sunt, probatur minor, quia si Logica artificialis conueniret homini per se hęc Prædicatio, (homo est Logica) esset in secundo modo dicendi per se: sed hęc prædicatio est omnino accidentalis, ergo &c.

5 Tertia conclusio, Inclinatio ad Logicam artificialem est necessaria hominibus ratione formæ. Hęc conclusio colligitur ex doctrina Arist. lib. 3. met. c. 3. vbi ait, quod omnis homo naturaliter scire desiderat, & ratione hic potest facile fundari. Quælibet propria passio hominis conuenit homini ab intrinseca ratione formæ: sed inclinatio ad Logicam est propria passio hominis, ergo &c. maior cum cõsequentia patet, probatur minor, quia inclinatio ad quascunque scientias est propria passio hominis, ergo etiam Inclinatio ad Logicam probatur hęc cõsequentia, quia Logica est medium simpliciter necessarium ad quascunque scientias acquirendas, (vt infra ostendemus:) sed quando medium est simpliciter necessarium, tunc eodem appetitu, quo appetitur finis, appetitur etiam & medium: ergo eadem inclinatione, qua homo inclinatur ad omnes scientias, inclinatur etiam ad Logicam, quę est medium ad illas: Argumentatio in contrarium probatur secundam nostram conclusionem.

6 Sed dices contra tertiam conclusionem. Inclinatio hominis ad Logicam non conuenit omni homini, ergo inclinatio ad Logicam non est necessaria ab intrinseco ratione formę; cõsequentia tenet probatur antecedens. Sunt multi homines barbari, qui de facto non habent inclinationem ad scientias, sed potius ipsas aspernantur. Respondetur eos homines, qui non habẽt inclinationem ad scientias, esse monstra in Genere intelligibilium; nos autem loquimur de hominibus, qui vniuersaliter habent inclinationem ad scientias; sicut ergo in genere physico reperitur aliquod monstrum, cui deest potẽtia generatiua, quę in omnibus hominibus est propria passio; vt Eunuchi: ita non est mirum, si in Genere intelligibilium sint aliqua monstra, quę inclinationem non habeant ad scientias.

Obiectio.

Solutio

AR-

## ARTICVLVS SECVNDVS

### V. Logica sit necessaria ab extrinseco?

EXtrinsecæ Causæ, vt suprà tetigimus, sunt duæ. 1. Efficiens, & finalis, sed quia necessarium respectu cuiuscunque finis aut effectus necessarij simpliciter vel secundùm quid & Logica ad alias scientias requisitas possit ita intelligi necessaria, vt debeat primo loco acquiri: ideò præsentem Articulum in sequentes dubitationes dividemus.

## ARTICVLI SECVNDI

### De Necessitate Logicæ propter causas extrinsecas

### Dubitationes Quatuor

*Dub. I.*

*V. Logica sit necessaria ratione causæ efficientis?*

*Dub. II.*

*V. Logica sit necessaria ad acquirendas alias scientias scientialiter quidem?*

*Dub. III.*

*V. ad argumenta alias scientias etiam imperfectè non Logica sit necessaria sine plicitèr?*

*Dub. IV.*

*V. Logica ita sit necessaria, vt sit primo adæquatè talis?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### V. Logica sit necessaria ratione causæ efficientis?

1 CAusa efficiens Logicæ est solus Intellectus humanus, quia solus intellectus humanus tradere potest artem demonstrandi, ad quam tota Logica est intenta, dum igitur quærimus, an Logica sit necessaria ratione causæ efficientis, sensus est, an posito intellectu humano, necessario sequatur Logica?

2 Cui dubitationi breviter respondemus cum communi communi consensu, Logicam non esse necessariam ratione causæ efficientis. Ratio est facilis, quia posito intellectu humano, non necessario sequitur Logica, ergo Logica non est necessaria ratione causæ efficientis, antecedens patet, quia Intellectus humanus non est determinatus ad Logicam ali-

Concl. Logica non est necessaria ratione causæ efficientis.

aliis omnis homo esset necessario Logicus, quia omnis homo eo ipso quo esset homo, haberet intellectum determinatum ad Logicam.

3 Sed dices Logica dicitur rationalis nō propter aliam causā nisi, quia & de actibus Rationis scilicet de operibus intellectus, vel de his, quæ per actus intellectus comparantur: sed intellectus cum sit potentia naturalis, est ita determinatus ad suos actus, vt posito intellecto, non possit non sequi vel simplex apprehensio, vel iudicium, vel discursus, vel aliquod aliud, constitutum per hos actus, ergo posito intellectu humano, necessario sequitur Logica, quæ tota est de actibus intellectus.

Obiect.

4 Respondetur. Adnotandō primū, duplicem esse Logicam, alteram naturalem, aliam artificialem: Naturalis est de actibus intellectus, quatenus à natura, & ab intellectu fiunt sine artificio, & regula: Artificialis vero est etiam de actibus rationis quatenus fiunt ab intellectu sub quadam ordinatione: & Artificio. Hoc adnotato, concedimus māiorem, ad mīnorem autem, eum distinctione respondēdum est: posito intellectu, ponuntur actus rationis arte facti, & regulati, neganda est minor. ponuntur actus rationis, vt a natura fiunt sine ordine, & regula, conceditur minor.

Logicalis ē necessaria tōne causę effectū.

## DVBITATIO SECVNDA

### *V. Logica sit necessaria tantum secundum quid ad alias scientias comparandas?*

1 PRima sententia est Cuiusdam sapientissimi Recentioris, cuius nōmen merito nunc tacetur; quia eius doctrinam, quam semper tenui fel, nunc reor impugnare. Asserit ergo hic Vir Doctissimus tria dicta, hisque tribus assertis putat se omnem evacuasse difficultatem. Primum Assertum est, Logicam non esse simpliciter necessariam ad alias scientias, quomodolibet acquirendas; alias dicere oporteret, Logicam esse etiam simpliciter necessariam, ad acquirendas scientias imperfecto modo, quod (vt ipse ait,) falsum est.

Sētētia cuiusdā Recētioris circa hāc materiā de Logica.

Secundum eiusdem Auctoris dictum est, nec Logicam esse necessariam secundum quid ad alias scientias,

im-

imperfectè modo acquirendas; quia ad hæc comparandam aliquam facultatem (ait ipse) sufficiens est lumen naturæ:

Ultimam assertum, quod in eius sententia, est velut conclusio principalis, duas continet partes. Prima est; quod Logica ell necessaria secundum quid ad acquirendas scientias simpliciter, & absolutè: sicut æquus secundum quid dicitur necessarius ad iter agendum, vt sic: secunda Pars ell, quod dicti facta hypothesi, quod quis cupiat commodè, suo labore, & facilè Romam ire per terram, & nō reperiatur curtus, neglectica, tūc necesse ell dicere, quod equus ille ell simpliciter necessarius, quasi nec eo Romam illo mō pergere non valeret: ita si quis cupit scientias perfectè, breuiter, & facilè adipisci, illi simpliciter Logica ell necessaria, quia sine illa non poterit scientias comparare = Sed Bellinzonadis inchoplibitatem horum dictorum; primo enim, quod ista sibi mutua contradictione non careant, contra doctrinam in tribus Assertis inclusam ergo &c. Vel per scientias imperfectas, seu imperfecto modo acquisitas, vel acquirendas, hic Doctor intelligit habitus scientificos, non dum plenè firmatos, & roboratos in intellectu: sed tantum genitos per vnam vel per duas, vel paucas conclusiones; qui propterea dicuntur qualitates facilè mobiles, & potius sunt dispositiones, quam habitus: vel per scientias imperfectas, seu imperfecto modo acquisitas, vel acquirendas intelligit quascunque rerum cognitiones, sine vlla demonstratione acquisitas: seu scientias in latissima significatione acceptas? Si per scientias imperfectas intelligatur hoc secundum, fateor quidem Logicam nec secundum quid necessariam esse ad scientias, imperfecto modo adipiscendas; cum solum sufficiat lumen naturæ; sed id in re præsenti impertinenter asseritur: cum nunquam hoc fuerit in dubium: si vero intelligatur primum; cum habitus scientificus quantumcunque imperfectus, vel genitus ex vna tantum conclusione, vel non plenè radicatus in subiecto, sit propriissime, & in rigore scientia: dicat nullatenus talis habitus potuit acquiri sine Demonstratione, quæ sola generat scientiam; ita nullo modo poterit adipisci sine Logica artificiali;

Sententia huius Doctoris explanatur.

quę

que sit, docet Artem demonstrandi, & per consequens Logica artificialis nō tantum secundum quid dicenda est necessaria ad hanc modi scientias, etiam imperfectum modo acquirendas, sed penitus simpliciter.

2 Et eadem fundamenta facile explicari potest sententia Rami in Quæstionibus Problematicis q. 1. cōclusa, sed de hac re latius in dubitatione sequenti.

## DVBITATIO TERTIA

### V. Logica sit simpliciter necessaria ad alias scientias, etiam imperfecto modo acquirendas?

1 NOstra Ægidiana in hac disceptata sententia est, ita Logicam esse simpliciter necessariam ad alias scientias, etiam imperfecto modo acquirēdas: vt nulla scientia quantumcumque imperfecta, (dummodo sit scientia, quæ debeat per demonstrationem acquiri) nec quoad paucas conclusiones, nec quidem quoad unam tantum possit sine Arte Logicæ adipisci: hæc conclusio est manifestè contraria non paucis Recentioribus; est tamen verissima, eamque docet planiès Ægidiana Prol. primi Phi., & expressius in dub. 4. lit. D. & E., & colligi etiam potest non obscurè ex his, quæ air dub. 12 lit. G. per totum dubium 13. probatur autem facilè, & communi ratione, sed quidem inexpugnabili. Nulla scientia quantumcumque imperfecta acquiri potest sine vera demonstratione: sed sola Logica præstat Artem demonstrandi; ergo nulla scientia quantumcunq; imperfecta acquiri potest sine arte Logicæ consequentia est legitima: minor ab omnibus conceditur: maior autem sic probatur, supponendo prius, quod per scientiam imperfectam, vel imperfecto modo acquisitam, vel acquirendam, non intelligimus quamcunque rei cognitionē sine per causas, sine per signa, sine ex propriis, sine ex communibus, quæ propterea dicitur scientia imperfecta, quia est scientiam latissima significatione etiam vt alibi dictum est, ad acquirendam scientiam hoc modo sumptam, quæ scilicet non est effectus demonstra-

tionis

Scientia Aegid. Logicē simpliciter necessariā ad alias scientias etiam imperfectō modo acquirēdas.

clonis, necessaria non est Ars rationalis, quæ doceat Artem demonstrandi; sed per scientiam imperfectam solum intelligimus habitum scientiæ, genitum ex paucis conclusionibus; qui habitus propterea dicitur scientia imperfecta, quia non est habitus benè firmatus, & radicatus in subjecto, nec inclinat intellectum ad omnes conclusiones talis scientiæ; est tamen in reliquis verissimè, & propriissimè scientia: cum sit notitia clara, & evidens per suas causas proprias, & immediatas, atque adeo per veram demonstrationem acquisita. Hoc supposito, probatur facile principalis mane. Scientia imperfecta in nostro sensu, in schola Ægidij non est illa scientia, quæ est per signa, vel per causas communes, & dicitur scientia in latissimâ significatione; sed est illa scientia, quam definit Arist. Primo Post. cap. 2. esseque notitia clara, & evidens, qua rem cognoscimus non per signa, sed per causas, non per communes, sed per proprias, non remotas, & quæ possunt aliter se habere; sed per proximas, & per necessarias: quæ scientia extenus dicitur imperfecta, quia non est benè radicata, & firmata in intellectu: sed hujusmodi scientia, hoc modo sumpta, est effectus solius Demonstrationis, ergo scientia quantumcunque imperfecta in sensu iam explicato, non potest acquiri sinè demonstratione, atque adeo nec potest haberi sine arte Logicæ, quæ sola præstat artem demonstrandi.

2 Sed contra positam nostram assertionem urgent nobis aliqua argumenta valde difficilia, quæ propterea nunc solvenda superfant. Primum argumentum desumitur ab Authoritate Ægidij, qui in Principio Prologi Primi Post. lit. A. habet hæc verba (*non est necessaria Logica propter res scitas: sed propter nostram modum sciendi, possunt enim res sciri absque Logica.*) Ergo Logica non est necessaria simpliciter ad scientias rerum. Respondetur, quod sinè Logica non possunt res sciri ab intellectu humano, qui cognoscit discurrendo; sed bene ab eo intellectu, qui non vitiatur discursu. Contra nostrā cōclusionē ob-jicitur primo. Solvitur 1. obiect.

3 Secundum Argumentū etiam desumitur ab Authoritate eiusdem Ægidij in eodem prologo primi Post. dub. 4. lit. E, vbi volens ostendere, propter quid sacræ

cessarium, Logicam tractare, sic ait (*Quia valde utile fuerat ad addiscendum, & intellectus noster naturaliter tanquam tabula rasa, & maxime propter ignorantiam, tam valde difficile est ei addiscere Logicam per se; & est etiam ei difficile addiscere alias scientias per se.*) Ex quibus verbis sic potest confici argumentum: quod è necessarium ad esse, nō è necessariū tripliciter: sed tm̄ dupliciter, scilicet quid sed Logica est necessaria tātum ad facile, ex Ægid. ergo non est necessaria ad esse, & simpliciter, sed tantum secundum, & secundum quid. Respondetur dupliciter. Primo explicando verba Ægidii. Ad 3. dū. ad 4. dū. Ad 3. dū. Est per Ægidium difficile intellectui nostro addiscere alias scientias naturaliter, & impropriè sumptas, concedo minorem, & sic scientiæ impropriè dictæ, quæ sunt notitiæ rerum non per causas proprias, &c. Possunt dici Logicæ saltem cum difficultate acquiri: sed loquendo de scientijs propriè dictis nō solum est difficile intellectui, illas sine Logica addiscere: sed quodammodo impossibile: quia ad acquirendas scientias propriè dictas debet intellectus per validam demonstrationem cōmuni-

quod sine Logica præstari non potest. Sed Respondetur secundo, & forte melius. Quod Artificialis Logica non solum est necessaria propter facilitatem addiscendi alias scientias: sed etiam propter possibilitatem; quod ipsemet Ægidius ibidem expressit, dicens (*Ergo propter possibilitatem, & facilitatem addiscendi, necesse fuit Logicam inuenire, ut non simul, quæreremus scientias & modum sciendi.*)

4 Tertium Argumentum. Nullus habitus naturalis dat- 3. Obj.
tur ad simpliciter Optandum, sed tantum ad melius: sed Logica artificialis est habitus naturalis; ergo Logica Artificialis non erit simpliciter necessaria ad scientias acquirendas, sed tantum se- Solutio
cundum quid. Respondetur, quod habitus naturales non dantur ad simpliciter optandum respecta potentiæ; quocunque modo considerate, & absolutè; Sed fiat simpliciter necessarij ad consequendum aliquid, quod essentialiter pendet ab operatione ipsorum habituum: & sic quamvis Logica non sit simpliciter necessaria veluti perficiendum intellectum humanum quomodolibet; potest tamen dici simpliciter nec-

ces-

cessaria ad consequutionem aliarum scientiarum, vel ad perficiendum intellectum humanum per habitus scientificos, qui essentialiter pendent à Demonstratione.

5 Quartum Argamentū. Logica nullo modo demonstrat, nec vlla vtitur demonstratione; ergo Logica non docet artem demonstrandi: ergo Logica non est simpliciter necessaria, antecedens est ita certum, sicuti certum est Logicam non differere de actibus rationis per terminos proprios, prima consequentia probatur, quoniam potest Logica præstare artem demonstrandi, si ipsa Logica non demonstrat, vltima consequētia sequitur, quia non propter aliud Logica dici posset necessaria simpliciter, nisi quia docet artem demonstrandi; Respondetur cum Ægidio in prol. Post. dub. 1. dic. 1. Quod sicut Ars fabrilis est circa ferrum, tanquam circa propriam materiam; ita Logica est circa actus rationis vel circa ea, quæ per hui⁹modi actus constituuntur, tanquam circa propriā materiam; & sicut spectat ad Artem fabrilem, versari circa omne ferrum, & fabricare quicquid ex ferro componitur: sic spectat ad Logicum, versari circa actus rationis, vel circa ea, quæ per huiusmodi actus constituuntur: non tamen Logicus vtetur omnibus actibus rationis, sicut nec faber vtitur omni Organo, facto ex ferro, & præcipue sicut faber fabricat Acum, quia hæc ex ferro est, non tamen vtitur Acu, quia hæc dura non scindit, quod pertinet ad fabrum, ita Logica fabricat quidem demonstrationem, quia hæc est actus rationis: non tū Logicus vtitur demonstratione, quia hæc per communia non procedit, sed per propria, Logicus autem differt ex communibus, vt satis vidimus in quæst. 1. art. 1. dub. 1. Logicus igitur non vtitur demonstratione, quia non habet terminos proprios: tradit tamen artem demonstrandi, quia Argumentaria est actus rationis; & propterea dicitur simpliciter necessaria ad scientias.

6 Quitū arg. Nō è sola Logica, q̄ tradit artē demōstrādi, ergo Logica non est necessaria simpliciter ad alias scientias: hæc probatur antecedens. Retorica etiam docet Artem syllogizandi, & demonstrandi, ergo non sola Logica est, quæ præstat artem demonstrandi; probatur iterum antecedens. Logica præ-

4. Obic.

Solutio Ægid.

Logic' cōtinet demonstrationē: ergo non vtitur.

f. nega.

stra artem demõstrandi, quia est de actibus rationis, & de his, quæ per huiusmodi actus constituuntur, & propterea vocatur ars rationalis: sed etiam Rhetorica est de actibus rationis, quia versatur circa ea, quæ rationis sunt, ergo etiam Rhetorica profitet artem demonstrandi. Præterea de Enthymemate, & exemplo determinat Logicus, & Rhetor, ergo etiam ad vtrumque spectabit, tradere artem de Demonstratione: probatur cõsequẽtia, quia ideo Logicus, & Rhetor determinant de Enthymemate, & exemplo, quia huiusmodi sunt actus rationis: sed etiam demonstratio est actus rationis, ergo ad vtrumque spectabit, docere artem demõstrandi. Respondetur cum Ægid in prolog. Post dub. 1 ad 1. H. I. & Quod nostrum intelligere est cum discursu: & quia non possumus habere scientias rerum, nisi per argumenta, & rationes, ideo oportuit inuenire artem ratiocinandi, & argumentandi; ne in arguendo possemus errare: quia tamen Rationes, & argumenta sunt applicabilia tam ad scientias speculatiuas, & subtiles: sed et ad Actibilia, & ad Artes practicas, & morales: ideo oportuit, quasi duplicem Dialecticam inuenire, vnam, quæ deseruiret artibus speculatiuis, & subtilibus: & hæc est Logica, aliam vero, quæ adiuuaret artes practicas, & morales: & hæc est Rhetorica, quæ propterea dicitur esse assecutiua Dialectica, quia est (inquit Ægidius) quædam grossa Dialectica. tradere ergo artem arguendi in artibus practicis, & moralibus vt in Politica, & Æthica, ad Rhetoricam spectat; sed præstare artem arguendi in scientijs speculatiuis, tantum spectat ad Logicam.

Rhetorica versatur circa practicas, & morales

7 Quia vero Artes practicæ, & morales, quibus Rhetorica seruit, procedunt superficialiter, & Typo, id est exemplariter, cognactus humani non cadunt sub vna regula, nec de his actibus, de quibus sunt tales scientiæ, possunt demonstrationes formari: propterea non spectabit ad Rhetoricam, tradere artem demonstrandi: scientiæ vero speculatiuæ, quibus Logica seruit, quia non procedunt exemplariter, sed potius demonstratiuè; ideo pertinet ad Logicam, præstare artem demonstrandi. Cum vero dicitur, quod & Rector ẽ Artifex rationalis, cũ agat de actibus rationis.

Sola Logica hit tradere artẽ demõstrandi.

Respon-

Respondetur, quod Rectorica est affectiua Dialecticæ; & cum deseruiat artib⁹ Practicis, & moralibus, non spectat ad ipsam, tradere artem de Omni argumentatione, sed solum determinabit de illis arguẽdi modis, per quos arguimus superficialiter, & typo, cuiusmodi sunt Enthymema, & exemplum: non autem Demonstratio, & Syllogismus.

Septima obiectio.

8 Septimam Argumentum. Ars demonstrandi præstantior ab alijs scientijs præter Logicam, ergo Logica non est simpliciter necessaria ad alias scientias acquirendas consequentia sequitur, quia si Logica esset simpliciter necessaria, maxime quia sola præstaret artem demonstrandi, probatur modo antecedens: sicut fabricando fabri fimus, & citharizando, artem discimus citharizandi: ita demonstrando addiscimus demonstrare: sed in alijs scientijs præter Logicam demonstramus, ergo in alijs Scientijs præter Logicam artem addiscimus demonstrandi: Respondetur. aduertendo prius quæ tenet Ægidij doctrinam in Prol. post dub. 13. litt. m. quod sint valde diuersa, tradere artem demonstrandi, & demonstrare: Artifex enim, qui demonstrat, necesse est vtatur terminis proprijs, cum communia nulla sit demonstratio: ast qui docet artem demonstrandi, necesse est, vtatur terminis communibus; quia qui docet artem demonstrandi, se extendere debet ad omnem demõstrationem, qui autem docet omnem demõstrationem, necesse est, vtatur terminis communibus cuilibet demonstrationi; atq; adeo incõpossibilia sunt hæc duo, demonstrare, & tradere artem demonstrandi.

Notandi ligenter

9 Et vt rem illustremus exẽplo, Not. est, quod sicuti aliquis artifex, v. g. faber construit aliqua instrumenta, nempe Vomerem, & Acumen, sed his non vtitur; & alius artifex s. Agricola, & Sutor vtitur illis instrumentis, sed ea nõ fabricat alius tandem Artifex nimirum calcearius nec fabricat dicta instrumẽta, nec eisdem vtitur sic etiam nec demonstrationem dicẽdũ est, quod Aliquis Artifex Logices tradit artem demõstrandi, sed tamen demõstratione non vtitur: Alius Artifex vero vtcunque Artifex specialis, sicut est Arithmeticus, Geometricus, &c. demonstratione vtitur, sed artem demonstrandi non docet; ab⁹ tandem artifex est: vt Methaphysicus, qui nec docet artem demonstrandi, nec mi-

Artifex Logices tradit artẽ demõstrãdi sed demõstratione non vtitur.

Artifex realiſpecialis vti demõſtratione, ſed nõ docet demõſtrare.

minus vtitur demonſtratione: Ratio autem quare ſolus Logicus habet tradere artem demonſtrandi eſt, quia cum demonſtratio pertineat ad actus rationis, non ad aliumſpectare poteſt, docere artem demonſtrandi niſi ad artificem rationalem: ſicuti eiden ſolus faber habet conſtruere organa ferrea, quia ſolus ipſe eſt qui verſatur circa materiam ferream. Artifex igitur Rationalis cuiuſmodi eſt Logicus, tradit artem demonſtrandi: ſed ipſe demõſtratione non vtitur, cum nõ proceedat ex propriis: Artifex vero realis ſpecialis cuiuſmodi eſt Geometricus Arithmeticus, &c. demonſtratione vtitur, cum proceedat ex propriis: ſed artem demonſtrandi non docet, cum non proceedat per communia: Artifex tandem realis communis cuiuſmodi eſt Methaphyſicus, nec artem tradit demonſtrandi: nec propriè vtitur demõſtrationem non tradit artem demonſtrandi, quia hic Artifex non eſt Rationalis, ſed realis, nec minus vtitur propriè demonſtratione, quia hic Artifex eſt communis, per communia autem nulla eſt demonſtratio, nili reſtimus admittere demonſtrationem latè, pro omni certa cognitione, quæ maximè competit

Artifex methaphyſicus nec docet demõſtrare nec tradi tur artẽ demõſtrandi.

methaphyſico, nam Methaphyſicus propriè non demõſtrat; ſed potius ad eum pertinet declarare quidditates, & rerum eſſentias. Placuit hanc Ægidii doctrinam ſic propinias adnotare, quia pulcra eſt, & ſatis digniſſima, & per hanc patere poteſt ad Argumentum Solutio.

10 Octauum Argumentum. poteſt aliquis ſolo lumine naturali aſſentiri veritati premiſſarum: ſed etiam bonitati conſequentiæ, ergo ſolo lumine naturali poteſt habere aliquem aſſenſum ſcientificum, ergo Logica non eſt neceſſaria ſimpliciter ad ſcientias capeſcendas, antecedens quo ad primam partem patet, quia cum premiſſæ ſint prima principia, ſunt cognita lumine naturali, probatur idem antecedens quoad ſecundam partem. Bonitas conſequentiæ, v.g. de Barbara non eſt demonſtrabilis per aliam conſequentiam certiorem, ergo poteſt aliquis ſolo lumine naturali aſſentiri veritati conſequentiæ: Reſpondetur negando antecedens quo ad ſecundam partem; ad cuius probationem diſtinguo antecedens; Bonitas conſequẽtiæ de Barbara non eſt demõſtrabilis per aliam conſequẽtiam certiorem ratione formæ,

Octauum obiectio

Solutio

mx, concedo antecedens, ratione materiæ, nego antecedens. potest enim bonitas consequentiæ de Barbara demonstrari per principia notiora, & magis ſpecifica, quæ ſunt dici de omni, & dici de nullo, hoc pacto, Omnis consequentia de omni ex bonitate bona consequentia: omnis consequentia de Barbara ex bonitate est bona, ecce quomodo bonitas consequentiæ de Barbara probatur per alia principia ſunt notiora ratione materiæ.

Instia. difficilis

11 Sed contra datam Responsionem potest amplius dici urgeri, Bonitas huius vltimæ consequentiæ, qua probatur bonitas de Barbara, non potest demonstrari per aliam consequentiam certò rem nec ratione materiæ, nec ratione formæ; ergò hæc bonitas vltimæ consequentiæ potest cognosci solo lumine naturali; antecedens patet, quia si talis bonitas consequentiæ esset demonstrabilis per aliq; consequentiã certiorem, saltem ratione materiæ; dare tur processus in infinitum, cõsequens vero probatur; quia ideo bonitas consequentiæ de barbara non cognoscitur lumine naturali, quia potest demonstrari per aliam notiorem saltem ratione materiæ, sed hæc vltima consequentia non est demonstrabilis per aliam, vt iam visum est, ergo potest cognosci solo lumine naturali. Respondetur, quod solo lumine naturæ tantum possumus cognoscere bonitatem consequentiæ illius Syllogismi, in quo continentur prima principia omnium Syllogismorum, & dici de omni, & dici de nullo, & quia Syllogizando, addiscimus Syllogizare; sicut statizando, addiscimus statizare; per exercitium illius primi Syllogismi, addiscimus artem syllogizandi, quæ est ipsa Logica: illa autem notitia, quæ lumine naturali acquirimus de bonitate illius primi Syllogismi, non potest dici propriè scientia; cum non sit notitia per suas causas proprias, & immediatas: sed potest dici quædam ratio infallibilis, quæ procedit per communia, & non generat scientiam, sed tantum modum sciendi.

Solutio ad instantiam.

12 Nonum Argumentum, si Logica esset Necessaria simpliciter ad alias scientias, sequeretur, quod ad acquirendam Logicam, esset necessaria simpliciter alia Logica, cum ipsa quædam scientia sit; & ad illam aliam acquiren-

rendam. esset necessaria alia
9. Obic. Logica, & sic esset processus in infinitum: vel si potest acquiri Logica sine alia præuia Logica, etiam possunt acquiri aliæ scientiæ sine arte Logicæ. Hoc argumentum viget non parum illos, qui defendunt, Logicam esse propriè, & in rigore scientiã.

11 Sed in Schola Ægidij, quæ defendit. Logicam non esse propriè scientiam: sed modum sciendi: Respondetur, non esse eandem rationem de alijs scientijs, & de Logica: nam aliæ scientiæ
Solutio necessario debent præsupponere veram demonstrationem, sinè qua nulla potest dari vera scientia: & quia Demonstratio etiam necessario debet præsupponere artem demonstrandi: cum nemo possit demonstrare, nisi prius sciat regulas demõstrationis; ideo ad acquirendas alias scientias, necessario simpliciter præsupponẽda est Logica: quia ipsa sola est, quæ tradit artem demõstrandi: Ast ipsa Logica propriè, & in rigore non est scientia: sed modus sciendi vt pluries visum est, & ideo non est necesse, quod præsupponat Demõstrationẽ: sed sufficit quod præsupponat tm̃ modo illum syllogismum, in quo continẽtur vniuersalia principia omnium syllogismorũ. Dici de omni, & dici de nullo, & quia syllogizando, addiscimus syllogizare, sicut citarizando, addiscimus citarizare; ideo per exercitium illius Prioris syllogismi acquirimus artem syllogizandi, quæ est ipsa Logica.

14 Sed contra hoc viget satis hoc vltimum Argumentum; Sicut fabricando fabricamus, & citarizando, artem addiscimus citarizandi; ita syllogizando, addiscimus artem syllogizandi: sed in omnibus alijs scientijs præter Logicam possumus syllogizare, quia omnes aliæ scientiæ syllogizant, ergo syllogizando in alijs scientijs, possumus artem syllogizandi addiscere: ergo sine ipsa Logica tam potest haberi ars syllogistica, per solam syllogizationem in alijs scientijs: ergo ad alias scientias comparandas Logica non est dicenda simpliciter necessaria. Vltima Obiec.

15 Respondet cum Ægidio in Prolog. Post. dub. 4. lit. E. quod licet syllogizando etiam in alijs scientijs, artem addiscamus syllogizandi; eo tamen non obstante, adhuc necesse fuit Logicam inuenire simpliciter, quia licet aliæ scientiæ materiam tradant demonstrandi, & syl-

logi-

logizandi solatamen Logica est, quæ præstat formam, docetque Syllogismum in sua principia resolvere, & ideo inquit Ægidius. Quod ad complementum Artis Syllogistica necessarium sunt simpliciter, Logicam intenire.

## DVBITATIO VLTIMA

### V. Logica secundum se totam ita sit simpliciter necessaria ad alias scientias, vt primo & ante omnes alias sit addiscenda?

1. Probabiliter obiecti Logica præstat maximam necessitatem dubitandi: nam illa facultas est primo addiscenda, cuius obiectum est nobilius, sed inter omnia Obiecta Artium, & Scientiarum nullum est nobilius Syllogismo, vel obiecto Logicæ, ergo hæc ars non est primo, & ante alias scientias addiscenda. Deinde spectato ordine doctrinæ, quem ex natura sua sequuntur inter se omnes Artes, Principatum tenet Methaphysica, tanquã Ars communis, quæ supra omnes artes speciales se elevat, atque dignitate præcellit: ergo Methaphysica est prius addiscenda.

2. Rursus sicut se habet obiectum vnius artis ad obiectum alterius: ita se habet vna ars ad aliam: sed obiectum artis Rationalis, & Logicæ est posterius quocunque obiecto aliarum artium, ergo ipsa Logica erit posterior quacunque alia arte: maior, & consequentia sunt vera: probatur minor, quia Ens rationis, vel secunda intentio est posterior Ente reali: sed Obiectum Logicæ est actus rationis: obiecta vera aliarum scientiarum sunt entia realia: ergo Obiectum Logicæ est posterius quocunque obiecto aliarum scientiarum. Tandem est vulgatissimum axioma, quod à facilioribus est inchoandum: sed Logica est Ars omnium difficillima, ergo non est ab ea inchoãdũ.

3. Pro huius tamen Dubitationis explicatione id maximè est notandum, quod docet Ægid. in primo Sent. dist. 14. princ. 2. q. 3. & in 2. princ. 3. dist. 3. q. 3. art. 3. in solutione dub. 2. Quod A. Vnum potest esse prius alio dupliciter, primo ordine duplicitertaliqd. post dici prius.

1.ordine necessitatis.

Generationis, & acquisitionis secundo ordine dignitatis. Illud est prius generatione & acquisitione, quod est prius secundum Ordinem naturæ, & necessitatis, vt in Generatione hominis Forma Embryonis est prior ordine naturæ, & acquisitionis, quam forma rationalis, & vniuersaliter media semper sunt Priora ordine acquisitionis ipso fine; illud vero dicitur Prius ordine dignitatis, quod est alijs nobilius: vt anima rationalis est prior dignitate omni alia forma.

2.ordine dignitatis.

4 Hoc adnotato, Nostra Sententia est, Logicam ordine acquisitionis esse Primam omnibus alijs scientijs, & propterea esse ante omnes alias acquirendam ita D. Th. in prol. Post. & etiam in Prol. Priorum, & communiter consentiunt omnes Doctores: probatur autem illa facile, quia Media semper sunt prioria ordine acquisitionis ipso fine: sed Logica est medium & via ad omnes scientias, ergo Logica est prior ordine acquisitionis alijs scientijs, maior patet: quia nisi quis haberet media ad finem, consequi non posset vllo pacto finem: minor vero probatur, quia modus sciendi est via ad scientias; sed Logica est modus sciendi, vt ex alibi dictis supponimus cum Egidio, ergo Logica est medium, & via ad alias scientias.

5 Et confirmatur primo, quia omnis scientia præsupponit veram demonstrationem sine qua nulla est scientia; sed demonstratio præsupponit etiam artem demonstrandi, quia nullus potest demonstrare, qui prius non habeat artem demonstrandi: ergo cum hanc artem sola Logica præstet; sequitur, quod ipsa Logica est primo, & ante omnes alias scientias addiscenda.

6 Ad Rationes dubitandi non est difficile respondere. Ad primam negatur maior, quod illud sit primo addiscendum, cuius obiectum est nobilius; nam prioritas acquisitionis non sumitur ex dignitate Obiecti, sed ex maiori rei necessitate; & quia Logica, vt supra vidimus, est necessaria simpliciter ordine acquisitionis ad alias scientias; ideo dicimus, Logicam esse addiscendam ante omnes alias scientias. Ad secundam Respondetur, verum esse, quod Methaphysica sit Prior omni alia scientia, spectato ordine dignitatis, & ordine doctrinæ, quem seruant artes inter se; sed ordine acquisitionis dicimus totam

eccle-

e contra; esse ipsam Logicam, quacunque alia scientia priorem: & propterea nos, qui necessarium ducimus explicandi primam Philosophiam scilicet Methaphysicam; iam incepimus ab explicatione Artis Rationalis, quæ est Logica. Ad 1. etiam Respondetur, quod prioritas, & posterioritas obiectorum in scientijs solum modo arguit prioritatem, & posterioritatem dignitatis, non vero necessitatis, & acquisitionis; & ideo ex hoc, quod obiectum Logicæ sit posterius obiectis aliarum scientiarum, tantum sequitur, ipsam Logicam esse posteriorem alijs scientijs ordine dignitatis: sed si attendamus ordinem acquisitionis, & necessitatis, procul dubio prior est ipsa Logica quacunque alia scientia, & ideo ante omnes alias est addiscenda.

7 Ad vltimam Respondetur, distinguendo maiorem, & facilioribus est inciendum, quando non urget necessitas, concedo maiorem: modo quæ mihi Logica sit omnium artium difficillima: tamen quia est modus sciendi, & quatenus est modus sciendi, est via, & medium simpliciter necessarium ad acquisitionem aliarum scientiarum: ideo urget necessitas, vt ab ea sumamus Initium. & hæc dicta sufficiant pro completa explicatione Disputationis Prohemialis de Natura, & Attributis Logicæ.

P 2 DIS-

# SECVNDA DISPVTATIO DE ENTE RATIONIS, SECVNDISQ; INTENtionibus.

HABITA notitia Operum Intellectus; & Cognitis natura, & attributis Logicæ: facile nunc aggredi poterimus secundam de Entibus Rationis Disputationem, ac de secundis Intentionibus (De Quibus Antiquissimi nostri Patres, præsertim Fundamentalis Aegidius pauca dixere: Recentiores vero totum è cœtra tus hodie in Scholis de huiusmodi Entibus excitant controversias) vt huic temporibus vix aliud in tota Logica disputetur, quam de Ente Rationis. Nos igitur, qui Ordinem Aegidianæ Scholæ intendimus perlustrare, ipsumque ad nouam Methodum reducere, totam hanc de Entibus Rationis disputationem in quatuor sequentes quæstiones dividemus.

DISPVTATIONIS Secundæ

*De Ente Rationis Quædam Præfatio, & Quatuor Quæstiones.*

*Præfatio ad Quæstiones. De Entibus Rationis.*

*Quæst. I.*
*De Existentia Entium Rationis.*

*Quæst. II.*
*De Essentia Eorumdem Entium.*

*Quæst. III.*
*De Diuisione Entium rationis.*

*Quæst. IV.*
*De Causis Entium rationis.*

PRÆ-

## PRÆFATIO AD Quæstiones.

### *Quid nomine Entium Rationis, secundariumque Intentionum Intelligatur?*

1 DVplici Notando Hæc Præfatio explicabitur, & absolvetur. Primo Declarabitur, quid intelligendum sit nomine Entis Rationis? Secundo Quid sit Prima, vel secunda Intentio? Notandum igitur Primo, quod Ens Rationis in tota sua latitudine sumptum, est omne id, quod aliquo modo dicit ordinem ad Rationem: per Rationem autem vnanimiter omnes intelligunt Intellectum, qui etiam dicitur ratio: vnde idem est dicere Ens Rationis, ac dicere Ens Intellectus, seu Ens, causatum ab Intellectu. Quia vero potest aliquid multipliciter dicere ordinem ad Intellectum: ideo multipliciter etiam potest aliquod dici Ens Rationis. Primo potest aliquid dicere Ordinem ad Intellectum tanquam id, quod producitur directè, & tanquam effectus ab ipsomet Intellectu; vnde Verbum mentis seu ipsa intellectio, vel notitia, quam exprimit Intellectus, dum intelligit, potest dici Ens rationis; quia propriè est effectus potentiæ Rationalis: & verum ordinem dicit ad ipsum Intellectum, qui est Ratio.

2 Secundo dicit nullum ad Rationem quicquid est subjectivè in illa, & ab ea inhæret, tanquam Accidens in subjecto; & in hoc ipso omnes habitus intellectuales, Omnesque eiusdem Intellectus actiones Entia Rationis dici possunt seu Entia Intellectus subjectiva.

3 Tertio dicit ordinem ad Intellectum cuiuslibet objecti species intelligibilis, quæ dum objicitur ipsi potentiæ Intellectivæ, ad hoc vt cognoscatur, Ens rationis dici potest, vt species hominis, Leonis, &c. Sed hæc nisi dicta quatenus causatur ab Intellectu, & dependentiam habeant in suo esse à Ratione; propriè tamen, & in rigore Entia Rationis dicenda non sunt, pro eo Ens Rationis eò distinguitur ab Ente Reali: quia cum hæc omnia habeat esse subjectivum, seu inhæsivum in Intellectu, qui

Species intelligibiles dici possunt entia rationis.

qui est potentia Realis, propter hanc Rationem magis propriè dicenda sunt Entia realia intentionalia, quam Entia Rationis.

Propria acceptio entis rationis.

4 Quarto, & vltimo dicie ordinem ad intellectum omne id, quod ita causatur ab intellectu, vt in ipso intellectu habeat esse subiectiuum; sed tantummodo sit in intellectu obiectiue, quatenus se tenet ex parte obiecti, & hoc propriè dicitur Ens rationis, contradistinctum ab Ente Reali: & de hoc erit tota disputatio praesens: Sed quia potest aliquod dupliciter causari ab intellectu; & in intellectu non habere aliud esse, quam obiectiuum, vel scilicet tanquam Prima intentio, vel tanquam intentio secunda; ideo explicandum est, quid sit intentio Prima, & quid sit intentio secunda? & an Vtraque sit in Rigore Ens Rationis?

Actus intellectus ratione cuius intentio formalis

5 Propter quod. Notandum secundo, quod per intentionem hic non intelligimus actum voluntatis, quo tenditur in finem, neque intelligimus ipsum finem, qui solet etiam intentio vocupari: sed solum intelligimus vel actionem ipsius intellectus, quae dicitur intellectio; vel etiam ipsum obiectum, ad quod talis intellectio tendit: vtrumque sciatur, quando intentio significat intellectionem: & quando obiectum: adiungimus Doctores hos terminos, Ly formale; & Ly obiectiuum: intellectio ipsa, quae est actio, vel actus intellectus, dicitur intentio, siue conceptus, sine notio formalis: vel subiectiua, quae omnia idem sunt, dicitur formalis, quia ipsa intellectio se habet vt forma respectu intellectus. Denominans ipsum, actu intelligentem: dicitur etiam intentio subiectiua; quia cum sit Actio immanens, subiectatur in ipso met intellectu. At ipsa res intellecta, siue obiectum ipsum cognitum, dicitur intentio obiectiua, siue Notio, siue conceptus obiectiuus.

6 Et vtraque intentio tam scilicet formalis, quam obiectiua, adhuc est duplex, altera dicitur prima, alia est secunda, iuxta duplicem modum cognoscendi, quem habet intellectus, nolle enim vel noster intellectus cognoscit rem actu directo, seu (vt verbis vtamur Philosophi,) actu extenso, ita vt huic apprehensioni, seu conceptui correspondeat immediatum fundamentum in re extra; & tunc illa cognitio dire-

directa, dicitur prima intentio formalis: Res vero sic directè cognita, dicitur prima intentio obiectiua: Vel idem intellectus cognoscit Rem actu reflexo, ita vt tali apprehensioni nō correspōdeat immediatū fundamētū in re sed talis apprehensionis reflexæ immediatum fundamētum sit ipsa Prima intentio obiectiua, quæ est in anima; & fundamentum remotum, ac mediatum sit Res extra animam: & tunc ipsa cognitio Reflexa, seu conceptus indirectus dicitur secunda intentio formalis; res vero apprehensa, & cognita per talem cognitionem reflexā, dicitur secunda intētio obiectiua.

Explicantur dicta in Practicis.

7 Concludimus ergo, quod Nomine Entis rationis propriè, & stricte aliud cōprehendum est, nihilud, quod ratione causatur, & dependet ab intellectu; vt præter esse obiectiuum, nullum aliud habeat esse. Per intentiones vero tam formales, quam obiectiuas hoc intelligendum est, videlicet, quādo intellectus cognoscit aliquod obiectum directè, seu cum per primam cognitionem fertur in ipsam rem secundum esse essentiæ: tunc ipsa cognitio directa dicitur prima intentio formalis; esse vero Rei cognitæ secundum suam essentiam, dicitur prima intentio obiectiua. Quādo vero idem intellectus reflectit se supra id, quod cognouit, & videns, quod illud est multis cōcepto quā rationem vocat illud Vniuersale, vel prædicabile, &c. Tunc illa cognitio indirecta seu reflexa dicitur secunda intentio formalis; illa vero attributa, quæ ingenij nostri subtilitate perquiruntur, dicūtur secundæ intentiones obiectiuæ. Vtraque intentio formalis tam scilicet directa, quam reflexa propriè est Ens Reale intentionale, quia vtraque habet esse subiectiuum, vel inhærens in subiecto Reali, scilicet in intellectu. De Prima intentione obiectiua dicemus infra quæst. 3. huius disput. 1. dub. 1. quod in aliquo sensu ita est Ens rationis, vt distinguatur ab Ente Reali; quia nimirū causatur ab intellectu per actum intelligēdi, & præter esse obiectiuum, quod habet in intellectu, nullum aliud habere esse: potest autem in alio sensu dici conceptus Realis contradistinguendus ab Entis rationis, quia eius apprehensioni immediate correspondet Res ad extra; quilibet Prima intentio ita habet esse in ani-

anima, vt in suo genere habeat esse potissimum. De secunda denique intentione obiectiua dicemus, quod propriissimè, & in omni rigore est Ens rationis, contradistinctum omnino ab Ente Reali: quia secunda intentio obiectiua non habet immediatum fundamentum in re, sed tantum in anima, & præter esse obiectiuum, quod habet in Ratione nullum prorsus aliud habet esse.

8 Sed Petes, sunt ne omnino idē Ens Rationis, & secunda intentio obiectiua? Vel distinguuntur? Respondetur, distingui tanquam excedens, & excessum; quia licet omnis secunda intentio obiectiua sit Ens rationis = non tamen econtra, Omne Ens Rationis est secunda intentio obiectiua, vt in 3. quæst. huius disputationis latius ostendemus.

Ens Rationis quomodo sit secunda intentio. Ens Rationis quomodo distinguatur.

Sed habita notitia, quid intelligendum sit per Ens rationis, & per secundas intentiones, Nunc ad quæstiones de Entibus Rationis accedamus.

(1†:)

## QVÆSTIO PRIMA.

### De existentia Entium Rationis.

DVm Quærimus existentiam Entium Rationis; idem est, ac si petamus, an Entia Rationis habeāt Principia sui esse? Et propterea præsentem Quæstionē vnica sequenti Articulo persoluemus.

## QVÆSTIONIS PRIMÆ

### De existentia Entium Rationis

## ARTICVLVS VNICVS

### An Entia Rationis habeant principia sui esse?

CVm Entia Rationis sint Entia intellectus: & huiusmodi Entia habent esse, & existere, maximè per cognitionem intellectus: vnde idem est quærere, an Entia Rationis habeant Principia sui esse; ac inquirere, an Entia rationis habeant Principia, vnde possint per cognitionem produci. Et

can-

causarit? Quoniam autem Principia cognitionis, vel sit tenentur ex parte rei cognitæ; vel ex parte potentiæ cognoscentis; vel sit habentur ex utrisque cognitionis; ideo præsentem Articulum in tres sequentes dubitationes dividemus.

---

## ARTICVLI VNICI

### *De Principijs unde possint existere Entia Rationis*

*Dubitationes tres.*

*Dub. I.*
*An Entia Rationis ex parte sua habeant speciem, per quam possint causari, & existere?*

*Dub. II.*
*An ex parte Potentiæ cognoscentis sit virtus productiva Entium Rationis?*

*Dub. III.*
*An existentia Entium Rationis sit propter aliquid admittenda?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### *An Entia Rationis ex parte sua habeant speciem, per quam possint causari, & existere?*

1 HOc est primum extremum, ex quo solet oriri ratio dubitandi. An Entia Rationis debeant admitti; nam non videtur, quomodo ea possint causari, cùm ex parte sua nullam habeãt speciem; quæ simul cum potentia cognoscente possit concurrere ad actualem eorum productionem. Et ut appareat tota vis difficultatis, potest primò sic argumentari. Entia rationis non possunt actu cognosci, quia nullam propriam speciem habent, cum nullum habeant esse à parte rei: nec dici potest, quod eadem Entia cognosci possint per speciem alienam, scilicet per speciē Entis Realis; nam homo nullo modo potest cognosci per speciem asini; ergo Ens Rationis nullo modo potest cognosci

Rō dubitandi.

quod per speciem Entis Realis. Antecedēs euincitur ab omnibus, probatur consequentia. maior similitudo est inter hominem, & equum in ratione obiecti, quam inter Ens Reale, & Rationis: nam hæc æquus ambo sunt Entia Realia, & sunt ambo sub eodem prædicamento; quod non haberet Ens Reale, & Rationis:

3 Sed antequam diligentiæ: Quod Ens rationis ita. Quod rigore loquendi est Ens intellectum, id est Ens productum, & causatum ab intellectu, sive per actum directum, sive per actum reflexum: ex quo sequitur, quod Ens rationis non præsupponitur ad actum intelligendi; nam si præsupponeretur, & præcederet intellectionem, non esset Ens Rationis; quod si non præcedit actum intelligendi, dici non potest, quod sit Phantasma materiale; nec minus dici potest intelligibile in potentia: nā si esset intelligibile in potētia, pro aliqō residentiam haberet in Phantasia; & sic esset Phantasma materiale, posseque dici intelligibile ante actualem cognitionem: ac proinde non esset Ens Rationis, seu Ens causatum à Ratione, sed potius esset Ens Reale.

Ens rōnis non præsupponitur ad actū intelligendi.

4 Et hæc est ponderatio, ab quam Antipodes nostri Deantes non excitarunt hanc quæstionem, an scilicet Entia rationis cognoscantur per propriam speciē vel per speciem alienam? Nam supposito, quod Ens Rationis sit Ens intellectum, idest Ens causatum, & positum in esse per actum intelligēdi, duo necessario sequuntur primo, quòd Ens Rōnis nō cōcurrit nec possit, nec per speciem ad actum intelligendi: sed ita cōstituatur in esse tui actus intellectionis, ut simul, & semel terminans actum intelligendi, dicat existentiam: nec prius habeat esse formalitatis aliquālis, quā terminet intellectionem, nec prius terminat intellectionem, & postea existit.

Ens rōnis nō cognoscitur per propriā speciē, sed per alienam.

4 Sequitur secundo: quod Ens Rationis in omni rigore loquendi non est proprie intelligibile, quia id proprie est intelligibile, quod est, vel esse potest aliquo modo obiectum intellectus: cum igitur Ens Rationis non sit, nec esse possit ullo modo obiectum intellectus, sed tantum sit quodam esse, quod se tenet ex parte obiecti intellectus, quatenus per actum intelligendi tribuitur ab intellectu obiecto intelligibili; ideo Ens Rationis pro-

Ens rōnis nō est intelligibile: sed est quidē obiectū intelligibile.

propriè. & in rigore non posse dici intelligibile, non quidem remotè, quia non est Phantasma materiale, nec minus proximè; cum non sit id, quod objicitur intellectui.

Ens Rationis non dicit intelligibile ex remotè.

5 Bene verum est, quod Ens Rationis dicit potest intelligibile, vel quia se tenet ex parte obiecti intelligibilis, vel saltem extrinsecè eo modo, quo creatura dicitur creabilis, non per potentiã, quæ sit in ipsa creatura: cum ipsa ante actualem creationem nullo modo sit: sed per potentiam, quæ est in Deo creante: ita prorsus Ens rationis dici potest intelligibile non per potentiam, quæ sit in ipso, cum ante actualem cognitionem nõ sit formaliter: sed per potentiam in Intellectu intelligente. Et licet Ens rationis habeat esse obiectivum in intellectu, quod idem est, ac cognosci: vnde posset quis inferre, q Ens Rationis est cognoscibile, seu est Aliud, cuius esse est cognosci: tamen quomodocunque sit intelligendum? in sequenti quæstione actum de quiditate eiusdem Entis Rationis, expresso declarabitur.

Conclusio probatur.

6 Nunc Et nostra conclusio. Entia Rationis quantum est ex parte sua non indigent specie, vt per eam intellectus possunt in esse & existere. Hæc Assertio debet esse certissima in omnium sententia: cuius veritas manifestius constabit ex dicendis, pro nunc tamẽ sic facile probatur. Ens Rationis non est Phantasma materiale, eum ante actualem cognitionem non sit; nec est propriè intelligibile, cum non sit obiectum intellectus: licet possit dici intelligibile extrinsecè; ergo ad constituendum Ens Rationis in suo esse per actum intelligendi, nulla species est necessaria ex parte Entis Rationis; probatur consequentia, quia tunc solum est necessaria species, quando obiectum vel est Phantasma materiale, vel ita intelligibile, vt per se ipsum non possit causare sui ipsius intellectionem. Et per hæc patet ad rationem dubitandi.

7 Et qui negant dari Entia Rationis, si loquantur in hoc sensu, non sunt penitus abijciendi, vt non ista clarius.

## DVBITATIO SECVNDA

### An Entia Rationis ex parte potentiæ cognoscentis habeant, vnde possint causari, & existere?

1 SEnsus est, an Potentia cognoscitiua ex parte sua habeat vim dandi esse Entibus Rationis? Et hæc potest esse alia ratio dubitãdi difficilior præcedente, propter quam Entia Rationis nõ videntur admittenda.

Rõnes dubitã.

nulla potentia præstat existentiam suo obiecto: ergo nec potentia cognoscitiua potest habere vim causandi Ens, quod est obiectum intellectus, nec minus dandi esse seu existentiam Entibus Rationis: consequentia sequitur à paritate rationis: ans autem præterquam quod est omnibus notum, potest sic amplius suaderi. Quælibet potentia debet supponere suum obiectum, ergo nulla potentia potest præstare existentiam suo obiecto.

1 Rursus Prima intentio formalis non est factiua essentiæ, nec tribuit esse suo obiecto, quod directe apprehendimus: ergo nec secunda intentio formalis eiusdem intellectus poterit esse productiua, & factiua alicuius esse, quod tribuatur secundæ intentioni obiectiuæ consequentia tenet, quia sicut se habet prima intentio formalis ad primã intentionem obiectiuam, ita se hãt secunda intẽtio formalis ad secundã obiectiuam: ans autem est manifestum, quia prima intentio obiectiua est conceptus Realis, habens esse potissimum, cui immediate correspondet a parte rei esse Reale: ergo prima Intentio formalis non præstat aliquod esse rationis primæ intentioni obiectiuæ.

3 Hæc difficultas maior est præcedente: sed ad illam plenè euacuandam, notandum, quod intellectus noster est pura potentia in genere intelligibilium: vnde extat illud Aristotelicum Axioma, quod intellectus noster est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum: idque Ægidius satis docte declarat in quolib. 2. q. 13. vbi ostendit, ideo intellectum humanum esse puram potentiam in genere

Ægidius citatus valde notãdus

in-

Intelligibilium, quia Anima humana est vnita corpori sensibili, & secundum esse facit cum eo vnum per se: vnde tenet infimum locum in genere Intelligibilium, & si non esset infima in tali genere: tunc inordinatum esset vniuersum, quia cum intelligibilia sint supra sensibilia: & Anima propter vnionem cum corpore sensibili, sit supremum sensibile, debet necessario esse infimum Intelligibile, iuxta illam regulam D. Dionysij cap. 7. de Diuinis Nominibus, vbi loquens de Ordine vniuersi ait quod *Diuina Prouidentia finem Priorum contingit ratione principijs posteriorum*; idest fines supremorum coniungit supremis infimorum: Quod ergo est supremum sensibile, est infimum intelligibile: & quia Anima humana propter vnionem cum corpore sensibili est supremum sensibile, est infimum intelligibile, seu pura pótia in genere intelligibilium.

4 Ex hoc autem (quod est precipuum fundamentum in præsenti materia) plura inferemus, quæ sygillatim sunt expendenda cum in præsenti disputatione de Ente Rationis, tum etiam in sequentibus: sed præsertim obiiciimus primo dubitationem

Præsentem; quod si Intellectus noster cognosceret res, aliter quam sunt, ut si Intellectus noster cognoscit res, non secundum esse, quod habent a parte rei: sed aliter quam sunt, hoc inde provenit, quia Intellectus noster est potentia in genere Intelligibilium: quod sic ostenditur: nam cum omne Agens agat non prout est in potentia, sed quatenus est in actu; & omne, quod est in actu, fiat tale per suam formam: sequitur, quod omne Agens non agat nisi secundum exigentiam suæ formæ: forma autem per quam Intellectus noster intelligit, est sola species abstracta à conditionibus individuantibus: & quia species abstracta à Phantasmatibus, repræsentat naturam sine hic, & nunc; propterea Intellectus noster primo aspectu, & vt efficiatur in actu per illam speciem abstractam: non cognoscit rem, quæ est a parte rei, ut non cognoscit rem secundum esse naturæ, vel realis existentiæ: sed apprehendit illam secundum aliud esse, ut apprehendit rem secundum esse rationis, seu secundum illud esse, quod res habet in ratione: Atque adeò, quia Intellectus humanus est pura potentia in genere Intelligibilium, prop-

D. Dionysius.

Anima humana est pura potentia in genere intelligibilium.

Forma Intellectus nō est sola species abstracta à phantasmatibus.

propterea non cognoscitur eo modo, quo sunt, & secundum illud esse, quod habent à parte rei; sed secundum esse rationis, quod res acquirunt, pro vt actu cognoscuntur ab intellectu, Quod esse à nobis vocatur Ens Rationis, quia est constitutum à Ratione, sub actu intelligendi tribuitur ipsi rei, quæ intelligitur.

Ens Rationis propriè non est intelligibile.

5 Notandum secundo id, quod in præcedenti dubitatione annuimus: & plurimus replicabitur in sequentibus, Quod Ens Rationis proprie, & in rigore non intelligitur, nec propriè est cognoscibile, vel intelligibile: quia id propriè cognoscitur, vel est intelligibile, quod propriè & per se est, vel esse potest Obiectum intellectus, Ens autem Rationis non est, nec potest esse obiectum intellectus: quia vt sem obiectum sit à sua potentia, cuius est Obiectum: imo potius Quodlibet Obiectum debet supponi à potentia, & præcedere potentiam, cuius est Obiectum: cum igitur Ens Rationis nō supponatur ab intellectu, nec præcedat actum intelligendi: (si enim præcederet intelligendi actum, non tam esset ens rationis, quam Ens reale:) imo cum Ens Rationis constituatur in suo esse per actum intelligendi; sequitur ex hoc, quod Ens Rationis propriè non est obiectum intellectus, nec propriè est id, quod cognoscitur, nec omnino dici potest, quod sit aliquid cognoscibile; sed ad summum est quoddam esse, quod se tenet ex parte obiecti cognoscibilis.

Quomodo Ens Rationis sit cognoscibile.

6 Et si aliquando in disputatione præsenti inuentamur dixisse, quod Ens Rationis cognoscitur, vel quod potest cognosci, vel tandem quod sit cognoscibile, id accipiendum est in hoc tantum sensu, videlicet, Ens Rationis cognoscitur, seu est cognoscibile; id est se tenet ex parte eius, quod cognoscitur: eiusque propriè quoddam esse Obiecti cognoscibilis; ipsum tamen Ens rationis non est id, quod cognoscitur nec per actum directum, nec per actum reflexum: sed est quid constitutum in suo esse per actum intelligendi; & cum se teneat ex parte Obiecti cognoscibilis, propterea dicitur habere esse Obiectinum: sed de hac re latius in Quæstione sequenti, vbi ex professo agemus de quidditate Entium Rationis.

7 Et in hoc sensu accipiendi sunt omnes illi, qui negant

gant Entia Rationis, nam si huiusmodi Entia propriè non cognoscuntur, ergo propriè non sunt; quia ex Arist. quod non est, non scitur.

conclusio probatur.

3 His Obseruatis. Dicendum nobis est, quod Entia Rationis ex parte Potentiæ cognoscentis habent totum id, vnde possint per actum cognitionis effingi, & existere; quod idem est, ac si dicamus, Potentiam cognoscitiuam Rationalem ex eo modo intelligendi habere vim effingendi, & dandi esse Entibus Rationis. Hæc Assertio negari non potest nisi ab his; qui pariter negarent, intellectum nostrum esse puram potentiam in genere Intelligibilium, & intelligere res per formam abstractam à Phantasmatibus; quod si negabitur, eo ipso constituendum erit nouum Dogma in Philosophia. Sed probatur conclusio ex doctrina iam adnotata. Omne agens agit, quatenus est in actu, & nullum agit, quatenus est in potentia; sed Intellectus humanus est pura potentia in genere Intelligibilium, ergo intellectus humanus non potest res intelligere nisi per aliquam speciem. Nam forma per actum fit actu ens: sed non est assignabilis alia forma, per quam intellectus humanus fiat actu intelligens, nisi species abstracta a Phantasmatibus, ergo intellectus humanus non cognosceret res, nisi per speciem, abstractam ab hic & nunc, & consequenter non cognosceret res secundum illud esse, quod habent extra animam, quod dicitur esse reale, & realis existentiæ; sed secundum aliud esse, secundum esse abstractum, quod est esse rationis: ergo Intellectus Rationalis ex eo modo intelligendi habet vim causandi non quidem aliquod Ens Rationis, quod sit propriè cognoscibile; nam quod est propriè cognoscibile, cum præcedat actum cognoscendi, non potest causari per eundem actum: & quod causatur per actum intelligendi, non est propriè Ens cognoscibile, cum sequatur eundem actum intelligendi; sed habet intellectus vim causandi quoddam ens, quod est esse obiecti intelligibilis, & si causatur per actum intelligendi directum, est Ens rationis, quod est prima Intentio; si vero causat per actum intelligendi reflexum, est Ens Rationis, quod est secunda Intentio.

nullum agens agit, quatenus est in potentia.

Respondeo ad ob

4 Nunc Rationibus dubitandi Ad primam dicendum est, duplex esse esse obiecta, exi-

existentiæ; primum dicitur esse reale, seu esse naturæ, vel esse extra animam, & de hoc esse existentiæ est verum, quod nulla potentia præter existentiam suo obiecto aliud esse existentiæ dicitur esse objectivum, seu esse intentionale; vel esse rationis. & de hoc falsum est antecedens, quod si nulla potentia quælibet tribuere existentiam suo obiecto quia ergo potentia realis necessario præsupponat suum obiectum existens existentia Realis; potest tamen eadem potentia cognoscitiva Rationalis tribuere suo obiecto aliud esse, quod propterea dicitur esse rationis, quia causatur à ratione per actum intelligendi: & dicitur etiam esse Objectivum, quia est esse Obiecti, quod intelligitur.

10 Ad Secundam rationem Respondetur eodem modo: nam licet prima Intentio formalis non sit factiva existentiæ realis, nec tribuat Rei cognitæ aliquod esse, quod sit propriè cognoscibile; cum hoc potius supponatur, & præcedat quemcumque actum Intellectus; tribuit tamen quoddam esse rationis; unde prima Intentio formalis est effectiva, & productiva cuiusdam esse existentiæ, quod dicitur esse Objectivum; & esse rationis, quia causatur à ratione per actum intelligendi: quod si prima Intentio formalis est productiva huiusmodi esse rationis; quod dicitur prima Intentio objectiva; multo magis secunda Intentio formalis erit effectiva alterius esse, quod dicitur secunda Intentio Objectiva.

## DVBITATIO TERTIA

### *Vtrum Existentia Entium Rationis sit admittenda?*

1 HOc est primum caput, ex quo posset desumi occasio dubitandi circa existentiam Entium rationis: nam non apparet, propter quid huiusmodi Entia sint concedenda; & in primis dici non potest, ea esse necessaria propter scientias acquirendas; quia quælibet scientia est verum accidens reale de Prædicamento Qualitatis; absurdum autem videtur, quod Entia realia dependentiam habeant ab Entibus rationis, quæ potius figmenta sunt, quam

En-

entia. Deinde si dicamus, hu-
iusmodi Entia esse necessa-
ria ad scientias comparan-
das, ergo oporebit dicere,
intellectum prius fingere,
vel potius prius fallere, &
postea res cognoscere: pro-
batur hæc vltima consequen-
tia, quia humanæ Entia
Rationis non possunt fieri
absque eo, quod Intellectus
cognoscat res, circa quas
fiunt, atque adeo non possunt
fieri Entia Rationis absque
deceptione Intellectus: er-
go si scientiæ reales non pos-
sunt acquiri sine Entibus Ra-
tionis, necessarium erit di-
cere, Intellectum prius de-
cipi, & postea de rebus scie-
re, & postea de rebus scien-
tiam habere, quod patet
esse falsum.

2 Propter has rationes non
desunt Authores præstantissimi,
qui fatentur Entia Ratio-
nis concedenda non esse;
& Magister Brucus in suis
Disputationibus Logicali-
bus sect. 3. §. circa primum,
& refert, ita docuit Paulus
Venetus in Logica q. 4. pro-
hem. Dur. in 1. Sent. dist.
19. q. 1. num. 6. Bernardinus
Mirandulanus in quæst. Vt.
Prædicamenta pertineat ad
Logicam sect. 4. Marsilium
in Quæst. 3. Vallesium q. 4.
Philos. & Alios Hispanos,
quorum manuscripta se le-
gisse commemorat. Imo ali-

qui docent, ita sensisse Al-
fonsum Argidium. Cæterum
hi non bene legerunt Argi-
dium: videatur hic Doctor
antiquus veterum; vbi dum
probat sylogismum esse Lo-
gicæ adequatum obiectum,
hæc immediate subiungit:
*Dicendum quod sylogismus*
*non differt ab illis, prout est*
*ponitur finaliter: unde*
*sylogizare illum est, quod*
*alios rationis, & quod Ens*
*Rationis.* Item in libro pe-
dicam. pag. 15. colon. 4. vbi
hæc habet. *Logica tota est*
*de secundis intentionibus ad-*
*iunctis primis, & dicuntur*
*primæ intentiones, ut homo*
*vel Asinus, secundæ autem*
*intentiones dicuntur illæ, ut*
*Genus, species, &c.* Rursus
legatur amplissimus Doctor
in prolog. Primi Post. dub. 15.
lit. C. vbi sic loquitur: *Dicen-*
*dum, quod Logica est de actibus*
*rationis, vel de his, quæ per*
*huiusmodi actus constituun-*
*tur: sic hæc eadem repetit*
*in pluribus aliis locis. Tunc*
*sic, quid intelligit per pri-*
*ma, per ea, quæ constituun-*
*tur per actum intellectus ipsa ac-*
*tu intelligendi, qui dicuntur*
*intentiones formales? minime*
*quidem, quia huiusmodi in-*
*tentiones formales vocantur*
*ab ipso actu rationis; ergo per*
*idem constituitur per actum*
*rationis, cum non possit intel-*

Loca Argidij, in quibus supponitur Entia rationis.

In prol. Primi Post.

Auctores q. negant Entia Rationis

Paulus Ven. Durd. Bernar. Mirand. Marsil. Vallef.

ligi Ens Reale, necessario intelligendum est Ens Reale, quatenus constituitur tali ab actibus rationis, non sunt actus Reales intentionales, nec etiam res ipsas, quæ habent esse Reale extra animam. Et si hæc loca non sufficiant; videantur aurea eiusdem Doctoris Quodlibeta, præcipuè secundum quæst. 6. vbi clarissimè Entia Rationis admittit. Item Quodlibetum quartum quæst. 3. vbi distinguit relationem secundam rem, & relationem secundò Rationem. Sed omnibus alijs locis prætermissis, videantur scripta primi sententiarum, dist. 30. quæst. 3., & quæ ibi diuinitus asseruntur, sedulò ad notandas rationes, quibus Egidium, asserere audet, tres Magistrum Rationis Entia dari posse.

Inprim. sententia dist. 30. q. 3.

Schola Angelica constituit Entia Rationis.

3 Nec minus dubitandum est de Mente Angelici S. Thomæ, & subtilissimi Scoti: nam quod Angelica Schola Entia Rationis admittat, ex eo solum sufficienter colligi potest, quod Omnes Thomistæ cum eorum Principe Diuo Thoma in ea sunt sententia, vt communiter asserat, Ens Rationis esse totius Logicæ adæquatum obiectum. Quod verò etiam Scotistæ cum eorum subtilissimo duce Entia Rationis concedit, patet ex eo quia Scota sabtilis communiter affirmat, ly Cognitum esse Logicæ obiectum, sed syllogistice Ens Rationis, vt ibi probatum est, ergo, &c. Sed vtra hor, accipite qd dicat Subtilissimus in quæst. Vniuersale (conceptus formatus à Ratione, secunda intentio, & Ens Rationis sunt idem, de primo, & secundo patet, nam conceptus formatus ab actu Rationis nihil aliud est, quàm secunda intentio, & è conuerso. De Tertio ẽ patet, quia aut est Ens Reale subiectum Logicæ, aut Ens Rationis non primum, quia tunc Logica esset scia Realis, igitur secundum, si est Ens Rationis, aut est Ens Rationis cõsiderati à Rõne, aut cõsiderati à rõne cõsiderato à rõne illud, coincidit cum Ente Reali, quia nullũ est subiectũ, quod cõsideretur à Ratione si est Ens causatum à Ratione, igitur illud est secunda intentio, & conceptus formatus à Ratione. hæc Scimus, & subtilissimè, & verissimè.

Habem Entia rõnis nec ne. quæ Scota subtilis

4 Notandum igitur primo pro stabilienda vera sententia, quod Intellectus humanus formas Entis Rationis ex suo modo intelligendi, quia scilicet est pura potentia in genere intelligibilium, & propterea non cognoscit res Entis nisi à parte rei, sed ali-

aliter quam sunt, ideſt non cognoscit res ſecundum illud eſſe Reale, quod dicitur eſſe naturæ, ſeu eſſe Realis exiſtentiæ, ſeu eſſe particulare: ſed ſecundum aliud eſſe, diſtinctum ab eſſe Reali, ideſt eſſe Rationis, ſequitur, quod intellectus humanus ex ſuo modo intelligendi habet cognoſcere res ſecundum eſſe Rationis: hoc autem ex eo ſpecialiter provenit, quia intellectus humanus cum ſit pura potentia, non cognoſcit res niſi per ſpeciem, abſtractam à Phantaſmatibus, & à conditionibus individuantibus: & quia ſpecies abſtracta à Phantaſmatibus, repreſentat naturam ſine conditionibus individuantibus, ideſt ſicut hic, & nunc, ideo intellectus humanus, qui cognoſcit res ſecundum entitatem ſuæ formæ, non cognoſcit illas ſecundum illud eſſe Reale, quod habent à parte rei; ſed ex ſuo modo intelligendi habet cognoſcere res ſecundum eſſe Rationis, ideſt ſecundum eſſe, cauſatum à Ratione per actu intelligendi.

5 Not ſecundo, quod Entia Rationis formantur ab intellectu propter eundem finem, propter quem adinventa eſt Logica; quia cum obiectum Logicæ ſit ſyllogiſmus, qui eſt idem cum Ente Rationis, licet Logica eſt neceſſaria ſimpliciter, propter noſtrum eorundem ſciendi, ſeu (ut dixi mus in quæſt. 4. diſput. 1. prohem. art. 3. dubit. 3.) propter ſcientias, humano modo acquirendas: ita Ens Rationis præſertim quod habet fundamentum in re, eſt neceſſarium propter ſcientias, humano modo acquirendas, nec poteſt aliqua ſcientia humano modo acquiri ſine formatione Entium Rationis.

6 Notadus, quod licet quælibet ſcientia ſit verè accidens Reale de prædicamento qualitatis; non propterea abſurdum eſt dicere, quam libet ſcientiam, humano modo acquirendam, dependentiam habere ab huiuſmodi Entibus: nam non ſunt ipſæ ſcientiæ præciſè, quæ dependentiam habent ab Entibus Rationis: ſed potius modus ſciendi humanus, qui nec ſcientias poteſt acquirere ſine demonſtratione, nec demonſtrationem ſine arte ſyllogiſtica: nec denique artem ſyllogiſticam ſine Ente Rationis. Præterea integra cauſa ſcientiæ etiam modo humano acquiſibilis non eſt purum Ens Rationis: ſed eſt Ens Reale cum Ente Rationis: nam cauſa-

Cauſa integra ſcię non eſt tantũ Ens Rationis.

aut quæ ta scientiæ est intellectus, qui est potentia intellectiua realis, actus intelligendi, qui pariter est Ens Reale intentionale: & tandem Ens Rationis. itaque ex his tribus integratur una adæquata, & completa causa scientiæ, humano modo acquisibilis: & sic Ens Reale, scientia humano modo acquisibilis nõ habet dependentiam tantum ab Ente Rationis; sed dicitur dependere ab integra illa causa, quæ est Ens Reale, intellectus, actus intelligendi, & simoletiam Ens Rationis.

Sententia subsūpta.

6 Nunc sit nostra conclusio. Entia Rationis nullo prorsus habili fundamento negantur; cognitaque existentia est simpliciter concedenda tum ex modo intelligendi intellectus humani, tum etiam propter Scientias, humano modo acquirendas. Hæc conclusio non immediatè expressa sub his terminis apud nostram Academiam; existimo tamen, illam esse veritatem, & ab omnibus defendendam, probatur autem sic. Intellectus humanus non cognoscit res eo modo, quo sunt a parte rei, idest secundum id quod est reale, quod habent in rerum natura; sed alio modo, quo sunt, idest cognoscit illas secundum esse rationis; nam non datur aliud esse, nisi reale à parte rei, vel rationis in intellectu ergo intellectus humanus ex suo modo intelligendi format Entia Rationis. Antecedens est probatum replicarum, consequentia vero est infallibilis: quia illud est esse rationis, quod habet res, dum actu cognoscitur ab intellecta humano, est proprissimè Ens Rationis, cum sit Ens causatum à Ratione per actum intelligendi, quod est tota quidditas Entis Rationis.

7 Respondetur rationibus dubitandi. Ad primam dictum est propter quid efformentur Entia Rationis; efficitur enim propter scientias, humano modo acquirendas: sequamur scientias humano modo acquirendas sic erunt Ens Reale de genere qualitatis: causa tamen integra huius scientiæ Realis non est solummodo Ens Rationis: sed est Ens Reale cum Ente Rationis, scilicet intellectus cum actu intelligendi, & cum Ente, causato à Ratione per actualem cognitionem. Ad confirmationem prioris rationis Respõdetur; negando consequentiam, quod oporteat intellectum prius fingere, & postea cognoscere; nam

Solutio argumẽta cõtra.

non

non quodcunq; Ens Rationis, dicimus esse necessarium ad scientias, humano modo addiscendas, & in 3. q. præsentis disputationis ostendemus, dari duo genera Entium rationis, alia, quæ dicuntur Entia Rationis ratiocinantis, alia vero, quæ vocantur Entia Rationis ratiocinate: modo quamvis intellectus in effomatione priorum Entium fingat, quia tunc nullum habet fundamentum a parte rei, in effomatione tamen aliorum Entium, quæ dicuntur rationis ratiocinate, intellectus non fingit, quia horum conceptibus semper aliquid respondet a parte rei: & hæc dicimus, esse necessaria ad scientias, humano modo acquirendas. propter quid autem intellectus fingat Entia chimerica? in 3. q. præsentis disputationis ostendemus.

8 Et sic concludimus hanc quæstionem, quod si per Ens Rationis intelligatur aliquod Ens, quod sit intelligibile, sive objectum intellectus; tunc in tali sensu Entia Rationis nullatenus sunt concedenda, quia implicantiam involvit, esse objectum intellectus, & per actum intelligendi causari; vel esse intelligibile, & non habere aliud esse, nisi actu cognosci ab intellectu: sed si per Ens Rationis intelligatur aliquod causatur a Ratione per actum intelligendi, sive directum, sive reflexum, & dicitur cognosci, seu esse cognoscibile, quatenus per actum cognoscendi causatur, & est quodam esse objecti, quod cognoscitur: sic Entia Rationis nullatenus sunt deneganda tum propter scientias, humano modo acquirendas; tum etiam propter modum cognoscendi illius intellectus, qui est pura potentia in genere intelligibilium.

## QVÆSTIO SECVNDA

### *De quiditate, & essentia Entium Rationis.*

SVppono, quod Entia Rationis habeant esse: statim sequitur inquisitio, in quo consistat eorum essentia? & quia post essentiam Rei cujuslibet sequitur eiusdem Rei proprietatum intelligentia; ideo præsentem quæstionem in duos sequentes Articulos dividemus.

†

QVÆ-

QVÆSTIONIS SECVNDÆ

## De Essentia Entium Rationis Articuli Duo.

Articulus I.
*Quæ nam sit quiditas, & essentia Entium Rationis?*
Articulus II.
*Quæ nam sint proprietates eorundem?*

## ARTICVLVS PRIMVS

### *Quæ nam sit quiditas, & essentia Entium Rationis?*

CIrca quiditatem seu Rationem essentialem Entium Rationis, variæ sunt apud Recentiores sententiæ: sed Principaliores reduci possunt ad tres; & propterea tribus dubitationibus præsentem articulum absolvemus.

## ARTICVLI PRIORIS

### Circa quiditatem Entium Rationis Tres Dubitationes.

*Dub. I.*
*An essentia Entium Rationis consistat in Denominatione extrinseca a fallente ab Actu intellectus?*
*Dub. II.*
*An quiditas Entium Rationis consistat in illa Denominatione intrinseca, quæ intellectus tribuit rebus, sub modo cognitis?*
*Dub. III.*
*An Quiditas, & Ratio essentialis Entium Rationis consistat tantummodo in actu cognosci, seu in habere tantum esse objectivè in intellectu?*

## DVBITATIO PRIMA

### *An Essentia Entium Rationis consistat in Denominatione extrinseca?*

1 DVbitationis titulus magis aperietur, si prius

prius explicauerimus, quid sit denominatio intrinseca & extrinseca. Nos est igitur, duplicē esse denominationē, alterā intrinsecā extrinseca aliā. Denominatio Intrinseca est illa, quæ prouenit à forma inhærente subiecto Denominato, vt quando manus denominatur candida, à candore, inhærente manui, vel paries denominatur albus ab Albedine, inhærēte pariet. Denominatio vera extrinseca est illa, quę prouenit a forma, non inhærente subiectō Denominato: sed alteri, ad quod idem subiectum Denominatum dicit aliquem respectum, v.g quando paries denominatur visus à visione, quæ non est in pariete, sed in oculo: & liber dicitur intellectus seu cognitus à cognitione seu Intellectione non existente in libro sed in Intellectu. Nunc dubium est, an essentia Entium Rationis consistat in Denominatione extrinseca saltem ab actu cognitionis, existente in Intellectu?

Prima sententia affirmat.

2 Et Prima sententia affirmat, quia qualibet Denominatio extrinseca est Opus Intellectus; cum nihil ponat in rebus Denominatis præter Denominationem illam, quam efficit ipse met Intellectus, ergo Denominatio extrinseca non est ante Operationē Intellectus; ergo est Ens Rationis; consequentiæ omnes sequuntur, probatur antecedens, quia paries v.g. nihil acquirit per hoc, quod sit visus à meo oculo nisi ipsam Denominationem visū, quā ei tribuit intellectus, ergo quælibet Denominatio extrinseca est mere Opus intellectus, ergo cum non sit ante intellectum, erit Ens Rationis.

2. sēta docet, Ens Rōnis esse Denōminem extrinsecā ab obiecto Rōnis.

3 Alia sententia docet, non omnem Denominationem extrinsecam esse Ens Rationis; sed tantum modo illam, quæ prouenit ab actu intellectus, à quo quando res aliqua cognoscitur, acquirit quandam Denominationem, quod sit cognita: & hanc Denominationem huius sententiæ authores dicunt esse Ens Rationis. Suadetur hæc Opinio, quia quotiescunque aliquod Obiectum cognoscitur ab intellectu, tūc acquirit quandam Denominationem cogniti, quæ denominatio nullo modo est ante intellectum, & taliter dependet ab Intellectu, vt ante Operationem eiusdem intellectus nullo modo sit. ergo talis Denominatio cogniti dicitur Ens Rationis.

4 Sed hæ duæ Sententiæ omni probabilitate carent,

&

& hac vnica ratione poterunt reprobari. Quia quælibet Denominatio extrinseca à quacunque forma proueniat, etiam Denominatio cogniti, quæ prouenit ab actu intellectus, est à parte rei ante omnem Operationem Intellectus, ergo quælibet Denominatio extrinseca quæcunque sit illa, non potest dici Ens Rationis; probatur antecedens: patet dicitur vnus à meo oculo, non solum antequam cognoscatur ab intellectu, sed etiam independenter, & antecedenter ad illum intellectum; ergo talis Denominatio extrinseca, & consimiles dantur ante omnem Operationem intellectus, & id ideo dici potest de Denominatione extrinseca, prouenire ab actu Intellectus: nam denominatio cogniti ab actu cognitionis, non est minus realis, & independenter ab intellectu, quam sit Denominatio visi a visione, existente in oculo, quia vtraque Denominatio est affirmativa, realiter inhærente in extrinseco subiecto; quod autem sit Denominatio cogniti à forma existente in Intellectu, parum refert; quia etiam talis forma existens in Intellectu, est realis, non minus quam omnes aliæ formæ, à quibus subiecta denominantur extrinsecè.

Vtraque Denominatio realis ponitur.

Ad fundamentum.

5 Ad rationem primæ sententiæ Respondetur, quod si per Denominationem intelligatur impositio nominis denominativi, illud quidem Opus est rationis; sed nunc non agimus de impositione nominum: quia hoc modo etiam Denominatio intrinseca quarumcunque ad impositionem nominis denominativi est opus rationis: sed agimus de ipsarum rerum vnionibus, seu habitudinibus, in quibus talia nomina denominativa fundantur, quæ nullo modo sunt opera rationis: sed in Denominatione intrinseca est realis vnio, vel identitas, vel aliquid simile in Denominatione autem extrinseca, quæ sumitur a forma reali, est habitudo etiam realis vnius ad aliud, ex qua habitudine prouenit, vt illud, ad quod est habitudo, denominetur per modum termini alterius habitudinis.

Soluitur 2. fundamentum.

6 Ad Rationem pro 2. Sententia eadem doctrina est applicanda, & in forma dicendum est antecedēs. Denominatio cogniti nullo modo est ante intellectum, quia sotte forma Denominans sit Ens Rationis, & habeat tantum esse obiectiue

in

in Intellectu, negatur antecedens: quia forma denominans licet actus realis intellectus, vt non existat extra Intellectum, concedo antecedens; ex hoc autem non sequitur, quod Denominatio cogniti ab actu intellectus sit Entis Rationis, quia forma Denominans .s. actus cognitionis licet non sit extra Intellectum, est tamen realiter existens in Intellectu, & in illo habet reale esse subiectivum; & tantam habitudinem realem dicit ad ipsas res, quæ denominantur cognitæ, quantam dicunt aliæ formæ reales, a quibus alia subiecta denominantur extrinsecè.

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Essentia Entium rationis consistat in illa Denominatione intrinseca, quam intellectus tribuit rebus, tali modo cognitis?

1 DEnominatio intrinseca adhuc potest esse duplex, vel .s. proueniens à forma reali, realiter inhærente subiecto Denominato, vt eam paties dicitur albus ab albedine, inhærente parieti, & de hac modo nullus est sermo: vel potest prouenire à forma Rationis: vt cum natura humana denominatur species à specitate, & Animal denominatur Genus à generalitate, huiusmodi denominationes possunt dici intrinsecæ, quatenus prouenient à forma, quæ est in eodem subiecto Denominato; sed non sunt reales cum forma Denominans sit entis rationis; & de his est Dubitatio præsens an .s. Essentia entium rationis consistat in his Denominationibus intrinsecis, quæ proueniunt à forma Rationis, quasque Intellectus tribuit ipsis rebus, tali modo cognitis?

Denominatio intrinseca duplex.

2 Maior pars Recentiorū præcipuè Reuius in Tractatu de natura Entis Rationis q. 2. §. communis Sententia Suarius Tom. 2. Meth. Disp. 54. sect. 2. Assert. 2. num. 16. & vniuersaliter omnes, qui docent ens Rationis fieri per actum intellectus reflexum, affirmant, essentialem rationem Entium Rationis consistere in huiusmodi intrinsecis denominationibus Rationis, quas Intellectus

tribuit ipsis rebus, tali modo cognitis; probat Aureas hoc modo: Esse Eternus, vel esse speciem, non convenit Animali, aut Homini aparte rei; sed has denominationes tribuit intellectus ipsis rebus, cognitis per actum reflexum; ergo hujusmodi Denominationes cum proveniant a forma Rationis, erūt in omni rigore Entia Rationis: sed non datur aliquod Ens Rationis, quod non sit forma denominans aliquam rem, tali modo cognitam; ergo essentia cujuslibet Entis rationis in tali denominatione consistit.

Hæc ſeta rejicitur.

3 Cæterū hæc ſēta nobis nō eſt aliquo modo probanda: & quamvis poſſet pluribus rationibus reprobari; hæc tamen ſola ſufficiat, quę eſt omnium potiſſima. Denominatio Intrinſeca à forma Rationis præſupponit Ens Rationis, ergo Ens Rationis non conſiſtit in illa denominatione Intrinſeca à forma Rationis. conſequentia ſequitur, antecedens vero pē quia Omnis Denominatio ſemper eſt poſterior ipſa forma denominante: Præter q̄ quod ipſa Forma Rationis denominans adhuc præſupponit illud Ens Rationis, quod eſt prima Intentio, ergo, &c. Adjungi poteſt, quod nom-

omne Ens Rationis eſt forma denominans; nam Entia Rationis ratiocinantis, cum non habeant fundamentum in re; non ſunt forma denominantes, nec minus quodlibet Ens Rationis ſit per actum reflexum: nam Prima Intentio, ut ita patebit, eſt Ens Rationis, & tamen non ſit per actum reflexum; ſed per actum cognoſcendi directum.

4 Ad primam ergo Rationem in oppoſitum conceſſo antecedente, & priori conſequentia, negatur abſolute illa ab ſumpta minor, quod ſcilicet non datur aliquod Ens Rationis, quod non ſit forma denominans rem, tali modo cognitam: nam Entia Rationis ratiocinantis, & primæ Intentiones non ſunt forma rationis Denominantes

## DVBITATIO TERTIA.

### *V. Quidditas Entium Rationis consistat in actu cognosci, seu in esse tantum obiectivo In Intellectu: vel in esse causatum constituum à ratione per actum Intelligendi?*

1 RES partes habet titulus propositæ difficultatis, & ideo triplici conclusione integrè quæstio satisfaciemus. Prima conclusio. Actu cognosci idem est, ac esse obiectum actu cognitum seu Obiectum cognoscibile: nec Essentia Entium Rationis non consistit in actu cognosci. Hæc conclusio ex dictis in quæstione de essentia Entium Rationis clara est; & probatur facilè, quia Ens Rationis non est, nec esse potest Obiectum intellectus: ergo Ens Rationis non consistit in cognosci actu, itaut sit id, quod actu cognoscitur, seu obiectum actu cognoscibile. consequentia tenet, probatur antecedens, obiectum intellectus, & omne id, quod potest cognosci, seu est cognoscibile ne dum præcedit ipsum potentiam cognoscentem, sed etiam actum eiusdem potentiæ, sed Ens Rationis nec præcedit Intellectum, nec ullum actum intelligendi, alias non tam esset Ens Rationis, quam Ens reale: ergo Ens Rationis non est, nec esse potest obiectum Intellectus.

2 Quod verum est, quod actu cognosci idem intelligatur, ac esse aliquod causatum, vel constitutum a ratione per actum cognoscendi, seu per actualem cognitionem, tunc potest concedi, quod essentia Entis Rationis consistat in actu cognosci: vt mox dicetur, & probabitur in tertia conclusione.

1. Cõclusio.

2 Secunda conclusio Quidditas Entium Rationis licet saltem in esse tantum obiectiuè in Intellectu, ita vt esse obiectiuè in Intellectu idem sit, ac esse Obiecti intelligibilis, probatur, quia Intellectus quoties fertur in suum Obiectum licet falsum di-

2. Cõclusio.

recto sive reflexo, semper tribuit illi quoddam esse Rationis: vt de se constat. Quoniam vero esse obiectiuè in Intellectu non aret æquiuocatione, & potest aliquando accipi pro eo, quod actu cognoscitur, cuique obiectum actu cognitum; & Ens Rationis propriè non cognoscitur; ideo.

4 Sit tertia conclusio. Quidditas, & essentia Entium Rationis consistit in esse actuato per actum à ratione per actum intelligendi. Hæc conclusio est expressè deducta ex principijs Ægidij; nam in Prologo Posteriorum quasi per totum sic loquitur. (*Vetus Logica est de actibus rationis vel de his, quæ per actus rationis constituuntur*) pondéremus hæc verba. certum est, quod per actus rationis non aliud intelligit Ægid. nisi operationes Intellectus, seu intentiones formales: tam directas, quam reflexas quæ dicuntur actus intelligendi: seu actuales cognitiones; & cum habeant esse subiectiuum in Intellectu, non sunt propriè Entia Rationis, quatenus Ens Rationis condistinguitur ab Ente Reali: sed potius sunt conceptus reales intentionales. nunc peto per ly (*vel de his, quæ per actus rationis constituuntur*) quid fundatissimus potuit intelligere, nisi Ens Rationis? Est igitur Ens Rationis essentialiter id quod causatur à Ratione per actū intelligendi tantum, sine directum, seu reflexum. probatur primo à sufficienti relatione aliarum Sententiarum: & deinde quia nullum est Ens Rationis, quod non causetur, & constituatur à ratione per actum Intelligendi: ergo essentia Entis Rationis in hoc reponenda est.

5 Dices. Verbum mentis etiam causatur à Ratione per actum intelligendi, & tamen Verbum mentis non est Ens Rationis propriè; ergo, &c. Respondetur. Verbum mentis non causari à Ratione per actum intelligendi tantum; sed ad eius productionem concurrit etiam Obiectum, cuius est speculum.

## ARTICVLVS SECVNDVS

## *Quænam sint Proprietates Entium Rationis?*

Circa Proprietates Entium Rationis duplex dubium nasci potest. Primum est, an cognoscere rem alte-

ter

ter, quam est: sit proprietas Entium Rationis? Alterum dubium est, An Entia Rationis ita per actum intelligendi producantur, vt de eis possit haberi scientia: & ad quam pertineant scientiam specialem?

## ARTICVLI SECVNDI

### *De Proprietatibus Entis Rationis?*

### *Dubitationes Duæ.*

*Dub. I.*

*An cognoscere rem aliter quàm sit, sit proprietas Entium Rationis?*

*Dub. II.*

*An Entia Rationis ita per actum intelligendi constituantur in esse, vt de eis possit esse scientia; & ad quam scientiam specialem pertineant?*

### DVBITATIO PRIMA

*An cognoscere rem aliter quam sit, seu apprehendere id, quod est non eo modo quo est sit proprietas Entium Rationis?*

1 PRo vtraque parte sunt argumenta. & 6. Magister Bruno disput. 6. sect. primo pro parte negante videtur, quod intellectus in efformandis Entibus Rationis saltem cum fundamento in re, non apprehendat ipsas res aliter, quam sunt. Nã cum intellectus per primam sui lationem, & primum aspectum ferat in suum obiectum; tunc proprissimè conficit Ens Rationis, quod est prima intentio obiectiua: sed tunc non apprehendit rem aliter quam sit, sed potius concipit suum obiectum secundum suum esse essentiæ, & eo modo, quo est: ergo non est proprietas omnium Entium Rationis, vt concipiatur res aliter quam sit. maior alibi probabitur expressè, pro cuius illa supponitur vt vera. minor autẽ patet, quia per actum directum, & per primum aspectum intellectus non apprehendit nisi suum obiectum secundum ea prædicata, quæ illi conueniunt à parte rei essentialiter; ergo tunc intellectus non apprehendit rem aliter quam est. Arguitur pro parte negãte.

2 Pro parte vero affirmãte, quòd sit proprietas omnis Entium Rationis, vt res cognoscatur aliter quam sit, hæc omnis turba Recentiorum, præsertim Soarez tom. 2 Metaph. disp 54. sect. 2. num. 6. Magister Bruno disput. 6. sect.

sect. 1. A Necessario ergo, &c. Et quamuis citati Doctores hanc sententiam specialibus non corroborent argumentis: potest tamen eorum beneplacitum sic fuisse dici. Non est aliquod Ens Rationis, ad cuius affirmativam intellectus aut cognitivam aliter quam sit: minor constat ex dictis i præcedenti art. præsertim dubitat. probatur maior, a de Entibus chimæricis res nō manifesta: de Privativis vero, & negativis id facile fundatur, quia intellectus non potest concipere Ens Rationis privativum, vel negativum, quin concipiat entitatem ad modum entis positivi, cum revera non sit tale, ergo in concipiendis hujusmodi Entibus, tam intellectus apprehendit rem aliter, quā est, quam concipiat id, quod non est Ens positivum, ac si esset Ens positivum. De Entibus tandem relationis, & universaliter de secundis intentionibus idem sic manifeste probatur; nulla natura à parte rei est subjecti, vel prædicatum, vel differentia, vel Species, vel Genus, vel Universale, ergo quando intellectus formar hujusmodi Entia Rationis, quæ dicuntur secundæ intentiones, semper cōcipit rem aliter, quam est.

3 In tertio modo dicendi magna latet æquivocatio, & si non debitè explicetur, possit ex eo varia non parva evidentissima causari pollere argumenta magna difficultatis. Sciendum ipsum quod ly (*aliter quam est*,) potest facere duplicem sensum primo tantum cadat supra rem cognitam, seu supra id, quod cognoscitur, & sic ly non designat aliter, quam est, facit hunc sensum. Intellectus aliquam apprehendit id, quod est. Sed potest id, quod non est, concipi, ac si esset Ens: & juxta hunc modum non est proprietas cujuscunque Entis Rationis, ut cognoscatur res aliter quam sit, sed ad summum id poterit dici proprium Entibus Rationis existentiis, & in fundamento in re. Secundo potest accipi (*aliter quam est*) ita ut cadat supra modum cognoscendi, sicque sensus, quod intellectus cognoscit id, quod est, sed non eo modo, quo est, seu cognoscit rem, quæ est à parte rei, sed non secundum illud esse reale, & realis existentiæ, quod habet extra Animam; sed aliter quam est, videlicet secundū esse rationis, quod acquirit res per actum cognitionis, & in hoc sensu dicimus, esse pro-

Cognoscit ut aliter quam est, cognoscit, quæ est, sed non ut est.

proprietatem cuiuscunque Entis Rationis saltem ratiocinate, vt cognoscatur res aliter quam est. & si hoc intendit pars affirmatiua Receptorum, illa est verissima iuxta predictam explicationem: nec circa hoc aliud est dicendum.

## DVBITATIO SECVNDA

*V. Entia Rationis ita per actum Intelligendi constituantur in esse, vt de eis possit esse scientia, & ad quæ scientiam specialem pertineant?*

1 PArs affirmatiua videtur posse probari, primo quia sicut scientia est alicuius scibilis scientia, ita scibile est alicuius scientiæ scibile: sed Ens Rationis est aliquo modo scibile saltem extrinsecè, vel quia per actum intelligendi effingitur: ergo de Ente Rationis potest esse aliquo modo scientia; totus discursus est legitimus secundo, quia Ens Rationis habet essentiam, & proprietates, demonstrabiles de illa; ergo Ens Rationis vt sic est scibile, vt de eo possit esse scientia; consequentia

grande, quia scientia est de eo, quod habet essentiam, & passiones demonstrabiles de essentia, antecedens patet ex dictis in præcedenti Articulo, vbi ostendimus, quæ nam sit essentia Entium Rationis; tum etiam in præcedenti dubitatione, vbi vidimus eorum de Entis proprietate.

2 Nostra tamen conclusio est. Quod Entia Rationis non sunt ita scibilia, vt de eis possit haberi scientia propriè, & in rigore: sunt tamen ita intelligibilia, vt de eis possit intellectus aliqualem habere notitiam, & propriùs formare conceptum. hæc conclusio quo adhuc tempore partem tuebens est: & specialiter sic potest amplius confirmari. Id propriè, & in rigore est scibile, quod propriè, & in rigore habet esse: potestque esse obiectum intellectus, vnde est philosophicum axioma, quod id, quod non est, nō scit, & quod non est obiectum intellectus, nō est propriè intelligibile: sed Ens Rationis simpliciter nō est, nec propriè est obiectum intellectus, vt toties probatum est, ergo de Ente Rationis propriè non potest esse scientia in rigore.

Probatur prima pars concl.

3 Probatur modo altera pars conclusionis, quod scilicet Entia Rationis sint scibilia

tilia saltem largo modo, ita vt de eis possit haberi aliqua notitia. Ens Rationis

2. pars eiusdem concl. roboratur.

constatur ab intellectu per actualem intellectionem, formamque de illo intellectus peculiares conceptus seu formales intentiones, imo quasdam rationes veluti necessarias, & infallibiles, quæ licet proprie non sint Demonstrationes, tamen ad Demonstrationem reducuntur, vt quod Ens Rationis tunc efformetur, quando concipitur res aliter quam est; ergo saltem hoc modo Ens Rationis potest dici ita scibile, vt de eo possit esse scientia largè sumpta.

4 Et ex hac colligi potest resolutio alterius partis, quod Entia Rationis non pertineant ad aliquam scientiam realem: quia si de ipsis proprie non potest esse scientia, sequitur necessario, quod eadem Entia nec pertinent ad aliquam scientiam realem, nec specialem, nec communem. Ast quia sunt aliquo modo scibilia, pertinere possunt ad istam artem, quæ est aliquo modo scientia. Et quia sunt scibilia, vt ex modo intelligendi, & sciendi nostro constituantur in esse, non possunt pertinere ad aliam artem, nisi ad illam, quæ est modus sciendi, quæ-

Entia Rõis nõ pertinẽt ad scias reales.

Sed tñ ad Rõnales.

dis inter nanes artes sola logica est: & adiungi potest, quod sola Logica est de scibus rationis, & de his, quæ per actus rationis constituuntur: ergo ad solam Logicam pertinere possunt illa Entia, quorum esse constituitur per actus rationis.

5 Ad duas illas Rationes adductas Respondetur, eas tantum probare, quod Entia Rationis scibilia sint aliquo modo scibilia, ita de eis potest aliquo modo esse scientia non realis; sed Rationalis; & propterea huiusmodi Entia demandanda sunt ad Logicam.

## QVÆSTIO TERTIA

### *De Diuisione Entium Rationis.*

HÆc præsens Quæstio est valde insignis inter eas disputationes de Entibus Rationis, & propterea est diligentius pertractanda: Sunt autem Diuisiones, quæ comuniter admittuntur de huiusmodi Entibus, Duæ, & Prima, quæ est veluti Generalis, est in Ens Rationis ratiocinantis, seu sine fundamento in re; & in Ens Rationis Ratiocinatæ, i. cum fundamento à parte rei. Al-

tera

tera, quæ ponit est indistinctio Entis Rationis Ratiocinatæ; est in Ens Rationis Relationum, Privationum, & Negationum, ama est tanta difficultas de Divisione priori, quanta est de Bonitate & sufficientia posterioris: Quoniam vero non sufficit explicare integritatem, & sufficientiam Divisionis, nisi etiam habeatur notitia Dividendorum; ideo præsentem Quæstionem in Duos Principales articulos dividemus.

## QVÆSTIONIS TERTIÆ

## De Divisione Entium Rationis.

### Articuli Duo.

*Articulus I.*

*Quænam Divisio Entis Rationis sit sufficiens, & admittenda?*

*Articulus II.*

*De Membris adæquatè Dividentibus Ens Rationis Ratiocinatum.*

## ARTICVLVS PRIMVS

## Quænam Divisio Entis Rationis sit sufficiens, & Admittenda?

SVb hoc titulo plura sunt Dubia Declaranda. Primum est. An Divisio Entis Rationis in Ens Rationis Ratiocinantis, & ratiocinatæ sit sufficiens: & admittenda? secundum est. An sub Ente Rationis Ratiocinatæ collocentur entia privativa, & Negativa? tertium An inter Entia Rationis Ratiocinatæ rectè numerentur alia Entia Rationis positiva, ut substantia rationis, Quantitas rationis, &c. quartum. An Ens Rationis Ratiocinatæ conveniatur cum sola relatione rationis, ita ut non detur aliud ad Ens Rationis Ratiocinatæ nisi Relatio rationis? Quintum An distinctio rationis pertineat ad Relationem rationis, vel ad Secundas Intentiones?

## ARTICVLI PRIORIS

### De Sufficientia Divisionis Entium Rationis

### Dubitationes Quinque

Dub. I.
*An Divisio Entis Rationis in Ens Rationis Ratiocinantis, & Ratiocinati sit sufficiens, & admittenda?*

Dub. II.
*An sub Ente Rationis Ratiocinati ac Ratiocinantis etiam contineatur Privationes, & Negationes?*

Dub. III.
*An Inter Entia Rationis ratiocinata nulla numeretur Alia Entia Rationis postrema s. Substantia Rationis?*

Dub. IV.
*An Ens Rationis ratiocinatae connumeretur cum sola relatione rationis, ita ut non detur aliud Ens rationis ratiocinatae nisi Relatio rationis?*

Dub. V.
*An Distinctio rationis reducatur ad Relationem rationis vel ad secundas Intentiones?*

## DVBITATIO PRIMA

### De Divisione Entis Rationis in Ens Rationis Ratiocinantis, & Ratiocinati sit sufficiens, & admittenda?

1 PEr Ens Rationis ratiocinantis illud Ens Rationis intelligitur, quod nullum habet fundamentum in re, neque tunc, quando intellectus concipit id, quod non est a parte rei secundum se totum, licet sit secundum partes, fingit tamen illud, ac si esset ens secundum se totū: vt cum concipit montem auream, hircocervum chimeram, &c. Per Ens vero Rationis ratiocinatae intelligitur illud Ens Rationis, quod in re habet aliquod fundamentum; & tunc dicitur fieri, quando intellectus concipit id, quod est non tamē eo modo quo est: vt cum concipimus naturam humanam abstractam, Vniuersale, vt Speciem, &c.

Vasqu. negat Entia Rõis rõ cinandi admittenda

2 Nunc dubium est, an hæc diuisio sit admittenda? & aliqui negant præsertim Pater Vasquez, apud Brunum disput. 2. sect. 3. §. & licet, Cœlius negantis sententiæ fundamenta esse possunt, quia non apparet, ad quid possint deseruire huiusmodi Entia Rationis ratiocinans, ergo illa admittenda non sunt. Antecedens probatur, quia nō possunt dici necessaria ad scientias: cum scientiæ nullo modo dependeant ab huiusmodi fictionibus. Deinde non est assignabile, vnde Originem habeant hæc Entia Rationis ratiocinantis: nec in intellectu cognoscente ponenda est vis ad fingenda Entia chimerica. ergo diuisio Entis Rationis in Ens Rationis ratiocinātis seu absque fundamento in re, & in Ens Rationis ratiocinatæ, & cum fundamento in re, non est admittenda.

3 Caterum Entia Rationis ratiocinantis, & quæ nullum habent fundamentū in re, neganda non sunt, eaque admittunt omnes Scholæ; & Noller Ægid. expresse illa concedenda supponit pluribus in locis, præsertim in primo sent. dist. 2. princip. q. 1. in corpore, vbi ait, quod intellectus aliquando est vanus, aliquando est falsus. Est vanus, quando fingit ea, quæ non sunt in rerum natura, & illa concipit, ac si essent, vt quando apprehendit chimeram. Hic cocensum. est vero falsus, quando componit non componenda, vel dividit non diuisa, vt quando iudicat aliqua inesse alicui, quæ non insunt, vel iudicat non inesse, quæ reuera insunt. 5 Item eadem Entia Rationis ratiocinantis vna cum Entib' Rationis ratiocinatæ eadem Ægid. expressius concedenda fatetur, in 1. sent. dist. 30. q. 3. vbi hæc habet (*Respondeo dicendum, quod ea, quæ sunt in intellectu aliquando habent esse reale fundatum in re extra, aliquando non. & eorum apprehensioni intellectus nihil respondet in re extra, sunt intellectus figmenta, & chimeræ, & illa dicit, q̃ non habent esse, nisi sint Entia apud animam, quod anima ea sentit, tamen sunt.*) Quid clarius? reliqua, quæ eisdem prosequimur idem Doctor, quia sunt veluti fundamentum totius disputationis de Ente Rationis, in sequentib' iuxta debitas rationibus difficultatis explicandæ occasione fidelissimè referemus

Ægid. admittit vnus Rõis ratiocinatæ, & rõ cinantis.

5 Quapropter si nostra conclusio Divisum Entis Rationis in Ens Rationis ratiocinantis, & in Ens Rationis ratiocinatæ cum fundamento in re sufficiens est, & adequata, atque adeo admittenda. Quod sit sufficiens, & adequata ea ratione probatur, quia non est assignare aliquod Ens Rationis, ex omnibus, quæ formari possunt ab intellecta humano, quod non sit vel ratiocinans, & absque fundamento in re, vel ratiocinatæ, & cum fundamento a parte rei: ergo illa divisio in huiusmodi Entia sufficiens est, & adequata, antecedens est certissimum, & consequentia sequitur. Quod autem eadem divisio sit admittenda, ex responsionibus ad contraria fundamenta patebit.

Conc.

6 Ad primam Respondetur, quod Entia Rationis ratiocinantis non idio sunt admittenda, quia forte deseruiant scientiæ, & propter nostrum modum intelligendi, quia noster intellectus cum sit pura potentia in genere intelligibilium, habet modum intelligendi discretum, & aliquando ita concipit res, vt eius apprehensioni nil respondeat a parte rei, & per hæc patet etiam ad secundum.

Solutur contraria.

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Sub Ente Rationis Ratiocinante collocetur etiam carentia sit licet Privationes, & Negationes?

1 AGredimur difficultatem non parui momenti, cuius Dubitationis ratio est, vt magis aperiamus. Notandi est, quod aliquod subiectum potest destitui omnibus modis carere aliqua forma, primo necessario, seu naturaliter, ita vt nullam aptitudinem habeat ad ipsam formam. Secundo contingenter, & casu, ita vt in ipso subiecto sit aptitudo, & capacitas ad formam; Quando subiectum caret ipsa forma naturaliter, tunc talis carentia dicitur negatio, v. g. quando paries caret audita, vel loquela, tunc talis carentia dicitur negatio, quia paries ita caret huiusmodi formis, vt nullam habeat aptitudinem ad illas. Quando vero subiectum careret aliqua forma contingenter

Explicatur quid sit priuatio, & negatio.

ter, & cum aptitudine ad ipsam formam: tunc talis carentia dicitur priuatio: & sic petrus exemp. gratia quãdo caret visu, quia habet aptitudinẽ ad talem formã, dicitur priuatus visu.

3. Huiusmodi autem carentiæ duobus modis considerari possunt: primo quatenus sunt a parte rei verè priuationes & negationes formarum realium: secundo quatenus apprehenduntur ab intellectu tanquam formæ positiuæ, cum tamen non sint positiuæ, & priori modo considerata nõ sunt Entia Rationis, sed potius sunt non Entia realia, quia ideo dependenter, & antecedenter ad omnem intellectum realiter sunt in subiecto non positiuè, quia non habent Entitatem: sed priuatiuè, vel negatiuè, quia realiter sine remotione Entitatem realem: consideratæ vero eadem carentiæ secundo modo, quatenus scilicet apprehenduntur ab intellectu tanquam positiuæ, cum tamen non sint positiuæ, vt cum cõcipimus tenebras admodum impedimus: tunc procul dubio sunt Entia Rationis. Nunc hanc præsentis controuersiæ vltimam huiusmodi carentiam Priuatio, & Negatio quãdo sunt Entia Rationis, collocari debeant sub Ente Rationis ratiocinate, an vero sub Ente Rationis ratiocinantis?

3. Affirmat cãrentiã esse Ens Rõnis ratiocinatũ.

3. Affirmant communes Recentiores (paucis exceptis) ipsas carentias scilicet Priuationem, & Negationem, cum sint Entia Rationis, recte collocari sub Ente Rationis ratiocinate. Ita expresse Suarez ac tom. meth. disp. 54. sect. 3. num. 3. Ruuius Tractatu de natura Entis Rationis q. 3. & non dissentit Magist. Brunus in commentarijs Logicalibus disp. 1. sect. 3. Horum autem sententiæ fundamenta possunt esse sequentia. Priuationes, & Negationes quando concipiuntur ab intellectu tanquam formæ positiuæ, cum re vera non sint positiuæ: tunc verissimè sunt Entia Rationis: sed vt sic non sunt Entia Rationis ratiocinantis, & sine vllo fundamento, ergo sunt Entia Rationis ratiocinate, & cum fundamento in re: maior, & consequentia sunt indubitabiles; probatur minor: quãdo huiusmodi carentiæ apprehenduntur ab intellectu vt forma positiua; cum re vera non sint positiuæ; tunc nostris conceptibus correspondent fundamenta in re, siquæ talia fundamen-

ra ipsa entitatis reales, quæ nullo intellectu cogitãte sunt à parte rei, & communiter dicentur non Entia realia, seu Entia privativa, & negativa, cum non includant Entitatem realem; sed potius excludant.

4 Secundo Ens Rationis ratiocinatæ est illud, quod immediatè terminatur in nostro modo intelligendi, mediatè vero, & remotè in se ipsa: & nunc sit, quando intellectus concipit id, quod est à parte rei, non tamen eo modo quo est: sed quando intellectus apprehendit privationem, & negationem vt formas positivas, cum re vera non sint tales: tunc apprehendit id, quod est à parte rei: non tamen eo modo quo est: ergo tunc intellectus format Ens Rationis ratiocinatæ. Hæc propositio in omnium sententia est certa, probatur minor: quando intellectus apprehendit cæcitatem v. g. quæ est privatio, & illam concipit vt formam positivam, cum re vera non sit talis: tunc quidem apprehendit id, quod est à parte rei, quia concipit ipsam cæcitatem, quæ realiter est à parte rei: sed ipsam non concipit eo modo quo est, quia cæcitas à parte rei, est Ens: vel Ens privativum, intellectus tamen ipsam cæcitatem apprehendit vt positivam.

5 Vera tamen, & probabilior sententia nobis subsistendo est; Privationes, & negationes, quomodocunque abintellectu apprehendantur nullo modo esse collocandas sub Ente Rationis ratiocinatæ, & cum fundamento in re: sed solummodo esse reducendas ad Ens Rationis ratiocinantis, & sine vllo fundamento à parte rei. Hæc sententia quamuis videatur esse contraria communi indoli Recentiorum est tamen sanctæ principia Ægidianæ doctrinæ, cui nec Scotus contradicere potuit, nec Angelicus Doctor; cum in secunda hac obiectum directè cognitum ab intellectu sit solummodo Ens reale secundum esse essentiæ: Cæcitas autem propriè non habet essentiam, cum sit remotio Entis: Sed probatur conclusio efficaciter. Ens Rationis ratiocinatæ necessario debet fundari immediatè in nostro modo intelligendi, & remotè in re, quæ sit extra intellectum. Sed nulla carentia, quomodocunque apprehendatur, habet fundamentum remotum à parte rei: ergo

Stabilitur carentias esse Entia Rationis.

nec

nec priuatio, nec negatio quomodocunq; apprehendantur, possunt dici Entia Rationis ratiocinate. de maiori non est dubitandum: probatur minor. Si priuatio, & negatio haberent à parte rei aliquod fundamentum, maximè esset ipsa realis carentia, seu ipsum non esse, quod realiter est à parte rei: sed ipsum non esse reale, seu ipsa carentia realis, quæ est à parte rei, nullo modo potest dici fundamentum nec proximum nec remotum ipsius Entis Rationis negationis, vel priuationis; ergo nec Priuatio, nec negatio, quomodocunque apprehendatur, habet fundamentum à parte rei; probatur hæc secunda minor: ipsum non esse reale: seu ipsa carentia realis, quæ est à parte rei, non est Ens, ita vt directè possit apprehendi ab intellectu: sed est potius non Ens; vel est remotio Entis: ergo ipsum non esse reale, seu ipsa carentia realis, quæ est à parte rei, nullo modo potest dici fundamentum Entis Rationis priuatiui, & negatiui; antecedens sic fiat: probatur hæc vltima consequentia; quicunque Ens Rationis ratiocinatæ fundamentum remotum est id, quod directè apprehen-

Ipsa carentia realis nõ pòt dici fundamtũ

ditur, tanquam id, quod est à parte rei, proximum verò est modus apprehensionis illius obiecti, quod est à parte rei, quatenus nimirum id, quod est in rerum natura, non apprenditur eo modo, quo est, sed aliter quàm est, nempe secundum esse rationis, & secundum esse abstractum, sed ipsum non esse reale, vel ipsa carentia realis, cum non sit Ens, sed potius non Ens, directè non potest apprehendi ab intellectu, ergo ipsum non esse reale, vel ipsa carentia realis, nullo modo potest dici fundamentum remotum Entis Rationis Priuatiui, & negatiui.

6 Sed petes, quomodo ergo intellectus potest cognoscere priuationem, & negationem, quæ sunt à parte rei? ad hoc Respondet Aegidius in Primo sententiarum dist. 36. quæst. 2. dub. 1. ad secundum argumentũ, quod Rectum est index sui, & obliqui, Priuatio ergo, cum per se cognosci non possit, per habitum cognoscitur, & dupliciter per habitum potest cognosci, primò per speciem oppositam scilicet per formam, qua priuatur, & sic priuatio perfectè cognoscitur; prè te cognoscibilis est; secundò potest priuatio per

quomõ cognoscuntur carẽtiæ realis?

priua-

Arg. resp. de carentia cognoscibilium.

priationem cognoscit, vt eo ipso quo cognosco, me esse in potentia ad scientiam, possum cognoscere me esse privatum scientia, & quia potentialitas reducitur quodammodo ad speciem privationis, io aliquo sensu per privationem Privatio cognoscitur; & quia se cognoscit privationem per habitum, quia est in potentia ad illum, non est actus purus, sed est in potentia ad utrumque contrariorum: hæc autem quæ dicta sunt, respondendo contrariæ sententiæ fundamentis, clariora fient.

Ad argu. in oppositum.

7 Ad Primum concedo maiorem, quod scilicet carentiæ, quando concipiuntur vt formæ positivæ, cum non sint tales, veritatem sint Entia Rationis; sed negatur minor, quod tunc non sint Entia Rationis ratiocinantis: ad cuius probationem concedo maiorem, quod Entia Rationis ratiocinantis nullum habeant fundamentum in re, sed nego minorem, quod Carentiæ habeant aliquod fundamentum à parte rei; & cum dicitur, quod carentiæ, quando apprehenduntur, tunc nostris conceptibus respondeat pro fundamento ipsum non esse, dico, quod ipsum non esse, cum non sit Ens, vel cum sit non Ens, directè ab intellecta apprehendi non potest: & propterea ipsum non esse non potest dici fundamentum Entis Rationis Privativi, & Negativi.

8 Ad secundum distinguenda est minor. Intellectus quando fingit Entia Rationis Privativa, & negativa, tunc apprehendit, quod est, non eo modo quo est, ita vt apprehensioni intellectus correspondeat res ad extra, negatur minor, ita vt conceptioni intellectus nullum respondeat fundamentum à parte rei: conceditur minor: ad probationem autem minoris dicimus, quod argumentum supponit, intellectum directè concipere cæcitatem, tanquam id, quod est à parte rei; quod falsum est, quia ipsa cæcitas, seu ipsa carentia realis, cum non sit Ens, vel cum sit non Ens; sed remotio Entis, non potest directè ab intellectu apprehendi: & propterea intellectus apprehendit ipsam carentiam vt formam positivam; cum revera non sit talis.

DV-

## DVBITATIO TERTIA

### V. Sub Ente Rationis ratiocinate recte et collocentur alia Entia Rationis Positiua, & substantia Rationis, Quantitas Rationis esse?

Magist. Bruno, & alij. Sub Ens Rationis ratiocinatæ.

1 IN hac Dubitatione impugnandum est specialiter cum Mro Præceptore sapientissimo Bruno: qui Disp. 2. sect. 3. totis viribus conatur defendere Ens Rationis ratiocinatæ adæquatè diuidendum esse in Ens Rationis positiuorum, & in Ens Rationis carentiæ: vbi per Carentias intelligit priuationes, & negationes; per Ens vero Rationis Positiui intelligit omnia prædicamentalia vt sub Ente Rationis ratiocinatæ non solum collocati debeant carentiæ; sed etiam Substantia rationis, Quantitas Rationis, Qualitas Rationis, Relatio Rationis, & sic de alijs prædicamentis.

2 Nec desunt pro hac sententia validissimæ Rationes. Prima est, quando intellectus fingit chimeram, montem aureum, & similia; tunc profundubio non fabricatur Ens Rationis relationem, quia Relatio Rationis est respectus, per quem vnum extremum secundum rationem refertur ad aliud; nec tunc efficitur Ens Rationis Privationem, & negationem, vt patet, quia Priuatio, & negatio sunt carentiæ alicuius formæ: chimera autem vel mons aureus non connotat carentiã alicuius formæ; nec dicas huiusmodi Entia fallicet chimeram, montem aureum, &c. esse Entia Rationis ratiocinatis, & sine vllo fundamento in re: nam huiusmodi Entibus chimericis, & impossibilibus bene correspondet à parte rei fundamentum aliquod, illudque erit Qualitas, vel plures substantiæ, ex quibus fingimus ipsum monstrum: v. g quando fingimus montem aureum, concipimus montem quendam, & in super aurum, non vt separatas substantias, sicut revera sunt separatæ, sed vt vnitas.

3 Secundum eiusdem sententiæ fundamentum est, quia quando intellectus apprehendit aliquam formam

inhæsse alicui subiecto, cui reseta non inhæsit: 2. argu. v. g. quando intellectus apprehendit visionem inhæsse parieti, tanquam subiecto, cui reseta non inest, tunc primo dubio intellectus effecit Ens Rationis: sed hoc Ens Rationis non est nec Relatio Rationis, nec Privatio, nec negatio, ergo sub Ente Rationis ratiocinato præter Relationem Rationis, & carentias, alia Entia Rationis positiva collocanda sunt: de maiori huius Syllogismi non est dubitandum: Minor autem est clara.

4 Tertio Ens Rationis ratiocinatæ illud est, quod immediate fundatur in nostro modo intelligendi, & tamen fundatur in ipsa re, quæ est extra intellectum, & tunc fit, quando cognoscitur id, quod est à parte rei, non tamen eo modo quo est: ed quando intellectus apprehendit montem aureum, vel chimeram, &c. tunc cognoscit id: quod est, non tamen eo modo quo est: seu cognoscit, id quod est à parte rei, sed aliter, quam est: ergo tunc per talem modum cognoscendi formatur Ens Rationis ratiocinatæ: & cum talia impossibilia non sint neque Relationes rationis, 3. argu. de facile

neque Privationes, vel negationes: sequitur, quod sub Ente Rationis ratiocinatæ extra relationem rationis, & carentias, recte etiam collocentur alia Entia Rationis positiva, scilicet substantia rationis, Quantitas rationis, &c. hæc vltima substantia minor cum sua sequela indubitabilis est; præmissæ habent aliquam dubium, & indigent aliquali probatione: quæ si recte probentur, argumentum erit difficile. maior, quod nempe tunc hæc Ens rationis ratiocinatæ, quando ab intellectu cognoscitur id, quod est, non eo modo quo est, de se est manifesta. Nunc probatur minor. Quando intellectus apprehendit montem aureum, tunc apprehendit id, quod est, quia iam apprehendit substantiam montis, & substantiam auri, quæ re vera sunt à parte rei: sed vtramque substantiam non apprehendit eo modo, quo est, quia substantiam montis, & substantiam auri apprehendit vt vnitas cum re vera non sint vnitæ: sic dicendum de aliis impossibilibus: ergo quando intellectus fabricat montem aureū, vel chimeram, tunc apprehendit id, quod est, non eo modo quo est; & ex conse-

quen-

quentitum format Ens Rationis ratiocinatæ.

5 Propter hæc argumenta apparet hæc sententia non improbabilis: sed pro resolutione adnotemus pulcram, & fundamentalem doctrinam Ægidij, & primo notandum est id, quod docet Ægid. in primo Sent. dist. 30. q. 3. in corp., quod ea, quæ sunt in intellectu nostro aliquando habent reale fundamẽtũ extra animã, & a parte rei, aliqũ nõ habent. Quãdo apprehensioni nostri intellectus nihil respondet a parte rei, tunc illa, quæ sunt in intellectu, dicuntur Entia Rationis ratiocinatæ; & ita sunt Entia apud animam, quod annihilata anima iam non sunt: quando vero conceptioni nostri intellectus respondet fundamentum a parte rei, si illud est immediatum, & proximum, ita vt inter ipsum conceptum, & id, quod est a parte rei, nihil medietatis, nisi nomen: tunc ea, quæ sunt in intellectu nostro, sunt Entia Rationis tanquam prima intentio ad id, quod correspondet nostris conceptibus a parte rei, ens est proximum & immediatum; sed remotum; proximum autem, & immediatum est in anima; tunc ea, quæ sunt in nostro intellectu, proprie non sunt Entia Rationis ratiocinatæ: sed potius ratiocinatæ; ex quadoctrina infertur, quod ad Ens Rationis ratiocinatæ necessario requiritur Duplex fundamentum, alterum proximum, & immediatum; alterum vero mediatum, & remotum; & proximum debet esse in anima sen ex parte intellectus, qui modus intelligendi humanus sen rationalis secundum esse, quod habet in anima tanquam prima intentio; remotum vero, & mediatum debet esse extra intellectum, seu eadem ex parte secundum esse reale, quod habet a parte rei.

6 Rursus notandum est, quod ex omnibus x. prædicamentis sola Relatio potest esse realis, & Rationis; realis quidẽ vt constituat quartum Prædicamentum, & Rationis vt sit vnum membrũ, dictum Ens Rationis ratiocinatæ. Reliqua vero nouem prædicamenta ita sunt Entia realia, vt nullo modo possint esse Entia Rationis, quod ita declarat cum Ægidio Quodlib. 4. q. 8. Ex Omnibus Decem Prædicamentis aliqua sunt, quæ significant tantum rem; alia significant tantum ordinem, alia tandem sunt, quæ significant

Ex declarãtis fit 1. Relatio posse esse realem, & Rationis.

Ecauerem sub ordine. Quę significant tantum rem, sunt tria scilicet Substantia, Quantitas, & Qualitas. quod significat tantum ordinem, est sola Relatio; ea vero, quę significant rem sub ordine, sunt decem Praedicamenta, de quibus agitur in libro Sex Principiorum: & quia ex omnibus 10 Praedicamentis (exceptis sola Relatione) alia nouem vel significant intrinsece tantum rem, vt est Substantia, Quantitas, & Qualitas; vel significant intrinsece rem sub ordine, vt Reliqua decem Praedicamenta. Ideo ex 10 Praedicamentis nullum est (exceptis Relatione,) quod possit esse Ens Rationis; si enim quodlibet ex nouem Praedicamentis habet intrinsecum quod dicat rem, quomodo potest per intellectum fieri ratio, seu Ens Rationis?

7 His sic dilucidatis. Nostra sententia est sub Ente Rationis ratiocinatione esse collocanda alia Entia Rationis postrema, vt Substantiam Rationis, Quantitatem Rationis, cliniteram, &c. sed ex decem Praedicamentis illam Relationem posse esse Ens Rationis ratiocinatę ita deduci potest ex frequentibus multis in locis, praesertim in supra citatis. Et quod hac eadem sententia sit communis in omni Schola tam Angelici Sancti Thomę, quę etiam subtilis Scoti id adhuc tantum non est: Nam Sanctus Thomas aperte in 1 part. q 28. art. 1. in corpore docet, solum illud hoc, quę dicuntur ad aliquid, immediate secundum Rationem tantum non verum in alijs Generibus, propter eandem rationem, quam supra annotauimus ex Aegidio; Quod vero etiam id sentiat Scholastica subtilis, legatur Illustriss. Caietanus, expositor fidelissimus Scoti in Quęstionem 3. Vniuersalium, pag. 12. ter. tio argumentor, &c. Vbi quaeso, an Vniuersale sit Ens? sic inquam: (*Adhoc argumentum dico, quod vniuersale non est in natura, sed est ab intellecto, rem autem dicit, ergo est fingmentum, negatur, nam fingmentum nihil respondet in re extra, hoc autem est intelligendum secundum dictum totum, non autem secundum partes, quia fingmentum secundum partes aliquid ex re respondet*) quid clarius? Sed probatur vera sententia duplici ratione. Ad hoc vt fiat Ens Rationis Ratiocinatę; requiritur necessario duplex fundamentum aliud proximum, & aliud remotum, & proximum debet esse, quod habet

Rō tertię

Citat. defendēda.

habet ẽ in anima tanquam prima intentio; remotum verò debet esse eadem res secundum esse reale seu realis existentiæ. Sed ex x. Pic. (exceptis Relationibus) nullum aliud potest cõcipi cum hoc duplici fundamento, & quando concipitur mons aureus, Chimera, &c. tunc apprehensioni intellectus nihil respondet à parte rei secundum totum, licet aliquid correspondeat secundum partes; ergo sub Ente Rationis *Ratiocinato* non sunt collocanda alia Entia Rationis positiua, (præter Ens rationis; Patet ratio alis; &c. maior à nemine negabitur, sola difficultas esse potest in minori, quæ efficax esset si probatur; cum intellectus concipit montem aureum, & idem dicendum de alijs chimericis, vt cum apprehendit visionem inhærere pariet, vt subiecto, cui reuera non inhæret. & similiter cum concipit Deum ut nullum lumen sicut vestimentum; vel Angelos Albos, &c. tunc illi apprehensioni nihil respondet à parte rei, quid respondeat a parte rei? non dicas fundamentum a parte rei esse substantiam montis, & substantiam auri; & fundamentum proximum esse eandem intelligendi; seu compositio

rem harum substantiarum. nam si recte Philosophandum est, & non ad libitum, inter fundamentum remotum, & proximum cuiuslibet Entis Rationis *Ratiocinati*, hoc tantum interest, quod fundamentum remotum ei res secundum esse reale, seu realis existentiæ extra animam; fundamentum vero proximum est eadem res secundum esse rationis, seu secundum esse, quod habet in intellectu. Sed cum concipitur mons aureus, tunc apprehensioni intellectus nulla res respondet vt fundamentum, nec res secundum esse reale extra animam; nec minus res secundum esse rationis: ergo cum concipitur mons aureus, chimera, &c. talia non sunt dicenda Entia *Rationis Ratiocinata*; sed potius ficta, & sine vllo fundamento; de minori huius vltimi discursus non video posse esse dubium; minor autem se clare ostendit. à parte rei extra intellectum nullus est mons aureus; ergo cum concipitur, vel fingitur mons aureus, tunc apprehensioni intellectus nulla res respondet, nec secundum esse reale; quia nulla talis est: nec vllus est secundum esse rationis, quia nullus potest habere esse ratio-

Discrimẽ inter fundamẽtum remotum & proximum.

ratio-

tionis, quę prius extra intellectum non habeat esse reale.

8 Probatur secundo eadem sententia. Illud, quod Intrinsece, & essentialiter significat rem, non potest etiam per Intellectum esse Ens Rationis: sed ex decem Praedicamentis (exceptis solis Relatione) omnia alia vel essentialiter significant tantum rem, vel substantia, Quitas, & Qualitas, vel essentialiter significant rem sub ordine, vsque vltima praedicamenta; ergo ex x. praedicamentis sola Relatio, quae significat tantum ordinem, potest esse per intellectum Ens Rationis; reliqua vero, quae essentialiter significant vel tantum rem, vt tria prora Praedicamenta: vel rem sub ordine, vt sunt vltima sex Praedicamenta; non possunt esse Entia Rationis. Vbi ad aduertendum, quod nos non negamus, Substantiam Rationis, Quantitatem rationis, Passionem rationis, &c. sed solum dicimus, quod huiusmodi entia non sunt dicenda rationis ratiocinata, sed tantum rationis ratiocinantis propter rationes multoties repetitas.

9 Sed Respondeamus Argumentis in contrarium, & nostra positio magis confirmabitur. Ad primum iam dictum est, quod Mons Aureus, chimera, &c. sunt sine Entia Rationis ratiocinata, sed ratiocinantis: ad probationem vero negatur antecedens, quod huiusmodi Entibus fictis correspondeat aliqua pars rei aliquod fundamentum fundę, vel plures substantiae, quę concipiantur vnitę: nam illa dę, vel plures substantiae, quae concipiantur vnitę, nullo modo possunt dici fundamentum, nec proximum, nec remotum talium Entium impossibilium: quia in quolibet Ente Rationis ratiocinato vna, & eadem res est fundamentum remotum, & proximum eiusdem conceptus, & apprehensionis, atque fundamentum remotum Res secundum esse reale, est vero fundamentum proximum eadem res secundum esse rationis, seu secundum esse abstractum, vel secundum esse, quod dicitur prima intentio, atque exemplificari potest in vno Ente Rationis ratiocinato, & idem iudicium fit de quocunque alio. Cum intellectus apprehendit hominem, vt speciem, tunc procul dubio conficit Ens Rationis ratiocinatę, quod est secunda intentio Speciei, huic apprehen-

Eadem res fundamentum remotum, & proximum eiusdem conceptus, & apprehensionis.

homini intellectus vna, & eadem res correspondet tam vt fundamentum remotum, quã vt fundamẽtũ proximũ; est enim ipse homo, seu ipsa natura humana, sed homo est fundamentum remotum secundum esse reale, & realis existentiæ, quod habet extra animam: est vero idem homo fundamentum proximum secundum illud esse rationis, quod est prima intẽtio, seu secundum esse abstractum, & cognitum per primam conceptionem formalem. Sed ad propositum cum intellectus apprehendit montem aureum: nunc tali apprehensioni nullum fundamentum correspondet à parte rei, quia extra intellectum nullus est mons aureus secundum esse reale, cuius essentia possit apprehendi secundum illud esse rationis, quod est prima intentio, nec ipsæ substantiæ reales, quæ sic concipiuntur vnitæ, possunt dici aliquo modo fundamentum talis apprehensionis: quia eadem substantia secundum esse reale non potest cognosci vt vnita; quod esset necessarium ad rationem fundamenti remoti; imo pro vt sunt a parte rei realem substãtiæ possunt apprehendi distinctis conceptibus, & vt separatæ, & cum se veræ sunt separatæ.

10 Dices vna, & eadem substantia, apprehensa vt multiplex, est fundamentum distinctionis, ergo similis Essentia plures substantias apprehensa vt vnita, poterunt etiam dici fundamentum huius rationis. Respondetur non esse simile: sed esse inter vtrãque latum discrimen, nam quando intellectus concipit vnam substantiam pluribus conceptibus, vt p. Essentiam Diuinam; nunc talis substantia potest esse fundamẽtum distinctionis, quia propter suam infinitatem supplet per se ipsam infinitis perfectionibus, vnde dicitur virtualiter multiplex, & re vera pro quocunque statu habet in se omnes illas perfectiones, quæ pluribus apprehenduntur conceptibus: vnde eadem Diuina Essentia est fundamentum remotum, & proximum illius distinctionis: sed Diuina Essentia vt a parte rei est virtualiter multiplex, & fundamentum remotum: eadem vero Diuina essentia, vt pluribus conceptibus apprehẽsa, est fundamentum proximum. At quando intellectus concipit plures substantias vnitas: tunc tales substantiæ in nullo statu possunt sic cognosci, nec apprehensum ab intelle-

ctu

Explicatur quia in talia.

dua parte rei habeat aliquod esse; quod & intellectus illas substantias sic apprehendit, scilicet montes aureos: hoc tamen est, quia à parte rei sit aliquod fundamentum talis conceptionis; sed quia intellectus est varius, & cæcus.

Denominatio extrinseca ē ens rationis.

11 Ex hac doctrina facile solvuntur reliqua argumenta. Ad secundum. Respondetur, quod quando intellectus apprehendit aliquam formam in esse alieno subiecto, cui vera non inest, vt quando apprehendit denominationē extrinsecam, v. g. visionem facie parieti, adquem visio est tantummodo vt ad terminum, tunc intellectus non fabricat Ens Rationis ratiocinatæ, & cum fundamento in re; sed omnino Ens Rationis ratiocinantis, quia quando intellectus apprehendit visionem inesse parieti: non fundamentum huius apprehensionis non potest esse ipsum paries, nec ipsa visio, non paries, quia hic à parte rei est tantum terminus, seu obiectum visionis, ergo non potuit cognosci ab intellectu tanquam subiectū, cui inhæreat visio: nec minus visio potest dici fundamentum talis apprehensionis, ipsa cum visio à parte rei non sit forma inhærens parieti: sed solum forma extrinseca, & terminata solum ad parietem tanquam ad terminum, non potest ab vsu intellectus, vt efficax sit visionem tanquam formam inhærentem parieti, cum re vera non inhæreat illi: sed solum vt ad terminum.

12 Ad 2. negandā est minor absolute; quod. s. quando intellectus apprehendit montem aureum, vel chimeram, &c. tunc apprehendat id, quod est, non comodo quo est: ad cuius probationem dicimus, quod apprehensioni montis aurei non possit correspondere pro fundamento substantia montis, & substantia auri; sed deberet correspondere compositum ex monte, & auro; quia apprehendere montem aureum, non est simplex apprehensio, ita vt conceptui tantum correspondeat vna simplex quidditas rei, sed potius apprehendere montem auream, est conceptus compositus, seu apprehensio componens, ergo tali apprehensioni debet correspondere aliquod compositum ex monte, & auro, quod compositum cum nullo modo sit a parte rei propterea apprehensio dicitur figmentū, & non Rōis ratiocinātis.

## DVBITATIO QVARTA

*Vtrum Ens Rationis Ratiocinatæ dicatur ad Conuertentiam cum sola Relatione rationis?*

1 SEcundo est, an sub Ente Rationis Ratiocinatæ præter relationem Rationis sint alia membra dividentia? Principalis ratio dubitandi est, quia sub Ente Rationis Ratiocinatæ non collocantur entia, vt vidimus dubit. 1. Nec collocantur alia Prædicamenta diuersa à Relatione, vt iam ostensum est in dubit. præcedenti, ergo Ens Rationis Ratiocinatæ non se habet in plus, quam Relatio rationis, sed dicetur poni ad Conuertentiam cum illa, itaut Omne Ens Rationis Ratiocinatæ sit Relatio Rationis, & Omnis Relatio Rationis sit Ens Rationis Ratiocinatæ.

Nō dubitandi.

2 Pro Resolutione tamen diligenter est obseruandum id, quod satis fundamentaliter docet Aegid. in 1. Sent. dist. 30. q. 3. in corp. quod Relatio Rationis non est eadem cum secunda Intentione obiectiua, vt falso multi Recentiores censent, confundentes Relationem Rationis cum secunda Intentione, & secundam Intentionem cum relatione rationis; sed est ita latum discrimen inter vtramque, vt ratio vnius nullo modo includatur in ratione alterius, & loquentes primo de Relatione Rationis, dicimus, quod illa nihil aliud est, nisi ille ordo seu ille respectus, qui immediate fundatur in nostro modo intelligendi: & mediatè seu remotè fundatur in ipsa re extra intellectum: nec potest intellectus apprehensionem nouæ ingenij subtilitate perquirere, vt de secundis Intentionibus *Ratim.* infra dicemus: sed necessario consequitur ex positione sui proximi fundamenti, & termini: atque adeo quando Intellectus apprehendit id, quod est a parte rei, scilicet extrema relatiua, eaque concipit non eo modo quo re vera sunt a parte rei, sed vnum Relatiuum concipit dependere ab alio, a quo reuera non dependet, tunc statim in illo extremo sic cognito resultat relatio Rationis. Dabo maioris claritatis gratia exemplum, quod erit simul etiam declaratio quid ditatiui *Relationis Rationis*. Apprehendit Intellectus v.g.

surata dependere à mensura: & quia dependentia illa mensurati à mensura fundatur immediatè in ipsa re, quia mensuratum re vera à parte rei dependet à mensura, ideo per hùc modum intelligendi non resultat propriè relatio rationis, sed potius ex dependentia reali mensurati à mensura, resultat relatio realis, sicut cum Relationum eadem sit ratio, & intellectus non possit cognoscere vnam relationum, quin simul apprehendat aliud, ideo apprehendit etiam mensuram dependere à mensurato, quod non fit est a parte rei, cum in rei veritate mensura non dependeat à mensurato, sicut mensuratum dependet à mensura; & quia Intellectus tunc apprehendit id, quod est, nō eo modo quo est: quia mensura licet sit a parte rei, non tamen reuera dependet à mensurato, propterea potest mensura à parte rei tanquā fundamento remoto, & cognita per intellectum eidem mensura cum dependentia à mensurato, tanquam fundamento proximo, datur ex eo modo cognoscendi sine vlla alia noua perquisitione Intellectus, necessario consurgit in mensura quædam Relatio rationis, qua ipsa mensura refertur ad mensuratum: & talis Relatio rationis immediatè fundatur in modo cognoscendi nostri intellectus, remotè vero in ipsa met mensura. Ecce quid est Relatio Rationis: & quo modo ex nostro intelligendi modo de necessitate consurgit.

Relatio rōnis immediatè fundatur in modo intelligēdi remotè vero in re extra animā.

3 Sed Petes, quare Intellectus concipiat mensuram, dependere à mensurato, à quod reuera non dependet. Absque eo, quod apprehēdendo fit falsa? Respondeo, id totum prouenire ex modo intelligendi nostri Intellectus, qui cum sit pura potentia in genere intelligibilium non cognoscit res nisi secundum exigentiam sue formæ formam autem & speciem, per quam cognoscit Intellectus noster, est species abstracta à fantasmatibus, i. est species, abstrahens ab hic, & nunc, & representans rem sine conditionibus individuantibus: & propterea intellectus noster ex suo modo intelligendi habet, quod nō quam apprehendit res, secundum illud esse reale, quod habent à parte rei; sed semper concipit res, quæ sunt à parte rei, secundum illud esse rationis, quod est prima intentio, sicut ergo Intellectus concipit naturam humanam, v. g. quæ est a parte rei, non tamen secundum illud

esse

esse realis existentiæ, quod habeat a parte rei, sed secundum esse abstractum, seu secundum esse Rationis, quod est prima Intentio, nec propterea conceptus est falsus, quia sic est modus suæ intelligendi; ita, cum concipit mensuram dependere à mensurato, à qua reuera non dependet, non propterea conceptus est falsus: quia in rei veritate mensura est a parte rei: quod autem Intellectus non concipiat mensuram secundum illud esse reale, quod habet a parte rei, sed secundum esse abstractum, quod est prima intentio, hoc provenit ex suo modo intelligendi.

Secunda Intentio non intelligitur subtilitate perquiritur

4 Non sic est de secunda Intentione obiectiua: nam hæc non consequitur ex modo Intelligendi modo: sed nostræ Intelligentiæ nostri subtilitate perquiritur exempli gratia apprehendit Intellectus naturam humanam, quæ est a parte rei, sed illam non apprehendit eo modo, quo est a parte rei, cum in suo modo intelligendi non attingat esse Physicum, sed cognoscit illam, abstrahendo quem modum essendi habet a parte rei; & quia in hoc statu abstractionis eadem natura cognoscitur communis plurimis Individuis: adhuc posito fundamento remoto, s. natura humana, quæ est a parte rei, & supposito etiam fundamento prochimo s. apprehensione eiusdem naturæ, non eo modo quo est; sed cum est se prima Intentionis in statu abstractionis; tunc non sequitur necessario secunda Intentio obiectiua: sed Intellectus nouæ suæ inuestigatione perquirit; quomodo natura humana sic cognita, debeat nominari; & sua subtilitate videns, quod natura humana est communis multis Individuis, propterea illam nominat speciem. esse quomodo secunda Intentio obiectiua habet esse videbimur sum à Relatione Rationis.

5 Sit si petatur, an Relatio Rationis habeat magis de esse, quam secunda intentio rei contra? dicit satis Respondet Aegid. vbi sup. quod apprehensio nostri Intellectus habet quatuplex esse, Nam ea, quibus reale fundamentum immediate respondet, sunt Primæ Intentiones: illa autem, quibus a parte rei nullum respondet fundamentum, nec mediate, nec immediate, habent esse minimum. Sunt Entia Rationis Ratiocinatiua vero, quibus respondet fundamentum in re, sed immediatum, sed mediatum, sunt in duplici

prima Intentio nes habent esse positiuissimum

differentia; nam quædam magis appropinquant eis, quæ habent esse potissimum, & huiusmodi sunt relationes rationis, quæ necessario cõsequuntur ad actum intelligendi, & ex necessitate ipsa magis habent de esse; atque adeo magis appropinquant eis, quæ habent immediatũ fundamentum in re; quædam vero magis appropinquant eis, quæ habent esse minimum, & huiusmodi sunt secundæ intentiones, quæ cum non sequantur necessario ex actu intelligendi, habent minimum de esse; & propterea magis appropinquant eis, quæ habent esse minimũ.

6 Eſtque inter omnia Entia Rationis hic ordo, quod primo sunt ea, quæ immediatum fundamentum habẽt in re, vt primæ intentiones. Secundo Relationes rationis, quæ necessario sequuntur ex actu intelligendi tertio secundæ intentiones, quæ non necessario sequuntur ex intelligendi actu: sed nouo ingenij subtilitate perquiruntur, quarto demum sunt omnia Entia rationis ratiocinãtis, quæ nullum habent fundamentum in re.

7 Ex qua doctrina sic posita, inferetur nostra conclusio. Ens Rationis ratiocinata non dicitur ad conuer-

Concl. subdiuẽ da.

tendam cum sola relatione rationis: sed sub Ente Rationis ratiocinata præter Relationem rationis, collocantur etiam primæ, & secundæ intentiones: ita vt adæquata diuisio Entis Rationis ratiocinatæ sit in Primas intentiones, in Relationem rationis, & Secundas intentiones. Ita expressè deduci potest ex Aegid. vbi sup., & sic potest probari. Primæ, & secundæ intentiones obiectiuæ sunt verè, & propriè Entia Rationis ratiocinatæ: sed Primæ, & Secundæ Intentiones distinguuntur à relatione rationis, ita vt nec Ratio rationis sit Prima, vel Secunda Intentio, nec è contra, ergo Ens Rationis ratiocinatæ non conuertitur cum sola relatione rationis. Maior propositio, quod primæ, & secundæ intentiones obiectiuæ sint propriè Entia Rationis ratiocinatæ, verissima est, & constare potest ex dictis, & in sequenti articulo, vbi specialiter agemus de intentionibus, res clarior patebit; minor vero, quod scil. Prima, & Secunda Intentio non sit relatio rationis, nec è contra; ex notabili suprapositio satis liquet: nam relatio rationis necessario cõsequitur ex nostro intelligẽdi modo; Prima Intentio im-

me-

mediate fundatur in re; & Secunda Intentio non sequitur necessario ex actu intelligendi, sed nova ingenij nostri solertia perquiritur. Et per hæc patet ad Rationem Dubitandi.

Obiectio non leue argumentum.

3 Sed contra hæc obijcies non leue argumentum. Quælibet secunda intentio fit pactu comparationum, quandoscilicet cognoscit naturam, illam referendo suis inferioribus: sed actus comparationis essentialiter includit respectu alterius alium; ergo quælibet secunda intentio vel essentialiter includit Relationem rationis, vel non distinguitur ab illa: & consequenter male dividitur Ens Rationis ratiocinate in Relationem Rationis, & in secundam intentionem: maior est certa, quoniam posset intellectus nominare naturam humanam vel vniuersalem, vel speciem, nisi illam cognosceret communem pluribus individuis: & naturam animalis quomodo posset nominare Genus, nisi comparando eandem naturam pluribus speciebus? minor etiam est euidens, quia actus comparationis idem est, ac actus relatiuus, quia dum intellectus comparat naturam suis inferioribus, illam refert eisdem inferioribus, ergo actus comparationis semper includit essentialiter relationem. Hæc obiectioni commodius satisfaciemus in dubitatione sequenti.

## DVBITATIO QVARTA

### *Vtrum Distinctio Rationis ratiocinate pertineat ad Relationem Rationis, vel ad secundam intentionem?*

1 RAtio dubitandi est tantillis illi argumento, quod obiecimus in fine dubitationis præcedentis, ibique reliquimus insolutum: etenim distinctio rationis ratiocinatæ fit ab intellectu per actum comparationum, referendo vnum extremum distinctionis, ad aliud extremum, cum quo distinguitur: sed actus comparationis non est sine respectu, & ordine ad aliud, ergo distinctio rationis ratiocinatæ potius pertinebit ad Relationem Rationis, quam ad secundas intentiones.

Nostra sententia.

2 Veritas tamen obiectio dilucidanda iuxta Aegidiana Principia, est. Distinctionem Rationis ratiocinatæ non pertingere directe ad Re-

latio-

lationem rationis, sed potius ad secundas intentiones. Hæc autem assertio, vt facile probetur; & omnis difficultas euacuetur, diligenter aduertendum est id, quod docet Scotus in Quodlib. 3. q. 8. quod Relatio duplex est. altera dicitur Relatio secundum esse, alia vero dicitur Relatio secundum dici. Relatum seu Relatio secundū esse est illa, quæ secundum id, quod est, non pertinet ad aliud Prædicamentum nisi ad Relationem, vt v. g. Pater; vel Paternitas, filiatio, &c. huiusmodi quia secundū id, quod sunt, pertinent ad Prædicamentum Relationis, propterea dicuntur Relatiua secundum esse seu prædicamentalia: ea vero sunt Relatiua secundum dici, quę secundum id, quod sunt, pertinent ad alia prædicamenta; includunt tamen quendam modum relationum, vt scientia, & scibile dicuntur Relatiua secundum dici, seu transcendentalia, quia scientia secundum id, quod est, ad qualitatem pertinet: & scibile secundum id, quod est, aliquando pertinet ad substantiam, aliquando ad quantitatem, aliquando ad alia Prædicamenta: quia tamen tam scientia, quam scibile includunt quendam

Relatio est duplex: alia secūdū esse, alia secūdū dici.

modum respectuum, propterea tam scientia, quam scibile dicuntur Relatiua secundum dici.

7 Hæc autem distinctio non est tantum propria Relationis: sed competit etiam omnibus aliis prædicamentis. nam dantur substantia secundum esse, & dantur substantia secundum dici: substantia secundum esse est illa, quæ secundum id, quod est, ad nullum aliud prædicamentum pertinet, nisi ad substantiam, vt homo, animal, &c. substantia vero secundū dici ea est, quæ secundum id, quod est, pertinet ad alia Prædicamenta, habet tamen multum substantiæ: vt libet accidens abstractum, v. g. albedo secundum id, quod est, ad qualitatem pertinet; quia tamen Quodlibet accidens abstractum significat aliquid per modum per se stantis, & sic habet quendam modum substantiæ; propterea albedo, & quodlibet Accidens in abstracto dicitur substantia secundum dici. Sic Quantitas alia est secundum esse, vt illa, quæ secundum totum, quod est, pertinet ad solam Quantitatem, alia est quantitas secundum dici, vt quodlibet aliud Prædicamentum cum includit modum Quā-

Eadem distinctio conuenit cæteris prædicamentis

tita-

ctatium, v.g. quælibet virtus secundum id, quod est, ad qualitatem pertinet quia tamen virtus dicitur magna, vel minima, & sic includit modum quantitatium: propterea virtus dicitur quanta secundum dici, sic discurredum per alia singula Prædicamenta.

Eadem dictio non competit omnibus Relatis modo.

4 Et non solum eadem distinctio competit omnibus aliis Prædicamentis modo explicito: sed quod magis est, continet etiam relationis rationis: sicut supra diximus de Relatione Reali; sic vt Relatio Rationis alia sit secundum esse, alia sit secundum dici. *Relatio Rationis secundum esse* est illa, quæ secundum id totum, quod est, ad solam relationem pertinet, vt *Relatio* Dominij vel Creatoris est Relatio rationis, quia prorsus non fundatur nisi in quadam dependentia Domini à Seruo, apprehensa tantum a nostro intellectu, remotè verè fundatur in ipsa re, quia aliquod Relatum à parte rei dependet ab alio relato, vt seruus à Domino, est igitur relatio Domini, relatio rationis; sed dicitur eadem relatio secundum esse, quia Dominus secundum id totum, quod dicit, ad solam relationem rationis pertinet. *Relatio eandem rationis secundum dici est illa*, quæ secundum id, quod est, ad aliud pertinet prædicamentum, includit tamen quemdam modum respectium: vt scibile *est Relatum Rationis* secundum dici. Quod sic: relatum rationis patet, quia scibile non dependet a scientia, nec refertur ad scientiam, & si concipitur dependere a scientia, hoc ideo est, quia scientia dependet à scibili, & est fundamentum a parte rei Relationis scibilis ad scientiam; fundamentum vero proximum est modus intelligendi; *Relatio* ergo scibilis ad scientiam rationis est, sed non est Relatio rationis secundum esse, quia scibile secundum id, quod est, non pertinet ad *Relationem*, sed potius ad *Qualitatem*; est igitur relatio rationis secundum dici, quia quamuis scibile secundum id, quod *est*, pertineat ad Qualitatem, includit tamen quemdam respectum. Ex hac hac doctrina valde notanda, tum quia est fundamentalis, & vera in omni Schola, tum etiam quia passim deseruiet in multis occasionibus.

5 Nunc probatur facile nostra sententia, quod distinctio Rationis ratiocinatę

non

Fundamentum ni-hil est

non pertineat directe ad Relationem Rationis (intelligit secundum esse) sed propriè ad secundas intentiones. Distinctio rationis ratiocinatæ est respectus rei ad id, quod est, non est præcisè referre sed est cognoscere vnum, non cognoscendo aliud vel est cognoscere vnum sine alio; quia tamen hæc cognitio vnius sine alio includit quædam modum relationis, idem distinctio rationis ratiocinatæ potest dici relatio secundum dici fieri, quod est, non pertinet ad relationem; sed potius ad alia Prædicamenta; quia tamen fieri includit quendam respectum ad fieri, propterea fieri dicitur Relatium secundum dici.

6. Et per hæc patet solutio ad dum ad *Rationem* dubitandi in Principio huius dubitationis adductam, sed etiã ad argumentum in fine dubitationis, præcedentis obiectum: quando enim dicitur, quod secunda intentio, & distinctio rationis ratiocinatæ sunt per actum comparandi, seu per actum reflexionis, id verum est. ex eo autem non sequitur, quod tam secunda intentio, quam distinctio rationis ratiocinatæ quantum ad id, quod sunt, pertineant proprie ad Rela-

n. 5. ad argumentum in fine dubitationis fiendum ad ductum.

tionem rationis secundum esse: ad quod non fuit facta potest, quod non secunda intentio, quam distinctio rationis ratiocinatæ sunt Relationes secundum dici, quod libenter admittimus.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *De Membris, adequatè dividentibus Ens Rationis Ratiocinatæ, & specialiter de Primis, atque Secundis Intentionibus.*

DE Relatione Rationis, & de his, quæ ad integram eius notitiam, necessaria sunt; commodius pertractabimus in disp. 4. secundi Tractatus, quando agemus de Relatione realis: cum sit eadem ratio vtriusque quantum ad aliqua.

De intentionibus autem multa fuerunt à Recentioribus disputata; quorum aliqua vel facilè possunt intelligi ex dictis in Quæstionibus, iam declaratis de Ente Rationis, vel plenius tractabuntur in disputationibus sequentibus tam de Vniversalibus in communi, quam

etiam

etiam universalibus in particularis universalia enim vel tam ipsa intentiones, prę sertim secundę, vt dicti sunt tionibus non loquimur, & propterea solum hoc ea de intentionibus specialiter tangemus, quæ ita peculiaria sunt huius loci, vt alibi demandari non possint.

## ARTICVLI SECVNDI

### *De Primis, neque Secundis Intentionibus.*

*Dubitationes Duæ.*

*Dub. I.*

*V. Prima Intentio sit in omni rigore Ens Rationis, & in quo distinguatur tam à Relatione Rationis, tum etiam à secundis Intentionibus?*

*Dub. II.*

*Vtrum una Secunda Intentio possit esse fundamentum alterius?*

### DVBITATIO PRIMA

*V. Prima Intentio sit in Omni rigore Ens Rationis, & in quo distinguatur à Relatione Rationis, & à Secundis Intentionibus?*

1. EX Omnibus scriptoribus tum Antiquioribus, tum Recentioribus paucilli inueniuntur, qui hanc distinctionem moueant ex professo, licet omnes præfatorum sententiæ præsupponant, vt indubitabile, Primam Intentionem obiectiuam, esse realem, tam magè quam prima intentio formalis; quæ est ipse actus intelligendi: Imo magis dicunt esse realè Primam Intentionem obiectiuam, quam primam intentionem formalem, quia hæc Prima Intentio formalis habet esse reale subiectiuè in intellectu tanquam in subiecto reali: Prima autem intentio obiectiua habet esse reale extra intellectum: & quamvis non videam aliquod argumentum in forma pro hac sententia; illa tamen

Fere oēs recētiores supponunt primā intentionē obiectiuam esse realem.

sic potest fundari. Prima Intentio obiectiua est ipsa res, quæ cognoscitur per actum intellectus, ergo Prima Intentio obiectiua est Ens reale, & non Ens rationis. Antecedens inde patet, quia in hoc distinguitur Prima Intentio formalis à Prima Intentione obiectiua: quod Prima formalis est ipsa actualis cognitio, qua intellectus apprehendit Obiectum. Prima vero Intentio Obiectiua est ipsum obiectum, quod apprehenditur; probatur modo consequentia, Omnis res, quæ est obiectum Primum intellectus, est verum Ens reale, contra distinctum ab Ente Rationis: sed Omnis Prima Intentio obiectiua est ipsum obiectum primum intellectus, ergo Omnis Prima Intentio obiectiua realis est, & non rationis. minor est iam declarata, probatur maior Omne obiectum potentiæ realis dicitur esse reale, ergo Omnis res, quæ est obiectum Primum Intellectus, est verum Ens reale, contradistinctum ab Ente rationis. Secundo vel per Primam Intentionem obiectiuam intelligitur ipse actus intelligendi: seu actualis cognitio, & hoc non, quia actus intelligendi est Prima Intentio formalis; de qua nulli dubium est, quin sit Ens reale intentionale; vel intelligitur id, quod producitur per actum intelligendi; & hoc neque, quia productum per intelligendi actū est ipsa Verbum mentis, seu species expressa, quæ similiter est verum accidens reale de Prædicamento Qualitatis, vel tandem per Primam Intentionem Obiectiuam intelligitur ipsa res intellecta; & de hac quis dubitare potest, quin sit verum Ens reale, omnino distinctum ab Ente Rationis? Tertio Prima intentio obiectiua distinguitur procul dubio à secunda, ergo Prima Intentio obiectiua non est propriè Ens Rationis. probatur consequentia, quia non apparet, qua alia differentia esse possit inter primam intentionem obiectiuam, & secundam, nisi quia secunda est proprijssimè Ens Rationis; prima vero est verum Ens reale; si autem ponatur, quod Vtraque Intentio obiectiua sit propriè, & in rigore Ens Rationis, in quo poterit distingui Prima Intentio obiectiua ab Intentione secunda?

1. argu.

2. argu.

3. argu.

4. Certè huius Opinionis semper fui, antequam professer Ægidianam Doctrinam; & cum ab aliquibus

sensis-

Auctor explicat opinionem Ægidii, quam falsa ait arguam

fatebamur, quod Prima Intentio obiectiua eſt Ens Rationis, quod videbatur mihi valde abſonum à Veritate, ni dicam penitus improbabile; ſed cum primum legi Præceptorem Ægidium in Quolib. 2. q. 6. non poſſe mihi mutare ſententiam, quod ſi res bene conſideretur, & perpendatur, dicendum exiſtimo, nullo modo ſubſiſteri poſſe, quod Prima Intentio ſit Ens reale: quia tanta res eſt granis, & nuda iuuat dicere, ſed probare:

Intētio ſiue Ens Rationis eſt id quod intellectum eſt

3 *Idem notandum diligenter, quod iuxta ſecundam Etimologiam vocabuli ſibi habitam eſt, niſi Intellectum Ens: ideſt Ens, cauſatum, & productum ab intellectu: vnde illud Ens, quod primo cauſatur, ſeu primo producitur ab intellectu per actū primum, & directum, dicitur Prima Intentio obiectiua: Ens vero cauſatum ab intellectu per actum ſecundum, & reflexum, ſeu per ſecundam Intentionem, & ſecundum aſpectum, dicitur Secunda Intentio obiectiua.*

4 *Ex quo infertur primo, quod ipſa res, quæ eſt extra Animam, & habet eſſe extra intellectum, nullo modo intentio dici poteſt, nec Prima, nec Secunda; quia quod habet eſſe extra intellectum, non dicitur ens intellectus, ni velimus dicere, quod res, quæ habet eſſe extra Animam, ſit quædam intentio, quatenus eſt ſubiectum intentionis, ſeu quatenus eſt ſubiecta intentioni, & ſic res extra animā dici poteſt Intentio fundamentaliter, non formaliter.*

5 *Secundo infertur eſt ſecundo, quod intentio formaliter debet eſſe Ens cauſatum ab intellectu per actum intelligendi, vel directum, & primum, vt eſt Prima Intentio; vel per ſecundum, & reflexum, vt eſt Secunda Intentio; & ſi clarius loquendum ſit, dici debet, quod Intentio propriè, & in rigore nihil aliud eſt formaliter, niſi eſſe obiecti cogniti, vel eſt obiectum ipſum actu cognitum, pro vt actu cognitum, ita vt ly eſſe obiecti cogniti, vel ly eſſe obiectum actu cognitum ſit ipſa intentio formaliter; res vero, quæ cognoſcitur, ſit fundamentum intentionis: & eſſe obiecti cogniti eſt cauſatum per actum primum, & directum, erit Intentio Prima obiectiua: ſi vero eſſe obiecti cogniti erit cauſatum per actum ſecundum, & reflexum, erit Intentio ſecunda.*

Intētio ſiue Ens Rationis eſt intellectum

Essentia sine nō esse distincta ab esse reali vel rationis

6 Hoc tantum restat ex co prouenire absentium est, quia res secundum suam essentiam non habet esse proprium, distinctum vel ab esse naturæ, quod est esse reale, vel ab esse intelligibili, quod est esse rationis: & hoc est adnotandum satis: nam multi in hoc decipiuntur existimantes, vnamquamque rem habere tripliciter esse, quorum primum vocant esse naturæ, seu esse reale, vel realis existentiæ, vel esse particulare, seu esse extra animam: secundum esse vocant esse rationis, seu esse vniuersale, vel esse obiectiuum: Tertium tandem esse vocant esse essentiæ secundum se: quasi quod Essentia secundum se habeat aliud esse, distinctū vel ab esse reali, vel ab esse rationis: Sed hoc in Scholis communiter falsum est, quia essentia secundum se, vt docet Ægid. in quodlib. 3. q. 6. non habet esse distinctum ab esse reali, vel ab esse rationis: sed si Essentia considerantur, pro vt sunt partes rei, seu extra intellectum: tunc habent esse reale, si vero considerantur, pro vt sunt obiectum intellectus, & quatenus circa ipsum negotiantur intellectus; tunc habent esse rationis; cum hoc tamen discrimine, quod in ista cognoscitur ab intellectu primo aspectu, seu per actum primum, & directum, qui solet appellari actus intelligendi formalis, seu prima intentio formalis, nascitur habere esse rationis tanquam Prima Intentio; si vero eadem res apprehendatur per actum reflexum, & secundum qui solet vocari Secunda Intentio formalis; tunc ipsa met res habet esse rationis tanquam Secunda Intentio. Eodem modo dicimus circa quamlibet rei, seu quamlibet rei secundum suam essentiam; quatenus est obiectum intellectus, nō habet nisi esse rationis vel tanquam Prima Intentio; vel tanquam Intentio Secunda: & sic concludimus, quod Intentio formaliter, & in rigore non est ipsa res, quæ cognoscitur, sed est quoddam esse, quod acquirit res, dum actu cognoscitur, & vocari potest esse obiecti cogniti, pro vt actu cogniti.

7 Notandum Secundo id, quod annuimus cum Ægidio in Præcedenti articulo dubit. 4. hoc scilicet esse discrimen inter Primam Intentionem obiectiuam, & Relationem rationis, ac Secundas Intentiones; quod Prima Intentio obiectiua immediate fundatur in re, & ita directe tendit per actum

ptualis-
mus est in
relatio-
nē, &
relatio-
nē rōnis
ē rōne
ſſdamē
ti.

ſſum intelligendi, vt inter ipſam rem cognitam, & actū intelligendi nihil prorſus medietur; Relatio vero rationis & ſecunda Intentio non fundantur immediate in re ſed proxime, & immediatè fundantur in modo intelligē di: ſed in re, vt habet eſſe rationis: & tantum remotè fundantur in re: iſtinguitur ergo Prima Intentio à Relatione rationis: & ſecunda Intentione, eo quod Prima Intentio non ſit Ens Rationis, ſicut Relatio, & ſecunda Intentio: ſed quia Prima Intentio proximè, & immediatè fundatur in re: Relatio verò, & ſecunda Intentio ſolum remotè fundantur in re: & Quamuis Prima Intentio cauſetur per actum Intelligendi, illumque ſupponat; non tamen ſequitur, quod Prima Intentio fundetur in re mediante actu intelligendi: quia inter Primam Intentionem, & ipſam rem non mediat actus Intelligendi tanquam id, quod: ſed tanquam id, quo ſuſtantur ipſa prima Intentio: abſtinet relationem rationis, & rem, mediat prima intentio tanquam id, quod: ſi autem inter ipſam rem, & ſecundam intentionem mediat etiam prima intentio tanquam id, quod, & hæc eſt potiſſima diſtinctio inter Primam Intentionem, & Relationem Rationis, atque ſecundas Intentiones.

8 His Obſeruatis Ecce noſtra Sententia Prima Intentio Directa eſt in omni rigore Ens Rationis: & Ratione fundamenti ſufficientiſſimè diſtinguitur tum à Relatione, tum etiam à ſecundis Intentionibus. Hæc aſſertio, quo ad vtramque partem eſt expreſſa Ægidij; & Prima pars eſt manifeſta in Quodlib. 2. q. 6. altera verò pars in 1. ſent. diſt. 30. q. 3. ſolum poſſet eſſe dubium, an eadem ſententia ſit etiam communis in vtraque ſchola tam Angelica, quam ſubtili: & quod Omnes Scholaſtæ communiter defendant Primam Intentionem eſſe propriè Ens Rationis, id indubium verti non debet; nam in publica quadam Diſputatione, habita Romæ in Collegio S. Bonaventuræ à Quodam vtro eiuſdem Seraphicæ religionis Magiſtro, in Doctrina Scotica valde Vniuerſali, ſic actum, eiuſque in ſcriptis concluſio ſub his terminis erat) *Prima Intentio eſt Ens Rationis, eſt enim Obiectum actualiter cognitum in quantum cognitum paſſiuè cognitione per actum directè Intellectus; Ens verò reale*

ſi-

antepri
mā inté
ctionē &
ipſā rē
adē me
dium vt
Quod

etiā in
Schola
ſubtili
Prima
Intētio
eſt Ens
Rōnis

*sicuti affirmative non est, sed potest esse negativam; ita actua liter non est, sed potest esse prima Intentio.*) Idque primus addiderant, & docuerant Viri eiusdem familiæ, omni Laude dignissimis, meisque Primis Præceptoribus Magistro Galparino Pantorcitano, & Magistro Philippo Alcariensi, quorum doctrina potius est admiranda, & celebranda silentio, quam rudis memoranda Verbis; Est igitur certum in Schola subtili, quod Prima Intentio est Ens Rationis. Quod vero idem defendatur apud Angelicos, res est certior: Nam D. Thomas Opusculo de natura Generis, Relatus à Sanchez in Comment. super Logicam q. 21. in hoc distinguit secundas intentiones a primis, quod primæ Intentiones immediatè fundantur in rebus; Intentiones vero secundæ immediatè fundantur in esse Rationis, & in Primis, ergo Primæ intentiones in Schola Sancti Thomæ Entia Rationis sunt.

Doctores Scholastici idem defendentes.

Idem defenditur in Schola Angelica.

## Conclusio Quinquagesima

9 Quod si aliquando, vel apud Aegidium, vel apud Angelicum, & Subtilem inueniatur, primas intentiones esse Entia realia, ut multipliciter expostulatum est; Primo intelligi potest, quod Prima intentio sit ens realefundamentaliter, quatenus nempe immediatum, & proximum fundamentum Primæ Intentionis est ipsæ res extra Animam, & quia intentiones sunt minimè Entitatis, & totum esse, quod habent, est esse fundamenti proximi, cum proximum fundamentum Primarum intentionum sit rei essentia, quæ est quædam res extra animam: secundarum vero intentionum proximum fundamentum sit Ens in Anima; ideo primæ Intentiones aliquando dicuntur reales; secundæ vero Intentiones absolutè dicuntur Entia Rationis; secundo id idem intelligi potest, quod 1. Prima Intentio est realis quantum ad nomen, quia Nomina Primarum Intentionum realia sunt, & non inuenta per operationem Intellectus, sed imposita rebus ab Adamo Parente iuxta rerum naturas, & conditiones: vt Homo, Equus, Animal, &c. at nomina secundarum intentionum sunt ad inuenta industrilitate Ingenij nostri, vt Genus, Species, &c. concludendum ergo tanquam certissi-

ciſſimam in omni ſchola, quod Prima Intentio eſt in omni rigore Ens Rationis:

10 Et hæc erat Prima Pars noſtræ aſſertionis, quæ efficaciter ſic probatur. Ens Rationis propriè, & in rigore nihil aliud eſt niſi ens cauſatum à ratione, vel conſtitutum in eſſe per actum intelligendi ſive directum, ſive reflexum: Sed Prima Intentio eſt propriſſime Ens cauſatum a ratione per actum intelligendi, ergo prima Intentio in omni rigore eſt Ens Rationis. Maior ex dictis in q. præcedenti art. 1. dub. 3. eſt manifeſta. minor autem ſuppoſitis iam ſupra notatis, etiam eſt clara: nam prima Intentio non eſt ipſe actus intelligendi, qui alias dicitur prima intentio formalis: nec eſt id, quod efficitur per actum intelligendi tanquam effectus, quod dicitur Verbum mentis: nec tandem eſt res ipſa, quæ eſt extra Intellectum: ſed propriè prima Intentio formaliter eſt ens cauſatum ab intellecto per actum Intelligendi, eſſque eſſe obiecti cogniti, ſeu obiectivè tantum in Intellectu, vel ipſam Obiectum prout actu cognitum, quod quidem cum non habeat aliud eſſe præter eſſe Obiectivum in Intellectu, Ens Rationis eſt.

*Prima pars aſſertionis*

11 Altera vero pars noſtræ aſſertionis, quod nempe, Prima Intentio ratione fundamenti diſtinguatur tum à Relatione Rationis, tum etiam à ſecundis Intentionibus, ſtante doctrina iam data, non indiget ampliori probatione: nam proximum, & immediatum fundamentum Primæ Intentionis eſt ipſa res, ita ut inter Primam Intentionem, & ipſam rem, nullum ſit medium vt quod, licet mediet actus intelligendi, tanquam Principiū Quo ipſius Primæ intentionis. Sed fundamentum proximum ipſius Relationis rationis, & ſecundæ Intentionis nō eſt ipſa res; ſed aliquid in anima, ita ut inter rem, quæ eſt extra intellectum, & Relationes rationis, ac Secundas Intentiones medieat tanquam obiectum Quod ipſa Prima Intentio: bene ergo ſalvatur latum diſcrimen inter Primas Intentiones, & Secundam ac Relationem Rationis, etiam ſi dicatur, quod Prima Intentio eſt in rigore Ens Rationis.

*Sic ſola pars diſtinctionis elaboratur*

12 Nunc argumentis in Contrarium *Reſpondetur*. Ad primum diſtinguendum eſt antecedens. Prima Intentio obiectiva eſt ipſa res, quæ cognoſcitur, fundamen-

ta

*Ad 1. prima pars diſtinctionis*

Satisfit arga. in contrarũ.

taliter sit res, quæ est extra animam, sit fundamentum immediatum Primæ Intentionis, concedo antecedens. Prima Intentio est ipsa res, quæ cognoscitur, formaliter sua res ipsa res, quæ est extra animam, sit formaliter ipsa Prima Intentio, negatur antecedens, dictum est enim pluries, quod Prima Intentio formaliter non est ipsa res, quæ est extra animam sed esse rei cognitæ, seu esse cognitum prout cognitum; quod idem est, ac si dicamus, Primam Intentionem formaliter esse totum illud, quod causatur ab intellecto in obiecto actu existente cognito per actum Intelligendi directum.

Ad secundum Respondetur, quod Prima Intentio obiectiua nec est actus intelligendi: nec est res intellecta secundum esse, quod habet extra animam: nec tandem est id, quod producitur per actum intelligendi tanquam effectus, seu tanquam similitudo expressa obiecti; sed est id, quod causatur ab intellecto per actū intelligendi primum tanquā esse obiecti cogniti, seu est ipsum esse cognitum, vel est ipsa res secundum esse, quod habet in ratione, cognoscere actu directo, quæ omnia idem sunt.

Ad tertium concessis antecedentis: quod Prima Intentio distinguatur a Secunda, negando est consequentia, quod scilicet Prima Intentio non est Ens Rationis, ad probationem iam ostendimus supra per quod distinguatur Prima Intentio tum a Relatione rationis, tum etiam a Secundis Intentionibus; & ad instantiam iam etiam dictum est, quòmodo actus intelligẽdi medietur inter Primam Intentionem, & rem.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum secunda Intentio possit esse fundamentum alterius?*

1 Hæc Dubitatio non est levis: & pro vtraque parte sant argumẽta difficilia. Pro Parte affirmante sic potest argumentari. Primo. Prima Intentio potest esse fundamentum secundæ: ergo vna Secunda Intentio potest esse fundamentum alterius secundæ, antecedens est clarum, probatur consequentia. Ideo Prima Intentio potest esse fun-

Arguitur pro parte affirmãte

fundamentum secundæ, quia in Prædicabilione formali, & prima potest esse subiectum secundæ, & secunda potest formaliter prædicari de Prima: recte enim dicitur. Homo est species; Animal est Genus; rationale est differentia Petrus est individuum &c. sed etiam una secunda Intentio in prædicatione potest esse subiectum alterius secundæ Intentionis, & altera secunda Intentio potest formaliter prædicari de alia, ergo una secunda Intentio bene potest esse fundamentum alterius. Denique non est dubium, minor autem probatur: quia recte etiam dicimus, species est universalis. Genus est species, differentia est Prædicabilis. Individuum est subiectum, &c.

3 Secundo: Una Intentio potest affirmari, vel negari de alia: ergo una secunda Intentio potest inducere rationem subiecti, & Prædicati: sed Intentio subiecti, & Prædicati est secunda intentio, ergo una secunda Intentio potest esse fundamentum alterius.

3 Tertio si una secunda intentio non posset esse fundamentum alterius, maxime quia daretur processus in Infinitum, sed in Entibus rationis, quæ sunt minime entitatis, id non repugnat, nec est inconveniens, ergo una secunda Intentio sine vllo incommodo potest esse fundamentum alterius.

4 Pro parte vero negante nec desunt argumenta etiam difficilia, & Primo sic potest argumentari. Una Relatio realis non potest esse fundamentum alterius: ergo nec una secunda Intentio potest fundare aliam, consequentia inde sequitur, quia secundæ intentiones vel sunt Relationes rationis, vel saltem includunt modum respectivum, ergo sequuntur naturam, & conditiones Relativorum: probatur antecedens quia si una relatio realis esset fundamentum alterius, daretur processus in infinitum, quem nullus debet admittere, probatur sequela, quia nulla daretur Relatio, quæ non esset fundamentum alterius, quod autem processus in infinitum admitti non debeat, ex eo probari potest, tum quia daretur infinita entia saltem respectiva, tum quia infinitum est incognitum.

Pars negans.

Primum Argumentum pro hac parte.

5 Secundo arguitur magis difficile, id, quo aliqua natura est prædicabilis, non potest esse id, quod prædicatur, sed quilibet secunda intentio est id, quo qui-

dia natura est predicabilis: ergo quia secunda intentio potest esse id, quod praedicatur; & ex consequenti nulla secunda intentio potest esse fundamentum alterius, de minore non est dubitandum, quia quidlibet naturaliter vniuersalis, nec formaliter praedicabile nisi per secundam intentionem, vel Speciei, vel generis: Sed maior autem sic probatur: id, quo aliquid est pater, non est id, quod est Pater: nam haec est falsa, paternitas est Pater: Relatio est Relativa, & id, quo aliquid est album, non est id, quod est album, quia numquam forma denominans est ipsum, quod denominatum a Pater, Haec quidem sententia bene intelligenda, esse probabilem, quia tamen in Doctrina Aegidij non habemus expressè, unde possimus rationem capere, quae namillarum sit probabilior: ideo prius adnotabimus, seu potius supponemus aliqua: quae sine verisimili omnium sententia, ut eandem iudicium feramus de vtriusq; partis probabilitate.

7 Primo igitur supponendum est, quod inter fundamentum alicuius, & id, quod fundatur in alio, debet esse talis distinctio; vt unum sit diversa Praedicamenta ab alio, & ad minus quidditas vnius sit diversi generis à quidditate alterius: idque manifestè constare potest in omnibus his, quae fundantur in aliquo ex primis in omnibus relationibus tam realibus, quam rationis id expressum est, quia quidditas cuiuscunq; relationis est ad aliud se habere: quidditas vero cuiuscunq; fundamenti relationis non est ad aliud se habere, sed esse ad se, vel extendendo substantiam, vt in Relationibus aequalitatis: vel qualificando substantiam, vt in Relationibus similitudinis, & id idem potest constare in Omnibus intentionibus: nam quaelibet intentio semper habet esse diversum, & quidditatem definiri: Generis à quidditate fundamenti, quia esse Primae intentionis est esse Reale, Ratio autem Quidditas secundae intentionis est esse causatum à ratione per actum intelligendi reflexum: fundamentum vero cuiuscunq; secundae intentionis est esse causatum à ratione per actum intelligendi directum, & sic discurrendo per singula, quae fundantur in aliquo reperiuntur omnia dissimilia vel ut generica à quidditate fundamenti, & eius, quod datur.

Ob-

8 Observandum secundo, esse locum discrimen, inter esse fundamentum alicuius, & esse subiectum inadæquatum identificatum formaliter, & realiter: omne, quod est fundamentum respectu alterius, est subiectum respectu illius, ut videre est in omnibus fundamentis: non tamen è contra omne, quod est subiectum in Predicatione formali, est fundamentum respectu illius: cuius huius hæc ratio, quia ut monuimus prædictum est, ad rationem fundamenti necessario requiritur, ut saltem habeat quidditatem distinctam Generis à quidditate illius, quod supponitur fundari ad rationem vero subiecti sufficit, ut prædicatum sit maioris abstractionis seu universalitatis ipso subiecto, etiamsi unum sit eiusdem quidditatis cum alio. Exempli gratia, Albedo est fundamentum similitudinis: cum omnis similitudo in qualitate fundetur, & cum hoc simul etiam stat, quod eadem albedo est subiectum eiusdem similitudinis in prædicatione formali: nam optime dicimus, Albedo est similis. E contra vero Homo in prædicatione formali est subiectum animalis, quia recte dicimus, Homo est animal: sed quo ratione Propositio formalis, quia animal est maioris abstractionis, & universalitatis quam homo: non tamen homo est fundamentum animalitatis quidditas enim animalis ne dum non distinguitur Generice à quidditate hominis; immo ea quæ sunt in eodem genere substantiæ, sed etiam includitur in illa.

9 His suppositis, duplici conclusione totam controversiam resolvemus. Prima conclusio. Nulla Secunda Intentio potest esse fundamentum alterius, quia nulla secunda intentio habet quidditatem distinctam, & diversi Generis ab aliquo id necessario requiritur inter id, quod est fundamentum, & id, quod fundatur. In hoc sumus cum Secunda Parte negante, cuius Argumenta magis fabiliant, & corroborant hanc nostram Primam conclusionem.

Conc.

Nulla secunda intentio potest esse fundamentum alterius.

10 Secunda conclusio. Una Secunda Intentio potest esse subiectum alterius in Predicatione formali, & essentiali, vel denominativa, quia quando una Secunda Intentio directe cumpletur subalia, tanquam inferior sub suo superiori tunc recte potest fieri prædicatio formalis essentialis, ut cum dicimus, Genus est universale: species est Prædicabilis: hoc

Una Secunda Intentio potest esse subiectum alterius in prædicatione formali.

Genus est Genus, &c. cum vero vna Secunda Intentio inferior praedicatur de alia secunda intentione superioris; tunc etiam praedicatio est formalis denominativa, quia Secunda intentio, quae praedicatur, habet rationem Accidentis: Quinto praedicabilis; illa vero intentio, quae subijcitur, habet rationem subiecti: vt cum dicimus, Genus est species; Vniuersale est Genus, &c. potest ergo vna secunda intentio esse subiectum alterius in praedicatione; & hoc concludunt maiori ex parte argumenta prioris Partis affirmantis: nisi tamen pòt esse fundamentum alterius.

11 Ex his clarius patebit; Respondendo in forma ad argumenta eiusdem Primae Partis affirmantis. Ad Primum concesso antec. neganda est simpliciter consequentia; ad cuius probationem negãda est in maiori illa causalis: non enim ideo Prima Intentio potest esse fundamentum Secundae, quia in praedicatione formali Prima potest esse subiectum Secundae, & Secunda potest formaliter praedicari de Prima; nam haec causalis solum potest couincere, vnam secundam Intentionem posse esse subiectum alterius in praedicatione formali, quidditatiua est modo explicato in secunda conclusione: sed ideo Prima Intentio est fundamentum secundae, quia Prima Intentio habet esse distinctum, & quidditatem diuersi Generis ab esse, & quidditate secundae Intentionis: & quia vna secunda Intentio non habet quidditatem Generice distinctam à quidditate alterius, quia quaelibet secunda Intentio essentialiter est ens rationis causatum à ratione per actum reflexum; ideò nulla Secunda Intentio potest esse fundamentum alterius, quamuis bene possit esse subiectum in praedicatione.

Et infor ma arg. prim partis affirm. Similis

12 Alia argumenta solum probant, vnam Secundam Intentionem posse esse subiectum alterius in praedicatione, quod iuxta dicta in secunda conclusione libenter admittimus. Ad vltimum dicimus, quod ratio, quare vna secunda Intentio non potest esse fundamentum alterius, est, quia vna Secunda Intentio non distinguitur Generice ab alia.

## QVÆSTIO QVARTA

### De Causis Entium Rationis.

QVatuor in universo constituuntur Genera causarum, vt pro nũc supponim' ex Philicis. Prima é finalis. Secunda é formalis. Tertia dicitur materialis vltima est efficiens. Ex his omnibus, certum esse debet, causam finalem entium rationis esse directionem operum intellectus; Causa etiam formalis Entium Rationis potest dici ipsa intentio, vel ipsum esse, quod sequitur ex actu intelligendi. Item Causa materialis eorumdem Entium saltem in latissimo modo loquendi potest dici ipsum cognitum, seu ipsum apprehensum. vel ipsum fundamentum remotum; nõ quod Ens Rationis propriè habeat subiectum, cui inhæreat, cum Ens Rationis in rigore nec sit substantia, nec accidens praedicamentale: sed quia inter omnia, quæ videntur concurrere ad formationem Entium Rationis, solummodo fundamentum remotum habet velati causalitatem materialem respectu horum Entium. Solà difficultas est inter doctores de causa efficienti, & propterea hanc vltimam quæstionem vnico articulo concludemus.

## ARTICVLVS VNICVS

### Quænam sit Causa efficiens Entium Rationis?

NOn quærimus in præsenti, an Entia Rationis habeant causam efficientem, quæ propriè, & per realem influxum in ea in illa; sed solum inquirimus de causa efficiente impropria, quamquamis Entia Rationis non habeant esse reale seu subiectivum; habent tamen esse obiectivum; quod cum non sit semper, imo aliquando sit verum dicere, quod non sit, hinc est, quod quærimus aliquam causam efficientem, quare nunc Entia Rationis habeant tale esse obiectivum, & non aute? de causa autem efficiente Entium Rationis quæremus sequentia Dubia.

## ARTICVLI VNICI

## De Causa efficiente Entis Rationis

### Tres Dubitationes

*Dub. I*

*An Solus intellectus, vel sola potentia intellectiua sit causa efficiens Entium Rationis?*

*Dub. II.*

*An solus intellectus humanus efformet Entia Rationis?*

*Dub. III.*

*Per quem Operationem intellectus humanus efformet Entia Rationis?*

### DVBITATIO PRIMA

*An sola Potentia Intellectiua sit causa efficiens Entium Rationis?*

BReuiter hanc dubitationem expedie-mus: siquidem res facilis est: & fortè nullam cõtrouersiam habet. Hæc est nra sententia, sola potentia intellectiua potest formaliter effingere Entia Rationis, ita per euidentem consequentiã deduci potest ex doctrina Ægidij in 1. sent. dist. 30. q. 3. & alibi, nam quodlibet Ens Rationis quatenus conficitur ab Ente Reali, habet tantummodo esse in anima id est in ratione, & si est Ens Rõs cõcinatẽ ita ẽ Ens apud animam, quod amota anima, iam non est: si vero est Ens Rationis ratiocinatę, cui correspondeat fundamentũ in re, illud vel est Relatio rationis; vel est intentio: si est Relatio rationis, ea necessario sequitur ad actum intelligendi: si vero est intentio, illa est intellecta Ens & loquendo de secunda intentione præsertim, est in intellectu nostri subiecti perquirimur, ergo quodcunque Ens Rationis à nulla alia potentia potest formaliter effingi præterquam ab intellectu seu à potentia intellectiua. Quod amplius confirmari potest, quia quidditas, & essentia Entium rationis, vt vidimus q. 2. art. 1. dub. 3. cõsistit tantummodo in esse cognitum à ratione per actum intelligendi, seu in esse tantũ obiectiue in intellectu, ergo hæc sola potentia intellectiua potest formaliter Entia Rationis ef-

Entia rationis sunt ab intellectu

for-

formare; probatur consequentia, quia nulla potentia præter intellectivam formaliter intelligit.

Fantasia non materialiter facit aliquid ad esse ĕtis rationis.

2 Et quamvis Ægidius in Quæstionibus de cognitione Angelorum q. 2. arg. 77. col. 2. versus finem dicat, quod Fantasia componit smaragdum; id tamen intelligendum est similitudinarie, & materialiter, non formaliter, quatenus talis potentia cõiungit illas duas, vel plures substantias disparatas, quod cõiunctum, cum sit sensibile quantum ad partes componentes, non potest dici formaliter Ens Rationis, quia esse huius Entis est esse Obiectã intelligibilis, idest esse cognitum per actum intelligendi.

1. obic.

3 Sed objicies primo, & probatur, potentias sensitivas externas formare Entia Rationis. Potentia visiua percipit tenebras admodum forme positiuæ; cum re vera non sint nisi priuatio lucis; ergo potentia sensitiua formant Entia Rationis. Cõsequentia sequitur, probatur antecedens, quia ex Arist. contrariorum eadem est disciplina, atque potentia: ergo potentia visiua percipit tenebras, sicut percipit lumen; atque adeo illas percipit ad modum forme positiuæ. Respondemur, communem immediatam Entium Rationis esse modum cognoscendi .i. per formam abstractam: quem modum cognoscendi non habet nisi solus intellectus humanus.

2. obic.

4 Obijcies secundo. Porrò tota sensitiua præsertim oculus videt solem bipalmarem; cũ tamen sit multo maior; vlterius in Iride videt colores, vbi tenuera nullus est color, ergo &c. Respõdet, potẽtiã sẽsitiuam oculatem semper percipere Ens Reale, & ex suo modo videndi numquam cadere in obiecto aliquid rationis: sed quod obiecta minus, vel aliter nobis appareant, quam sunt; hoc non prouenit ex modo videndi potentiæ, sed quia species, quæ à talibus Obiectis immittuntur, sunt adeò debiles, & remissæ propter distãtiam, vt non repræsentent obiecta in sua vera magnitudine: sic quando videmus medietatem virgæ in aqua, & aliam medietatem in aere, nec tota causa diuersitatis est, quia species, quam immittit pars in aqua, cum transeat per aquam, debilitatur: sed ita igitur tanto, cũ oculus multiplex videat obiecta aliter quam sunt; non prouenit ex suo modo videndi: sed id prouenit ex obiectis.

Cur oculus videat obiecta aliter quàm?

Aegid. ctis, quorum species vel propter distantiam loci, vel propter transitum Medij sensum immutant. Videatur Aegidius in Quodlib. quinto quæst. 12. Vide hac re pulcra, & pulcra.

3 Objicies Tertio. Voluntas appetit vt bonum, quod reuera bonum nõ est, ergo Voluntas potest facere Entia Rationis: probatur consequentia, quia intellectus ideo causat Entia Rationis, quia cognoscit res aliter, quam sunt; Respondetur. Disparem esse rationem de intellectu, & Voluntate: intellectus enim ex suo modo cognoscendi efformat Entia Rationis, & cognoscit res aliter quam sunt, sed Voluntas si appetit vt bonũ, quod bonum non est, hoc totum prouenit ex errore intellectus, qui voluntati proponit vt bonum, quod reuera bonum non est.

Disparitas inter intellectum, & Voluntatem

## DVBITATIO SECVNDA

### *An Solus intellectus Humanus efformet Entia Rationis, vel etiam Diuinus?*

1 QVæstio hæc satis est controuersa hodie in Scholis, & inter Methaphisicales de Entibus Rationis difficultates censetur à Recentioribus difficillima. Vbi è contra ab Antiquioribus Scholasticis præsertim ab Angelico, & sabeithissimo, ac fundamentario Aegidio, nec verbum vllum circa id dictum inuenitur: vnde hoc est, tantos Viros supposuisse, vt indubitabile, Diuinum Intellectum nullatenus formare Entia Rationis.

Cur D. Thom. Scotus & Aegid. non examinarint hanc questionem

2 Sed videamus quæso, quid dicant hodierni recentiores circa propositam difficultatem. Tres Opiniones de hac re inuenio, & quidem nonnet celebres tum ob Patronos, qui illas defendunt, tum etiam propter specialia cuiuslibet fundamenta, quæ certè difficilia sunt. Prima docet, Diuinum intellectum nedum cognoscere, sed etiã effomare Entia rationis tã ratio-

rationcinantis, tum etiam ratiocinate. Secunda Negat omino, vel Deum Cognoscere, vel eo formaliori modo, quo entia. Tertia nihil videntur esse media, & affirmat Deū cognoscere Entia Rationis; sed ea denegat affirmare. videamus, quæ nam ex his sit probabilior?

Prima affirmat Deū cognoscere

3 Prima sententia asserens esse Ioannes à p. qu. 14. art. 9. Iacobus à Iesu Disp. 3. qu. 3. Henricus Quodlib. 6. qu. 2. Canarien. p. p. disp. 2. q. 18. Dob. 1. Durandus in Primum disp. 2. q. 3. Molina p. p. q. 18. alijq; Sed nonnisi hanc Sententiam constanter defendit Eremitæ Professionis Magister Ægidius Lusitanus inter Augustinenses Hispanos merito Princeps, qui Primo Thomo de Beatitudine Animæ, & Cognitione b. 5. qualt. ar. 1. q. 4. docet, Deum etiam independenter ab intellectu humano cognoscere, & affirmare nedum Bona Rationis, quæ habent fundamentum in re, & etiam Entia Rationis ficta, & Chimerica. Fundamenta pro hac Opinione adducentes innumera. Sed sequentia sunt præcipua. Primum desumitur ab Auctoritate D. Thomæ p. p. q. 14. art. 5. ubi Ioannes habet. Quemadmodum species

Ioannes Didacus à Iesu Henricus, Quæst. Durandus Molina Ægidius Lusitanus

rerum quarum multiplicantur Ideæ, non causatur à rebus, sed ab intellectu Divino, cùm præparante Existentiam suam ad res, ergo ab intellectu Divino etiam causatur Ens Rationis. Secundo ex consequentia probatur, quia illi respectus, quibus multiplicantur Ideæ, sunt respectus rationis. Similis ratio deduci potest ex fundamento tali. Rapidio, quia, ut ait dist. 36. princip. 2. q. 3. Ut. Ockam explicans, quomodo Ideæ pertineant ad scientiam speculativam, & practicam, sic formaliter verba ingerit. *Quamvis Deus sciat se Deum alium & alium esse, intelligendo unum quia differunt ratione & Deus intuendo hanc differentiam intelligibilem, &c.* ex quibus verbis sic ratiocinamur. Deus cognoscit distinctionem rationis, quæ est inter Ideas: ergo Deus etiam cognoscit Ens Rationis. Antecedens est Ægidij, cuius sequentia probatur, quoniam esse Entis Rationis est cognosci.

4 Secundum fundamentum desumitur à Ratione, & est præcipuum Argumentum Lusitani, sujus quod fundatum tota machina hujus sententiæ, & sic formatur. Divinus intellectus directè cognoscit unum Ens, ergo Divinus intellectus format Ens

Fundamentū 5 ciplinæ Lusitani phantasta.

Rationis, consequenter, quia essentia Entis Rationis consistit in esse obiectiuè tantum in intellectu: sed non Ens à parte rei non habet esse, & cum dicitur cognoscitur, habet esse tantum obiectiuè in intellectu, ergo cum Diuinus intellectus cognoscit directè non Ens, tunc format Ens Rationis, probatur modus antecedens: in quo est tota difficultas. Quia, quod est realiter à parte rei, directè cognoscitur eo modo quo est: sed non Ens realiter est non Ens, ergo non Ens directè cognoscitur à Deo secundū illud aliquale esse, quod habet à parte rei. Et confirmatur primò, quia nulla videtur sequi imperfectio, si Deus cognoscat creaturam vt est non Ens, quia cognitio à parte rei non Ens: sic etiam quid prohibet, quin Deus cognoscat Chimeram esse non Ens, vel chimeram esse nihil? vere enim à parte rei chimera est nihil. Si ergo Deus cognoscit non Ens, sequitur apte, Deum esse ens Rationis, quia ex vi Diuinæ Cognitionis habere esse tantum obiectiuè in Diuino intellectu, quod à parte rei non habet esse. Confirmatur secundò: Intellectus humanus cognoscit Chimeram, esse quodam impossibile; imo facit hoc iudicium affirmatiuum, chimera est nihil, ergo multo magis intellectus Diuinus id ideam cognoscet, quia intellectus Diuinus cognoscit omne verum; sed hæc propositio, Chimera est non ens, est vera, ergo Diuinus intellectus cognoscit chimeram.

5 Tertio, necessitas fabricandi Entia Rationis non proueniet semper ex imperfectione intelligentiæ; sed aliquando ex natura, & necessitate ipsarum rerum cognoscendarum, quod patet in primis in Priuationibus, & negationibus, quæ ideo cognoscuntur per modum Entium positiuorum, cum à parte rei non sint alia; quia nihil est per se intelligibile, nisi Ens, & quia carentiæ quatenus à parte rei non sunt Entia, non habent intelligibilitatem: ideo vt possint intelligi, concipiuntur per modum Entium.

5 tertio Secunda ſta.

6 Quarto, Diuinus intellectus distinguit suam iustitiam à misericordia, rursus distinguit plures Ideas, quæ à parte rei nō distinguuntur; Item cognoscit, Verbum procedere per intellectum, & non per Voluntatem Spiritus Sanctum procedere

per

per Intellectum: Item per Voluntatem Spiritum Sanctum procedere per Voluntatem, & non per Intellectum, ergo effectus Entis Rationis: quia hoc est ens Rationis, distinguere ea, quæ à parte rei non distinguuntur.

7 Quinto. Idea intellectus humani non formar Entia Rationis, quia cognoscit res, quæ sunt a parte rei non eo modo, quo sunt. Sed Deus cognoscit materialia non materialiter, compositum simplicissimè, enunciabilia non enunciabiliter, &c. ergo Deus proprijssime facit Entia Rationis.

8 Sed Quamuis Hæc opinio quo ad primam Partem sit vera, quod Divinus Intellectus cognoscit Entia Rationis saltem facta ab Intellectu humano: tamen quoad secundam Partem, quod nimirum Idem Divinus Intellectus effingeret Entia Rationis, nec est aliquo modo probanda, nec minus in Schola communiter recipienda, & hac ratione rationes efficaciss. ma reprobantur. Divinus Intellectus est in omni Genere purissimus actus, & non cognoscit res sic positivas, & negativas aliter, quam sunt a parte rei: sed quilibet Ens cognoscit eo modo, quo est, & secundum illud esse reale, quod habet in rerum natura, ergo Divinus Intellectus non formar Entia Rationis: de antecedente non est dubitandum: nam cognoscere rem aliter quam est, & non secundam esse reale, est magna imperfectio intellectus cognoscentis, et etiam ipsi met Adversarij fatebuntur. probatur nunc consequentia. Cum Intellectus cognoscit ens reale positivum eo prorsus modo quo est a parte rei, tunc nō formar Entia Rationis, quia tūc practicè intelligēdi non tribuitur Enti Reali positivo cognito aliquod esse, distinctum, & diversū ab illo esse reali, quod illē ēs positivum habet ante cognitionem; supponimus enim tale ens reale positivū cognosci ab intellectu secundum illud esse reale, quod habet à parte rei, ergo Intellectus cognoscens Ens Positivum, vel negativum sic non ens eo modo, quo est à parte rei, non formar Ens Rationis, quia tunc Ens negativum seu non ens cognitum non acquirit per actum cognitionis aliquod esse, distinctum ab illo esse, quod habet ante cognitionem, etenim supponimus etiam, quod ipsum non ens cognoscatur nō aliter quā est, sed secundum illud esse reale, quod ha-

nō approbatur Dei effectus Entis Rationis

bet a parte rei.

9 Quod si dicatur, non ens ex vi cognitionis acquirere quodam esse objectivum in Intellectu, cum a parte rei nullum habeat esse. Contra hoc est, quia vel Intellectus tribuens non-Enti illud esse objectivum, dicitur cognoscere ipsum non ens aliter, quam est a parte rei, & tunc verum est fieri Entis rationis: Ed tales modos cognoscendi, cum inducant maximam imperfectionem, à Divino Intellectu est removendus; vel cognoscit non ens eo prorsus modo quo est extra Animam, ita ut cognitio terminetur ad objectum prout est extra, quod non ens habet a parte rei. & tunc non ens sic cognitum non potest dici Ens Rationis, quia illud est extrinsecum, quod non Ens acquirit ex cognitionis, non est Quidquam ab ea objective, quod non Ens habet a parte rei, & solum distinguetur, quia verum est cognitum, aliud non.

10 Porrò quæ hucusque urgeri, quia vel Divinus Intellectus per simplicem apprehensionem apprehendit non ens, ut non ens, vel apprehendit non ens ut Ens? si hoc secundum, tunc apprehensio est falsa, vel saltem ficta, & vana, quia respondetur a parte rei: si verò dicatur primum, tunc Intellectus cognoscens non ens, ut non ens, non facit eos rationis, quia a parte rei non ens realiter est non ens: ergo sicuti cum Intellectus per simplicem apprehensionem cognoscit hominem, esse rationalem, tunc non format ens rationis, quia realiter homo est rationalis, ita cum Intellectus simpliciter apprehendit non ens, esse non ens, tunc nec mihi format ens rationis, quia realiter non ens est non ens.

11 Argumentis autem superius adductis, quatenus aliquo modo probant, Deum formare Entia Rationis, sic Respondemus. Ad Authoritatem D. Thomæ dicimus pro modo, (res enim alibi explicabitur ex professo) quod Deus formaliter non dicat Divinam essentiam, absolutè consideratam, sed dicit

Solvitur argumentis primæ Notitiæ.

ctetam cum quodam respe
ctu, prout à Creaturis est
imitabilis? vnde Deum co
gnoscere plures Ideas, vel
pluralitatem idearum, nihil
aliud est, nisi cognoscere es-
sam Diuinam essentiam, vt
imitabilem à pluribus Crea-
turis; si autem petas, an hu-
iusmodi respectus, quibus
multiplicantur Ideæ, sint
respectus reales, vel ratio-
nis? dicimus esse omnino ra
tionis, quia Deus ad Creatu-
ram nullam realiter ordi-
natur, vt suo loco videbimus:
& si vlterius inquiras, à quo
causentur huiusmodi respe-
ctus rationis? dicimus, cau-
sari non à rebus, imitanti-
bus Essentiam Diuinam, cum
temporalia non sint causa
æternorum, & creaturæ sint
temporales, Ideæ vero æter
næ; sed tales respectus dici-
tur ab intellectu Diuino, co
gnoscente Essentiam suam
imitabilem a rebus: Non
quod Diuinus Intellectus co
gnoscens essentiam suam imi
tabilem à Creaturis, formet
relationem rationis formali
ter, quia vt supra dictum
est, ad faciendum ens ra-
tionis formaliter, necesse est
cognoscere id, quod est à
parte rei aliter, quam est,
Diuinus autem Intellectus
nam cognoscit suam essen-
tiam vt imitabilem à Creatu-
ris, non cognoscit rem ali-
ter quam est, quia Diuina Es
sentia realiter est imitabilis
à Creaturis; sed dicimus, re-
spectus rationis, quibus mul
tiplicantur Ideæ, causari ab
intellectu Diuino originali-
ter, seu formaliter, idest Di
uinus Intellectus cognoscés
Diuinam Essentiam vt imita-
bilem à pluribus creaturis,
est fundamentum respectu-
um rationis, quibus multi-
plicantur Ideæ. & sic Respō
dendum est ad Authorita-
tem Ægidij: Deus enim pro
prissimè cognoscit pluralis-
tatem idearum, & omnem
distinctionem rationis: sed
ex hoc non sequitur, Deum
efficere ens rationis, quia
totum esse Entis Rationis nō
consistit in cognosci; ita vt
ab illo efformetur, a quo co-
gnoscitur: sed totum esse
Entis Rationis consistit in
causari à ratione per actum
intelligendi, nam prout
dictum est, quod Ens Ra-
tionis nec est propriè intel-
ligibile, nec minus est obia-
ctum illius intellectus, a quo
efficitur: sed est quidam
esse obiecti intelligibilis.

12 Ad secundum, quod
est præceptum fundamentū
Lusitani, iam patet solutio
ex dictis in impugnatione
eiusdem sententiæ: tollendi-
mus enim, Diuinam Intelle-
ctum

dum non cognoscere ipsum non ens aliter, quam est, quod necessarium esset ad formationem Entis Rationis. Ad Primum confirmationē dicimus, quod si Intellectus Diuinus concipit creaturā, esse Ens; tum conceptus est falsus, quia creatura reuera non est Ens: si vero concipiat creaturam esse non Ens, tunc non formatur Ens Rationis, quia creatura etiam ante intellectum est realiter non ens. Ad secundam confirmationem dicimus, non esse eandem rationem de Intellectu humano, & Diuino; nam Intellectus humanus, cum sit pura potentia in Genere Intelligibilium, & cognoscat res per species abstractas, sicut cognoscit ipsum ens positiuum non secundum illud esse reale, quod habet à parte rei, sed secundum modum esse varium, ita cognoscit ipsum non ens non eo modo, quo est, sed secundū aliud esse, nimirum fingendo illud, ac si esset ens: sed Intellectus Diuinus cum sit purissimus actus in omni Genere, sicut cognoscit ipsum Ens positiuum secundum esse reale, ita similiter cognoscit ipsum non ens eo modo quo est, nec potest fingere hoc ens imperfectionem, quod non ens sit aliquo modo ens, quia tunc Intellectus esset falsus, & vanus, cum tali apprehensioni nihil responderet à parte rei.

13 Ad tertium negandum est antecedens, quod necessitas fabricandi Entia Rationis proueniat ex natura rerum cognoscendarum; cum potius oriatur ex modo cognoscendi Intellectus humani, qui cum sit pura potentia in genere intelligibilium, non cognoscit res eo modo quo sunt, sed aliter quam sunt.

14 Ad Quartum dicimus, Intellectum Diuinum non distinguere ex se Diuina Attributa sed sua Diuina essentia cognoscit infinitas rationes Attributorum, hoc tamen est per comparationem ad Creaturas. Ad vltimum Respondetur, Deum cognoscere materialia immaterialiter, & enunciabilia non enunciabiliter, sed hic modus cognoscendi cum proueniat ex summa actualitate cognoscentis, non attingit res aliter, quam sunt à parte rei, sed potius eo prorsus modo quo sunt, & propterea per talem modum cognoscendi nullum formatur Ens Rationis.

15 Secunda sententia omnino precedenti contraria ne-

negat, vel Deum Ens Rationis efformare, vel illa ab intellectu humano efformata cognoscere: & specialiter tribuitur, hæc sententia Patri Vasq. p. p. disp. 117. cap. 2. Doctissimo Bruno disput. 2. sect. 2. & aliis non pauci nec desunt pro ea validissimæ rationis, quarum prima desumitur ab Authoritate D. Thomæ Opusc. 42. cap. 2. vbi inquit, tunc effici Ens Rationis, quando intellectus nititur apprehendere, quod non est, & ideo fingit illud, ac si esset Ens, & p. p. q. 16. ad secundum ait, quod non Ens non habet in se, vnde cognoscatur, sed cognoscitur, in quantum intellectus facit illud cognoscibile, ex quibus verbis formatur hæc ratio. Ens Rationis tunc fit, quando apprehenditur id, quod non est admodum Entis: sed Deus non potest apprehendere non Ens, fingendo illud, esse Ens, quia hic modus cognoscendi maximam imperfectionem involuit ergo &c.

Ens Rationis efformare, vel illa ab intellectu humano efformata cognoscere.

16 Dices. Deum non apprehendere Ens Rationis cognitione factiua (sic illud factum ab humano intellectu speculatiue cognoscere, quod sine vlla imperfectione tribui potest Diuino intellectui) absque eo, quod cognoscat res aliter, quam sunt: nam Deus per hoc solum, quod cognitionem relationis comprehendat, potest perfectissime intueri, & de facto intuetur totum id, quod est in intellectu humano tum intuitiue, tum etiam obiectiue, ergo quamuis in cognitione humana, qua cognoscuntur res aliter, quam sunt, scilicet aliter quam esse tot modus imperfectæ cognitionis: in Diuina tamen cognitione, hæc comprehendente, idem modus habet rationem obiecti, quia modus imperfectus bene potest esse obiectum cognitionis perfectæ: potest ergo Deus absque sui imperfectione Ens ita Rationis, ab intellectu humano formata, cognoscere: sed contra hoc est, & sit.

Fog.

17 Secunda ratio. Si Deus cognoscit Ens Rationis ab humano intellectu effectum, vel cognoscit idem numero Ens Rationis, quod intellectus humanus effecit, vel diuersum, factum tamen ad illius similitudinem: primum non potest dici, quia tunc esse Entis Rationis vt sic est actu cognosci ab aliquo intellectu, ergo si Deus cognosceret idem numero Ens Rationis factum ab intellectu humano, illud cognoscendo, iterum efforma-

Impugnatur, & ita. Ratio.

ret

rem & facsimel productum ab intellectu humano, idem numero reproducetur per intellectum Diuinum; quod falsum est. nec potest dici secundum, quod scilicet Deus cognoscat aliud Ens Rationis, factum ad similitudinem illius, quod formauit intellectus humanus, quia non apparet à quo moueretur Deus ad cognoscendum Ens Rationis diuersum ab eo, quod formauit intellectus humanus. Deinde si intellectus Diuinus diceretur cognoscere, & effingere Ens Rationis ad similitudinem illius, quod effinxit intellectus humanus, ergo intellectus Diuinus diceretur decipi, quia Ens Rationis factum ab intellectu humano, effictum est tum decreatione eiusdem intellectus humani.

2. Ratio

12 Tertio intellectus Diuinus nullo modo cognosceret res, quæ sunt aliter, quam sunt, alias res cognosceret imperfectè, ergo intellectus Diuinus nullo modo dicitur effingere Entia Rationis; probatur hæc consequentia, quia Ens Rationis non potest aliter effingi, nisi res, quæ sunt à parte rei, aliter cognoscantur, quam reuera sunt: & hoc ideò tantùm, si quilibet intellectus cognosceret res, quæ sunt à parte rei, pure & simpliciter modo, quo sunt, nullum daretur Ens rationis; ergo si Deus aliqua cognosceret res, quæ sunt, aliter quam sunt, non diceretur effingere Entia Rationis.

13 Quarto. Ens Rationis si cognosceretur, & formaretur à Deo, necessario esset ab æterno alligandum in Deo Idea Entis Rationis: nullum in ratione principij cognitionis ipsius Entis Rationis: sed etiam secundum rationem similitudinis, secundum quam ipsum Ens posset à Deo effingi: sed hoc nullo modo est asserendum, ergo neque concedendum est, Deum cognoscere, vel effingere Entia Rationis; Maior propositio est certissima, quia Deus quicquid cognoscit, per suam Ideam cognoscit, & quando aliquid à Deo producitur, est in Mente Diuina Idea, vel forma, ad cuius similitudinem illud tale producitur. nunc probatur minor, quia si in Diuina mente sit ab æterno Idea Entis Rationis, ergo Deus non per ordinem ad intellectum humanum diceretur cognoscere Entia Rationis; sed potius per se, & per suam Ideam, quam habuit ab æterno, antequam esset creatus intellectus humanus: atque adeo Ens Rationis fuit ab æterno.

Sed

20 Sed hæc etiam Opinio quamuis eo ad illam partem, quod Deus non efficiat Entia Rationis, sit vera, vt nos illam supra probauimus; tollaremus tamen placet quoad illam aliam partem, quod nimirum non cognoscat Entia Rationis, saltem facta ab intellectu humano nam Deus clarissimè cognoscit omnes nostros conceptus formales, & omnes nostras cognitiones tam directas, quam reflexas, ergo clarissimè etiam cognoscit omnes nostros conceptus obiectiuos, ad quos nostræ cognitiones feruntur.

21 Argumenta autem facta pro hac secunda Sententia, precipuè primum, & tertium probant, Deum nō efficere Entia Rationis, quod in nostra sententia verum est. Ad secundum dicendum est, quod Deus cognoscit idem numero Ens Rationis, factum ab Intellectu humano, quia illud ex ipso, quod est factum, habet rationem Obiecti respectu Intellectus Diuini, nec propterea ex hac Diuina cognitione idem ens rationis factum ab Intellectu humano, accipit nouum esse, vel reproducitur, quia esse Entis Rationis non consistit in cognosci sed tunc solum fit, cum intellectus cognoscit res non secundum illud esse reale, quod habent a parte rei, sed aliter quam sunt in rerum natura.

22 Ad vltimum Respondendum est, ab æterno esse in Deo Ideas omnium Individuorum; per Ideam autem cuiuslibet Individui nedum Deus cognoscit ipsum Individuum, sed etiam omnia ea, quæ sunt, vel esse possent in tali individuo; & sic abæterno est in Deo Idea, per quam cognoscit hunc hominem, & omnia, quæ sunt, vel esse possent in hoc homine, & quia in hoc homine possunt esse Entia Rationis, sicuti etiam conceptus formales: ideo Deus per eandem Ideam, qua cognoscit hunc hominem, cognoscit etiam conceptus obiectiuos, qui esse possunt in hoc homine, sed de hac re satis ad Theologos.

23 Tertia tandem sententia videtur esse Media, & cum Auctoribus Prioris Opinionis docet, Deum cognoscere cognitione speculatiua omnia Entia Rationis saltem facta, vel fingibilia ab intellectu humano: sed cum defensoribus secundæ subdunt, Deū Entia Rationis nullatenus efformare. Sta inter alios Lare Sua-

sectio n. 2. Methap. disp 54 num. 23. Ramirez Tract. de natura Entis Rationis q. 5. & alij. sit quia hæc videntur esse conformia Doctrinæ Doctoris Angelici, & sabtilissimi ejus, ac fundamentarij Regula; ideo hæc est tenenda, & approbanda probatur autem prior Pars, quod si Divinus Intellectus licet vilia sui imperfectione cognoscat cognitione pure speculativa omnia Entia Rationis facta, vel facibilia ab intellectu humano. Cognoscere id, quod est, eo modo quo est, ne dum imperfectionem non involvit in cognoscente; sed potius maximam perfectionem dicit in cognoscente ex parte objecti cognoti, nam etiam ex parte modi cognoscendi vel Deus cognoscendo Entia Rationis facta, vel facibilia ab intellectu humano, cognoscit ea, quæ sunt eo pacto modo quo sunt, ergo si Deus cognosceret Entia Rationis facta ab intellectu humano, nulla esset imperfectio in Divino intellectu, neque ex parte Entium Rationis, neque ex parte modi cognoscendi: major patet, quia cognitio seu actus cognoscendi de se est quædam perfectio cognoscentis, ergo quando terminatur ad id quod est eo modo, quo

Et hæc est vera & tenenda.

non plus in ullo capite imperfectionem involvet, quam quidem ex parte objecti, quia iam supponimus, cognosci objectum, quod est, neque ex parte modi cognoscendi, quia similiter supponimus id, quod est, cognosci eo modo, quo est. Nunc probatur minor; quia sicut Ens contingens, facta suppositione, quod sit, est simpliciter necessarium; ita Ens Rationis, facta suppositione, quod sit est simpliciter Ens, ergo supposito, quod Ens Rationis sit factum ab intellectu humano, (quomodocumque sit factum) iam simpliciter est in suo Genere Ens; & ex respectu Intellectus Divini se habet quasi eodem modo quo se habet objectum reale respectu intellectus humani, dum Divinus Intellectus ipso actuali terminatur ad illud iam dicetur cognoscere id, quod reuera est in Intellectu humano: & quia in Divino Intellectu sicuti non est potentia in Genere intelligibilium, ita nec est defectus in modo cognoscendi: propterea dicam cognoscere Ens Rationis, factum ab intellectu humano, cognoscere id, quod est, ita pariter cognoscet idē Ens Rationis eo modo quo est intellectu humano, ergo poterit Divinus intellectus

si-

sine vllaſi imperfectione, cognoſcere Entia Rationis, q. eras Prima Pars noſtræ ſẽt. 2. Probatur modo altera pars, quod nempe ſolus intellectus humanus effingat Entia Rationis. Solus intellectus humanus eſt para potentia in Genere intelligibilium, ita vt capiat res aliter, quam ſunt, ergo ſolus intellectus humanus effingit Entia Rationis: de Antecedente dubitandum nõ eſt: nam intellectus Diuinus cum ſit perfectissimus ens in omni Genere, non cognoſcit res aliter quam ſunt, & ſi cognoſcit materialia ſpiritualiter, creaturas immaterialiter, &c. hæc non arguit defectum in modo cognoſcendi, ſed potius ſummam actualitatem: intellectus etiam Angelicus, quamuis ſit potentia in Genere entis non eſt tamen potentia in Genere intelligibilis, quia ſibi creatus eſt plenissima omnium ſpecierum, probatur minor conſequentia. Ens Rationis eſſentialiter eſt, quod capitur per Rationem per actum intelligendi deficientem, ita vt à ſolo actu deficiat in modo intelligendi, nullam ſignatur Ens Rationis ſed ſolus intellectus humanus habet modum intelligendi deficientem, ergo

Rõſun dentes tatis Ar gũ.

dico Minor hujus ſecundi diſcurſus iam eſt manifeſta, quia ſolus intellectus humanus eſt para potentia in Genere intelligibilium, maior ex dicta eſt clara. Et potest ampliùs confirmari, quia intellectus, qui cognoſcit res ſicut ſunt ſi pars rei, non potest per ſuum actum intelligendi peruenire ad ſuum Obiectum aliquod eſſe rationis, ergo Ens Rationis ſolum capitur ab eo intellectu, qui habet modum intelligendi deficientem; probatur antecedens. Intellectus, qui habet modum intelligendi perfectum, ita vt cognoſcat res ſicut ſunt ex parte rei habet veram rationis, idest non habet ſpeciem abſtractam à Phantasmatibus, repreſentatiuam res ſecundum eſſe rationis, ergo intellectus habens modum cognoſcendi perfectum, non potest effingere aliquod Ens Rationis, quia omne Ens rationis eſt ſecundum exiſtentiam ſui formæ: ſed ſolus intellectus humanus habet formam rationis. Intelligit per ſpecies abſtractas à Phantasmatibus: nam intellectus Diuinus intelligit per formam, quæ eſt ſua Diuina eſſentia: intellectus verò Angelicus intelligit per ſpecies, non abſtractas à re-

lius, sed derivatur ab ideis Diuinis, ergo solus intellectus humanus, qui habet modum intelligendi deficientem, effiemabit Entia Rationis? Quinto autem alius intellectus finit Angelicus, finit Diuinus, cum non intelligat per discursum rationis, nec habeat modum intelligendi deficientem, nusquam effiemabit Entia Rationis. Et sic manet probatum, quod Diuinus intellectus cognoscit cognitione speculativa Entia Rationis, facta vel habitibus ab intellectu humano, solis autem humanis non effiemat. Argumenta, quæ pollunt fieri contrariam manent soluta ex dictis.

## DVBITATIO TERTIA

### *Per quas Operationes intellectus humani fiant Entia Rationis?*

1 SEcundo est, an Entia Rationis fiant per Primam Operationem intellectus, quæ dicitur simplex Apprehensio, an omnia fiant per secundam, vel per tertiam?

2 Cui Dubitationi breviter respondendum est hac vera conclusione. Ex Entibus Rationis quædam fiunt per Primam Operationem, quædam alia per secundam, & quædam etiam per tertiam. Ita colliges ex Ægid in Quo lib. 2. q. 6. & probatur hoc argumento. per primã Operationem intellectus, quæ ab Ægidio vocatur Prima latio, seu Primus aspectus, fit Ens Rationis, quod est prima intentio, & per illam primã Operationem intellectus, quæ ab eodem Ægidio dicitur secunda latio, seu actio reflexa, fiunt secundæ intentiones, & Relatio Rationis. Per secundam vero Operationem intellectus fiunt Entia Rationis in propositionibus, per tertiam tandẽ Operationẽ, quæ est discursus, fit syllogismus, qui proprijssimẽ est Ens Rationis, ergo per singulas Operationes nostri intellectus fiunt diversa Entia Rationis.

TER-

# TERTIA DISPVTATIO DE VNIVERSALIBVS in Comuni.

HÆC est altera Disputatio, non minus celebris & precedenti esque cum disputatione sequenti de Vniuersalibus in particulari valde necessaria, ad habendam notitiã Entis methaphisici, quatenus est compositum compositione Rationali; Vniuersale autem in predicando; (de quo solum erit sermo in presenti) dupliciter considerari potest, iuxta ea, quæ docet Ægid. tam in lib. vniuersalium, tum etiam in primo sent. dist. 19. Princip. 2. q. p. Primo secundum esse, quod habet extra animam, quod dicitur esse materiale, & hic status est Phisicus, & ab Ægidio nostro dicitur status naturalis. Secũdo accipi potest Vniuersale secundũ esse, quod habet in anima, quod dicitur esse rationis: Et quia secundum hoc esse, quod habet in intellectu, adhuc dupliciter sumi potest, primo secundum esse, quod habet in intellectu abstracto, qui dicitur status practicus, seu Methaphisicus, secundo accipi potest secundum esse quod habet in intellectu reflexo, seu comparato, qui dicitur status logicus; ideo totam hanc Disputationem de Vniuersalibus in Communibus tantum sequentibus Quæstionibus concludemus.

# DISPVTATIONIS Tertiæ.

## De Vniuersalibus in Communi

## Quæstiones Tres.

### Quæst. I.

*De Vniuersalibus secundum esse, quod habent in statu Physico, seu à parte rei.*

### Quæst. II.

*De Vniuersalibus secundum esse, quod habent in statu Metaphysico, seu abstractionis.*

### Quæst. III.

*De Vniuersalibus secundum esse, quod habent in statu Logico, seu Rationis.*

## QVÆSTIO PRIMA.

### De Vniuersalibus in Communi secundum esse, quod habent extra animam, id est in statu realis existentiæ.

STatus Physicus seu status realis existentiæ, qui est status à parte rei, & ab Aegidio dicitur status extra animam, seu status naturæ, est ille, in quo quælibet natura realis realiter est concurrens cum conditionibus individuantibus, quæ sunt hic, & nunc, & progressu hic status solet etiam appellari status contractionis; vel status materialis, dicitur hic status Physicus, quia differentia individuale est differentia materialis: materialia autem Physicæ considerationis sunt. Item dicitur status realis existentiæ, quia omnes naturæ, quæ sunt à parte rei, sunt contractæ ad esse reale individui, esse autem reale, existentia est. Eidem isti status dicitur contra omnis, quia realiter illæ nãturæ sunt contractæ, & unitæ cum differentijs individuantibus. Quoniam autem in hoc statu Physico non est apud omnes certum, an Vniuersalia habeant esse, & quod nam illud sit: ideo hanc priorem quæstionem in duos Principales articulos dividemus.

QVÆ-

## QVÆSTIONIS PRIMÆ.

## De Vniuersalibus secundum esse, quod habent extra animam

### Articuli Duo.

*Artic. I.*
*An Vniuersalia in statu Physico seu extra animam habeant esse?*

*Artic. II.*
*Quod num esse habeant Vniuersalia in statu entis rationis, seu in statu realis existentiæ?*

## ARTICVLVS PRIMVS.

### An Vniuersalia in statu Physico, seu extra Animam habeant esse?

THuius præsentis articuli duplicem habet sensum. Prior est, an ipsis rebus, quæ sunt extra intellectum, conueniat aliquo modo Vniuersalitas? Posterior autem est, an ipsæ res Vniuersales sint in singularibus, vel à singularibus separatæ; dicendum igitur hunc priorem Articulum in duas sequentes Dubitationes.

## ARTICVLI PRIORIS

### De Existentia Vniuersalium in Rebus

### Dubitationes Duæ.

*Dub. I.*
*An ipsis rebus, quæ sunt extra intellectum, conueniat aliquo modo Vniuersalitas?*

*Dub. II.*
*Vtrum Vniuersalia, quæ sunt in rebus, sint in singularibus, seu cum singularibus coniuncta, vel à singularibus separata?*

## DVBITATIO PRIMA.

### An ipsis rebus, quæ sunt extra intellectum conueniat aliquo modo Vniuersalitas?

1 ARistoteles 4. Metaph. text. 21. & lib. 3. de Cælo, & Mundo text. 7. ref-

Nominales negãt vniuersalitatẽ ipsis rebꝰ

fere, fuisse sententiam quorundam antiquorum Philosophorum, præsertim Eraclíti, & Cratilli, qui asserebant, nullo modo ipsas res dici posse Vniuersales; sed tantum modo Vniuersalitatẽ conuenire ipsis cõceptibus, quibus plura individua, & singularia significantur: qui sententiam postea secuti sunt Nominales, qui propterea hoc nomine sunt appellati, quia Vniuersalitatem solis nominibus tribuebant. Solet autem hæc sententia sic suaderi.

1. Argu. 2 Primo, omnia, quæ sunt in mundo extra intellectum, sunt singularia, ergo à parte rei in statu pluisco nihil est Vniuersale: cõsequẽtia sequitur, probatur antecedens, quicquid est in mundo extra intellectum, vel habet esse per Generationem, & desinit per corruptionem, vel habet esse per Creationem, & desinit per annihilationẽ: sed omnes huiusmodi Actiones terminantur ad res singulares, quia ad Vniuersale nulla est potentia quoad Generationem, & corruptionẽ, ergo quicquid est in mundo extra intellectum, singulare est.

2. Argu. 3 Secundo. Si Vniuersalia essent in rebus, maximè quia scientiæ sunt de Vniuersalibus, & de ipsis rebus est scientia: sed hæc ratio est nulla, ergo & illud, ex quo sequitur, probatur minor, potest dari vera scientia de aliquo obiecto singulari, ergo non est necesse, quod Vniuersalia sint in rebus propter hoc, quia scientiæ sunt, probatur antecedens. De Deo in Theologia habemus veram scientiam; sed Deus est singularis, ergo potest dari vera scientia de obiecto singulari. Tertio ait Arist. 1. de Anima text. 8. Vniuersale aut nihil est, aut posterius ergo in rebus nullo modo esse potest Vniuersale: sed tantum vel in conceptibus, vel in vocibus, quæ posteriores sunt ipsis rebus.

4 Cæterum ipsis rebus negari non debet Vniuersalitas: imo extra intellectum ita ipsis rebus seu naturis conuenit Vniuersalitas, vt à parte rei seu in statu realí, quilibet natura propriè, & verè dici possit Vniuersalis. Hæc est profecto dubio sententia omnium realium, & post Aristotelem etiam omnium Philosophorum, iamque expresse confirmat Magister Scotus in libro Vniuersalium dub. 2. tom etiam in 1. sent. dist. 19. princ. 2. quæst. 1. & sic facile probatur primo, quia definitio essentialis

Probat ex vita lia 1.

dit: cuilibet speciei ali quod universale, cum conveniat omnibus individuis eiusdem speciei, sed quilibet distinctio essentialis explicat naturam, & essentiam rei, ergo universalitas non habet esse in sola voce, vel in conceptu: sed habet esse praecipue in ipsis rebus. Et propterea distinctiones dicit de definitionem Nominis, & in Distinctionibus Logicis.

Probat. 2.

6 Probatur secundo eadem petitio. Illa propositiones (Deus est Deus, Homo est Animal, Lapis est lapis, & necessariae, tunc sic vel in his propositionibus Id, quod praedicatur, est tantum vox, vel est res significata per vocem? Non est tantum vox, quia falsum est quod dicatur, Lapis est vox, quod dicatur Animal est vox, quod dicatur Homo est vox, quod in his propositionibus praedicatur, est universale, ergo universale non est tantum vox, sed est res significata per vocem: ergo cum Universale sit res significata per vocem, ergo Universale habet esse extra intellectum, vel in rebus, vel in Deo. Quod autem non sit in Deo, patet, quia nullum universale est Deus. Quod autem non sit in rebus, patet, quia nullum universale est aliquod individuum, quia nullum individuum est plura individua, quia nullum individuum est in plurib. Entia, ergo nullum universale est in rebus, quod est contra Aristotelem, qui dicit, quod universale est in rebus, ergo

essentiam praecisè est Vniuersalis saltem fundamentaliter, & ita Respondendum est ad similia.

Satisfit argum. Eraclii & Cratylli.

9 Ad secundum concedo maiorem, quod scilicet ita Vniuersalia essent in rebus, maximè propter scientias; sed nego minorem, quod haec ratio sit nulla, ad cuius probationem dico, quod si admittatur, quodlibet singulare esse incorruptibile, & de eo posse esse scientiam; quia tamen noster intellectus non cognoscit primo, & per se, ac directè singulare, vt sequenti quæstione tangemus, & vt professo ostendemus in Physicis, ideo non ponens de illo haberi scientiam, nisi prius Vniuersalia cognoscantur; atque adeo debent Vniuersalia esse in rebus: quia cum cognitio scientifica singularium sit reflexa, & indirecta, necesse est, prius praesupponere cognitionem Vniuersalium directam.

10 Ad tertium dicimus, ab auctoritate Arist. Respondet D. Thom. quod per illa verba voluit Philosophus excludere quemdam errorem, à nobis etiam infrà tangendum dubitatione exponendam, quod scilicet non detur aliquod Vniuersale, separatum à rebus, quod sit ante singularia; quod si tale singulare, id chimericum est, & potius nihil: sed quodlibet Vniuersale habet esse in ipsis rebus, non quod sit pars ipsis singularibus: sed potius posterius, idest supposito, quod dentur singularia, in illis existunt, & fundantur Vniuersalia.

## DVBITATIO SECVNDA.

### *V. Vniuersalia habeāt esse extra animam in rebus, ab indiuiduis separatis?*

1 Referunt fere omnes philosophi cum eorum Principe Aristotele, ita sensisse Platonem, quod scilicet in rebus extra intellectum, darentur Vniuersalia, consistentia in quibusdam *Ideis*, natura incorruptibilibus, realiter à singularibus separatis, independentibus à loco, motu, & tempore, exemplorum participatione ipsa individua fieri dicebantur; ita tamen, quod corruptis individuis, & singularibus, non propterea ipsæ deficiebant *Ideæ*: sicuti per impressionem vnius sygilli in multis cereis, efficiuntur multæ sygillationes, quibus

Refert ita Philo se Plato nem.

cor-

corruptis, adhuc sygillum remanet separatum.

Rationes pro ac sententia

2 Et quamvis multi non in dicta, imo & Sancti Patres Platonem ab hac sententia liberent, cuiuscunque tamen sit hæc de Ideis ab individuis separatis opinio, his potest rationibus suaderi. Primo. Vniuersalia concedenda sunt in rebus propter rationes, in precedenti dubitatione adductas: sed talia Vniuersalia non habent esse à individuis, nec sunt ab illis iuncta cum singularibus, ergo sunt ab individuis separata: maior propositio cum consequentia patent: quia si Vniuersalia sunt à parte rei, & non sunt coniuncta cum singularibus, necessario debent esse à singularibus separata, quæ probatur minor. Omne illud, quod est coniunctum cum singularibus, corrumpitur ad corruptionem illorum: sed Vniuersalia sunt incorruptibilia, illæque manent, etiam quocunque individuo deficiente, ergo Vniuersalia non habent esse in individuis, nec sunt coniuncta cum singularibus.

3 Secundo quilibet res ita se habet ad esse, sicut se habet ad cognosci: sed Vniuersalia cognoscuntur à quacunque ratione individuali denudata, & separata; ergo ita sunt, sicuti cognoscuntur.

4 Vt tamen videamus, in quo sensu possit admitti relata sententia, quæ communiter Platonica dicitur, Notandum est id, quod Doctor Egidius in primo sent. dist. 19. p. 2. q. 3. quod Triplex est Vniuersale, seu triplex Vniuersale assignari potest. Primum dicitur Vniuersale ante rem, secundum vocatur Vniuersale in re, tertium dicitur Vniuersale post rem. Vniuersale ante rem est illud, quod causat ipsas res, & cum sit ante existentiam rei, est omnino independens à rebus; estque per se subsistens, increatum, incorruptibile, & primum Principium omnium fictum. Secundum Vniuersale, quod est in re, est illud, quod essentialiter idem est cum rebus, in quibus est; seu idem est in essentia cum re, in qua est; & hoc vniuersale proprie non est substantia, cum sit commune multis, nec habet propriam esse, seu per se esse, quia semper est in alio, hoc necessario quid reale tantum, nec tantum quid rationis, sed quantum ad esse materiale est quid reale, & semper est in singularibus: quantum vero ad esse formale est quid rationis, & extra

Vniuersale triplex ē ante rē, in re, & post rē.

esse recipiat ab Anima, quia
solus Intellectus facit Vni-
versalitatem in rebus. Ter-
tium tandem Universale,
quod dicitur Universale
post rem, est ipsa intentio
intellecta ab intellectu ab-
stracta, quae dicitur Univer-
sale, non quia praedicatur
de pluribus, sed quia habet
respectum ad plura. Et plu-
ribus ei unitis, & proprie-
tas dicitur Universale post
rem, quia est abstractum a
rebus [illegible] ab eadem cum
fatur.

5 Hoc autem facilius
ei offendere, sin quo sensim
possit ad mysteriosa Dei ac-
cedere. Ens enim sicut Phi-
losophus per Universale in ea
quidditate seperatum, quae-
re realiter extra animam
habet aliquo modo Univer-
sale esse rem, quod est ens
extra causas. Et ab eis-
dem rebus omnino indepen-
dens [illegible] sua sententia ab ve-
ritate erat. Et habet veritatem
sensim, nam ens est Universa-
le ante rem, est [illegible] Deus,
qui est maxime Universale
cum sit supremum entium
creatum, atque etiam simi-
liudo, & idea omnium re-
rum, quia omnia Entia sine
scientia, & representationes
Entis Primi, magis facit ei
ad maximè ad scientias, quia
sicut omnia Entia habent

Sita Pla
tonicum
micum-
dia Fide
Vniver
Iliantt
rem.

esse participata per ipsum
Ens increatum, ita & omnes
intellectus creati Entis
maxime ad Universalitatem
omnium rerum, quia Ange-
lus particularia nihil agunt,
nec aliquid scire possunt,
nisi in virtute Agentis primi,
ipsius, & prime potest ipse Pla
to ab unitate Universalitati-
tatis ante, immo ad catholi-
cum sensum trahi, & per Vni
versale a rebus abstractum
intellexit Universale ante re-
[illegible]
& [illegible] re Universale, nec
singularibus separatum, in-
telexit Universale in re, vel
Universale post rem, talis fal
sitatis nec dum est aperta, & im
mota falsa, sed omni calum-
nia. Et contrarium nota di-
gnissima: quod sic ostendo.
Universale in re proprie
non est substantia, cum plu-
ribus sit commune, nec habet
proprium esse, imo nec pot
habere esse, cum semper sit in
alio: nec est pars entis reale,
rei patet. Ens Rationis
sed quantum ad esse formale
est Ens Rationis, & pen-
dens ab intellectu, quantum
vero ad esse materiale, est
quid reale, & habet esse in
singularibus, cum sit idem
essentialiter, & realiter cum
illis, & non stripperetur ad mul
tiplicationem ipsorum; ergo
Universale in re non potest
es-

esse Ideas aliquas singulares rebus separatas; probatur hæc consequentia, quia tota probatio supponit de Vniuersali in re, & esse separatum a rebus, quod illi separatum a rebus, vel est creatum, vel increatum? si hoc secundum, ergo non est Vniuersale in re, sed ante rem; & tale est solus Deus: si est creatum, ergo non est Vniuersale, sed primum singulare, quia creatura habet esse ad singulare terminatum, & non ad Vniuersale, ad quod nulla est potentia, nullaque actio Physica.

7 Probatur tandem, quod Vniuersale separatum a rebus in eo sensu, quo communiter tribuitur Platoni, non potest esse Vniuersale post rem. Vniuersale post rem nondum est species quædam, inhærens intellectui; sed etiam est dependens ab ipsis rebus, cum sit abstracta, & causata ab ipsis rebus: sed Vniuersale in eo sensu quo tribuitur Platoni, ne dum antecedit ipsas res, sed est ita separatum a rebus, ut sit ab ipsis omnino independens. ergo Vniuersale Platonicum non potest dici Vniuersale post rem.

Sic est ap. plus. Vniuersale post rem.

8 Cum ergo quæritur, an Vniuersale sit in rebus extra animã, vel a singularibus sepa-

Resolutio quæstionis.

ratum? si quæstio est de Vniuersali re ipsa, respondendum est affirmando, & tale est solus Deus: si vero sit quæstio de Vniuersali in re, vel post rem, respondetur negando, & per hæc patet solutio ad Dubitationem.

9 Ad rationes autem, in oppositum sic respondetur. Ad primam dicimus cum Ægid. in lib. Vniuersalium, quod illud, quod est in singularibus secundum rem, & rationem, eorum pariter ad corruptionem ibi is, verũ est illud esse, quod est in singularibus tantum secundum rem, non autem secundum rationem, falsum est.

Ad 1.

10 Ad secundam rationẽ omnibus aliis solutionibus, Respondetur, istam propositionem, quod sic se habent ad esse, sicut ad Cognosci, simpliciter est vera quantum ad id, quod Cognoscitur, seu quantum ad rem in re: nam quodcunque cognoscitur, idem esse habet in re, quod habet in intellectu: & si illud, quod cognoscimus, sit substantia, vel accidens in intellectu, etiam in re debet esse vel substantia, vel accidens: sed quantum ad modum cognoscendi, falsa est illa propositio: ne dum in or-

Ad 2.

di-

dice ad Intellectum nostrũ, qui habet modum intelligendi deficientem: sed etiam in ordine ad Intellectum, qui habet modum intelligendi perfectiorem; & propterea sicut ab Intellectu Angelico, vel Diuino multa sunt, quæ cognoscuntur simplicissimo modo, quæ tamen sunt composita, ita multo magis ab Intellectu humano multa cognoscuntur, vt à singularibus separata, quæ tamen in re extra cum eisdem singularibus sunt coniuncta.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *Quod nam esse habeant Vniuersalia in statu Physico seu realis existentiæ?*

IAm vidimus in præcedenti articulo, Vniuersalia in statu Physico habere extra Intellectum aliquod esse, & non esse nequam a rebus abstracta, neque a singularibus separata: videndum est nunc, quod nam esse habeant Vniuersalia extra animã, habent ne esse purum materiale, seu fundamentale tantum, an vero aliquo modo habent aliquod esse formale, distinctum à materiali, & pluribus positiuè, vel negatiuè commune? videnda hæc ergo sub hoc Articulo sequentia dubia.

## ARTICVLI SECVNDI

### *De Esse Vniuersalium extra animam*

### *Dubitationes Duæ.*

*Dub. I.*

*An in Statu realis existentiæ Vniuersalia habeant esse formale positiuum, à materiali distinctum?*

*Dub. II.*

*V. Vniuersalia extra Intellectum habeant esse formale pluribus positiuè, vel negatiuè commune?*

## DVBITATIO PRIMA

### *V. in statu realis existentiæ Vniuersalia habeant esse formale, distinctum ab esse materiali?*

1 HÆc ardua difficultas solet ab Aliquibus

bus methaphisicis sub his terminis disputari. An secluſa omni Operatione intellectus, natura, quæ denominatur Vniuersalis, habeat aliquam Vnitatem formalē, distinctam ab Vnitate numerica? ab aliis ergo sic solet proponi, an in rebus ante Operationem Intellectus detur Vnitas formalis, minor numerica?

2 Et prima, ac celebris sententia est omnium Scoticarum; cum eorum Principe subtilissimo Scoto in 2. sentent. dist. 3. quæſt. 1. & 7. Metaph. q. 19. quem extra Scotistas sequitur etiam Pater Zachar. Pasqualigius 2. p. disput. Methaph. disput. 15. sect. 2. num. 6. qui omnes asserunt, à parte rei in statu realis existentiæ, & contractionis, Vniuersalia habere esse formale positiuum, ita vt quælibet natura specifica in omnibus suis individuis sit vna vnitate formali; non obstante, quod in eisdem individuis sit distinctio, & multiplicatio numerica. adeo (inquiunt subtiliſſimi) quamuis Petrus, & Paulus, & omnia individua naturæ humanæ ante omnē operationem intellectus numero distinguantur, quantum ad esse individuale, in esse tamen specifico, & formali eiusdem naturæ humanæ omnia individua formaliter positiuè conueniant, & hoc est esse à parte rei vnitatem formalem positiuam, à materiali, & numerica distinctam saltem ex natura rei.

prima sententia affirmans.

3 Sunt pro hac sententia plura, eaque valde difficilia argumenta: nos tamen validiora referemus & primum argumentum, quod est omnium velut fundamentum, sic potest formari. Natura secundum se considerata, ideſt secundum esse essentiæ antequam concipiatur contracta ad esse partiale individuorum, habet suam propriam vnitatem formalem: ergo etiam quando contrahitur per esse existentiæ, & ponitur in pluribus individuis, non obstante multiplicatione individuali, adhuc remanet vna in omnibus illis; & eadem vnitas formalis eiusdem naturæ est positiuè in eisdem. Antecedens huius discursus sic efficaciter probatur, Vnitas est passionis, ergo posito principaliorem passionis, debet etiā poni positiuus passio: & hoc verum est ne dum in passionibus Phisicis; sed multo magis in Methaphisicis, quæ cum suo met Principio identificantur: sed natura secundum suum statum essentiæ

1. pro hac sententia fundamentū.

ha-

habeat suam peculiarem entitatem positivam, qua constituatur in tanto tali natura, ergo etiam secunda futura esse essentiæ habebit suam peculiarem entitatem essentialem positivam tanquam propriam passionem, & habitudinem, nunc probatur etiam prima consequentia principalis Enthimematis, quia si natura secundum suam essentiam est una, entitate formali positiva, ejus cum eadem unitate formali separatur in statu contractionis, & realis existentia Individuationis est extra naturam secundum se consideratam, seu ut clarius dicatur: Individuatio est extrinseca ad ipsam naturam, quæ ut in Petro, & in Paulo est unum, quia ut in Petro, ergo non potest esse multiplicatum in ipsa natura, quia nihil potest multiplicare in ea, qui est extrinsecum; & consequentia cum in hac die non sit alia multotenus, nihilque pertinet ab esse Individuali, non valet hæc Individuatio unitatem, quæ est in natura etiam si natura ponatur in pluribus, sed tempus cum

nibus remanebit una sola unitate formali.

4 Secundo: In aliqua figura realiter nata est essentia secundum esse essentiæ etiam considerata ante intellectum, ut prior Individuis ergo ita una pura figura nata secundum esse essentiæ habet aliquod esse formale, distinctum ne dum ab esse numerico, & physico, sed etiam ab esse rationis; consequentia sequitur, quia si extra Intellectum antecedenter ad esse Individuorum datur essentia secundum esse Essentiæ, cum illud esse non sit esse rationis, cum supponatur essentia ante intellectum, nec sit esse realiter existens, ergo præcedit Individua, ergo quidam esse formale, distinctum ne dum ab esse physico, & numerico: sed etiam ab esse rationis: nunc probatur antecedens. Quælibet natura creata secundum suam essentiam est indifferens ad esse, vel non esse extra ab essentia secundum suam essentiam ad / natum non valet subsistendo consequentia: quia si verum sit, quod Petrus in humanitate sit Animal, non tamen est verum quod Animal sit humanum, vel quod homo sit Petrus, ergo essentia secundum suam essentiam prior est Individuis.

Ter-

3 Tertio Diuisio entitatiua
Arg. seu pluralitas in esse reali in-
diuiduorum non opponitur
cum vnitate formali, essen-
tiæ; ergo optimè possunt esse
simul a parte rei, & multi-
plicitas Individuorum in es-
se reali, & vnitas formalis
eorumdem Individuorum
in ipsa natura secundum esse
essentiæ; consequentia sequi
tur, probatur antecedens,
quia vnitas formalis natu-
ræ secundum esse essentiæ ex in
trinseca sua ratione requirit
plura Individua, in quibus
esse possit, ergo ex se potest
habere actum essendi in eis-
dem Individuis, retinendo
suam vnitatem formalem: er
go non obstat, neque oppo
nitur tali vnitati formali Di-
uisio entitatiua, seu multi-
plicitas Individuorum in es-
se reali, quia iam natura pre
cisè considerata secundum
esse essentiæ ex vi sui proprij
esse ordinatur ad talem di-
uisionem, & petit esse in plu
ribus Individuis, diuersas
differentias Individuales ha
bentibus.

4 Quod si dicatur, non
esse possibile, quod vna na-
tura creata possit esse in plu
ribus Individuis, realiter di
stinctis; absque eo, quod
talis Individuorum distin-
ctio redunder in ipsam natu
ram, quia hoc est tantum
proprium naturæ Diuinæ, vt
existens vna, sit in pluribus
suppositis. contra hoc est, &
sit.

5 Quartum Argumentum
in primis non implicat, aliq-
uam naturam esse vnam in
pluribus realiter distinctis; Arg.
alioquin si implicaret, nec
Diuina natura posset esse vna
& indiuisa in pluribus suppo
sitis: cum igitur simpliciter
non implicet, nec dicendū
est implicare in naturis crea
tis. Deinde distinctio nu-
merica, & multiplicatio in-
esse Individuali non oppo
nitur vnitati formali ipsius na-
turæ secundum esse essentiæ;
sed sicut in Diuinis distinc-
tio personalis non tollit vni-
tatem naturæ singularis, quia
alia est vnitas personæ Diui
næ, & alia est vnitas naturæ
Diuinæ; ita in rebus creatis
Diuisio entitatiua seu nume
rica Individuorum nec de-
bet tollere vnitatem formā-
lem naturæ, secundum esse
essentiæ considerata; quia
alia est vnitas naturæ secun-
dum esse essentiæ, & alia
est vnitas Individuorum se-
cundum esse existentiæ, &
multiplicatio Individualis
seu numerica solum tollit
vnitatem numericam; hæc
habet schola subtilis.

6 Altera sententia non mi
nus celebris, quam præce-

dens, est omnium Thomistarum cum Angelico Sancto Thoma, tum de Ente & essentia cap. 4. tum etiam Opusc. de nat. gener. ca. 7. quem extra Thomistas sequuntur ferè omnes Recentiores, præsertim Suarez to. 1. suæ metaph. disp. 6. sect. 1. a num. 2. vsque ad 13. Magnus in disput. logicalib. disp. 3. sect. 2. §. Tamen verior, &c. vbi pro eadem thomistica sententia plures refert: Hi omnes in eo conueniunt, quod in statu Physico siue realis existentiæ extra intellectum Vniuersalia non habeant aliquod esse formale positiuum distinctum ab esse reali, nec ipsa natura specifica, vel Generica prout est à parte rei extra intellectum habet aliquam Vnitatem formalem positiuam ab vnitate individuali, & numerica distinctam: fundamenta autem pro hac sententia sunt huiusmodi. In statu physico, & realis existentiæ siue extra intellectum non dantur aliud esse, nisi esse numericum, & Individuale, seu esse materiale: ergo Vniuersalia a parte rei in statu Physico siue realis existentiæ non habent aliquod esse formale positiuum distinctum ab esse materiali, seu numerico

Secũda sẽta Thomistarũ negatiua Vniuersalis habet esse formale distinctum à numerico.

distinctum: nec ipsa natura specifica quam generica habet in Individuis aliquam vnitatem formalem positiuam, ab vnitate numerica seu Individuali, vel materiali distinctam; consequentia est euidens: nã si a parte rei non datur aliud esse nisi numericum, & materiale, nec alia vnitas nisi individualis, sequitur necessario, quod a parte rei nulla res quomodocunque sumatur, habet aliquod esse formale, vel aliquam vnitatem formalem, a numerica condistinctam. probatur modo antecedens. Si in statu physico, & realis existentiæ præter esse numericum, & materiale esset in Individuis aliquod aliud esse, distinctum, maximè esset illud esse formale, quod habet essentia secundum se; sed essentia secundum se sumpta à parte rei extra Individua nullam habet esse, quia essentia creata secundum se tantum est quidditas seu ratio: propter quod si aliquod habet esse illud tale esse nunquam erit distinctum ab esse rationis. essentia enim quatenus est quidditas, seu ratio solum in Intellectu potest habere esse, & solum ab Intellectu potest apprehendi primo, & directè tanquam prima In-

tẽ-

tentio, & reflexè tanquam intentio secunda: ergo in statu physico, & realis existentiæ sinè extra Intellectū non est aliud esse, nisi esse numericum, & Individuale, seu esse naturæ, vel esse materiale, ac per consequēs nec Vniversalia à parte rei habent aliquod esse formale, à materiali distinctum; nec vlla natura tam specifica, quam Generica habet extra Intellectum aliquam vnitatē formalem, ab vnitate numerica, & Individuali diuersam.

2. Argu. 9 Secundo omnis vnitas formalis comitatur naturā secundum se: sed à parte rei extra intellectum non est aliqua natura communis, sed tot multiplicantur naturæ, & essentiæ, quot sunt Individua, ergo idem dicendum est de Vnitate formali, quæ est veluti intrinseca, & trascendentalis proprietas talis naturæ, & ideo se mutuo cōsequuntur, & multiplicato vno, multiplicatur & aliud, omnes propositiones patēt, excepta minori, quæ sic probatur. omne, quod est à parte rei extra intellectum, est Individuum, & singulare, vel saltem cum Individuo identificatum: ergo à parte rei extra intellectum est Individuum, & singulare, vel saltem cum Individuo identificatum; ergo à parte rei non est aliqua natura communis consequentia tenet, & antecedēs in præcedenti articulo per totum, est manifestum.

10 Tertio. Omnis vnitas existens a parte rei nullomodo distinguitur, vel ex natura rei, vel alio genere distinctionis ab vnitate Individuali: ergo necesse est, omnem vnitatem, quæ est à parte rei, multiplicari ad multiplicationem individuorum; ergo à parte rei nulla est vnitas formalis in re ipsa communis, multis Individuis. prima consequentia probatur, quia si vnitas formalis, & individualis ex natura rei non distinguuntur, ergo in vno quoque Individuo v.g. in Petro vnitas formalis, & vnitas individualis eiusdem penitus nec non distinguuntur, ergo vtraque vnitas distinguitur ab vnitate formali, & individuali Pauli, quia si vnitas individualis Petri distinguitur ab vnitate Individuali Pauli. Omnis vnitas formalis, quæ in Petro identificatur cum vnitate Individuali Petri, debet distingui ab omni eo, à quo distinguitur vnitas Individualis ipsiusmet Petri. Primum autem & principale antecedens huius discursus sic probatur.

3. Argu.

Omnis formalis existens a parte rei non distinguitur ab vnitate Individuali realiter, quia hæc distinctio non potest esse inter rem, & rem: essentia autem non est res simpliciter, quamuis ipsum Individuum sit res, ergo inter essentiam, & individuum non potest esse distinctio realis: nec minus est distinctio formalis ex natura rei, quia hæc nulla datur: cum nullum sit medium inter distinctionem realem, & rationis; ergo vnitas formalis existēs à parte rei, non distinguitur aliquo modo ab vnitate Individuali, & per consequens; multiplicata vnitate Individuali, multiplicari etiam debet omnis vnitas formalis, quæ identificatur cum Individuali.

11 Quarto. Secluſa omni Operatione Intellectus quælibet essentia fit *natura*, vel *est* in singularibus, vel *est* à singularibus separata; non hoc secundum, vt monstrauimus in articulo precedenti dubit. 2., ergo *est* cum singularibus vnita, tunc sic; Omnis natura, & essentia, quæ reperitur in vno Individuo v.g. in Petro, quatenus *est* in illo, taliter *est* de essentia illius, vt omnino identificetur cum ipso; ergo nulla natura, quæ *est* à parte rei, po-

9. ante

test habere aliam vnitatem præter illam, quam habet illud Individuum, in quo ipsa *est*, & cum quo identificatur: sed quodlibet Individuum non habet nisi vnitatem numericam, & materialem, & nullam habet vnitatem formalem communem, alias Petrus v.g. posset pluribus communicari; ergo negatur, quæ *est* in Petro, potest, secluſa Operatione Intellectus, talem vnitatem formalem habere. primum antecedens probatur, quia omnis natura, quæ *est* in vno Individuo v.g. in Petro, *est* contracta ad esse Petri, ita vt omnia prædicata, quæ sunt in Petro, non dicant aliud esse, nisi esse Petri; ergo Omnis natura, & essentia, quæ reperitur in vno Individuo, quatenus *est* in illo, taliter *est* de essentia illius, vt omnino identificetur cū ipso. Hæc & alia similia habent non sine probabilitate fundamento Thomistæ, qui omnes in eo conueniunt, vt denegent absolute à parte rei extra operationem Intellectus, aliquam vnitatem formalem, à numerica distinctam.

12 Sed meo iudicio tam difficilis controuersia, & tā ardua pugna ab eo principio dependere tota videtur

an

A quo principium petitur controversia?

an scilicet inter esse reale, & esse rationis, detur aliquod esse formale medium, quod sit abstractum esse distinctum? seu an essentia secundum se, & præcisè considerata, habeat aliquod esse formale proprium, & distinctum, tam ab esse reali, quam ab esse rationis? an vero essentia secundum se sumpta nullum aliud habeat esse nisi vel esse reale, vel esse rationis? & quodlibet esse adhuc tantùm duo genera reducantur, scilicet vel ad esse reale extra animam, vel ad esse rationis? Subtiles fundantur in Primo, & supponunt, quod inter ea reale, & rationis, detur quoddam esse formale medium ex natura rei ab vtroque esse distinctum. Sed Angelicus supponunt secundum, quod scilicet essentia secundum se nullum habeat esse proprium, distinctum vel ab esse naturæ, vel ab esse rationis; & omne esse ad Duo tantum genera reducunt, scil. vel ad esse reale extra animam, vel ad esse rationis in intellecta. Nos igitur quid dicemus in Schola communi? quomodo sententiæ tam dissonantes, ad vnum sensum poterunt conuenire? vt possimus cum Angelicis conciliare subtiles, & veterum placita sublimiora?

essentia secundùm se est verum ens reale

13 Attendamus diligenter Magnum Ægidium præcipuè in quolib. 2. q. 6. & statim apparebit, sententiam Angelicorum non dissentire nisi in Verbis ab Opinione subtilium. In primis supponendum est id, quod omnis Scola concedit; & Ægidius hoc citato expresse admittit: scilicet essentiam secundum se sumptã, non esse parum nihil: sed potius esse verum Ens reale, ita vt optimè possit intelligi, & esse obiectum præcipuum intellectus: & si omnis æquiuocatio est tollenda de medio, dici potest id, quod hæc explicabitur in 3. Tract. huius operis, dis. 1. q. 2. art. 2. ferè per totum, quod scilicet Ens Reale dupliciter sumi potest, primo quatenus dicit figuras prædicamentorum: seu quatenus dicit quidditatem, & Essentiam rei. secundo quatenus dicit esse superadditum Essentiæ nunc ad propositum, Essentia præcisè, & secundum se considerata. licet non sit Ens Reale, quatenus Ens dicit esse, superadditum, tamen quia Essentia secundum se, nullatenus præcisè, distincta vel ab esse reali, vel ab esse Rationis tamen ipsa Essentia secundum se sumpta, est verissimum Ens Reale, quatenus Ens dicit figuras Prædicamen-

to-

torum, seu quatenus Ens dicitur quidditatem, & naturam; & sic Essentia secundùm se considerata, sicuti est Ens Reale, pro vt Ens dicit rei quidditatem, ita secundum se habet quoddam esse, quod à Thomistis dicitur esse Essentiæ, seu esse Essentiale, seu esse quidditativum, vel differentiativum; à Scotistis verò vocatur esse formale: nec facienda est tanta vis in Verbis, vbi sensus est idem: si enim vtraque Schola concedit, quod Essentia secundum se, non est purum nihil: sed verum Ens Reale: saltem vt Ens dicit figuras prædicamentorum, & rei quidditatem: etiam in vtraque Schola supponendum est, quod hoc Ens habeat esse proprium: quod vero hoc esse dicatur esse Essentiæ, seu esse quidditativum, seu essentiale, vel differentiativum; vt volunt Thomistæ; vel dicatur esse formale in Scholâ subtilî, id parum debet esse momenti: quia vocatur à Thomistis esse Essentiæ, seu esse quidditativum, quia est ipsa rei quidditas, & definitiva; à subtilibus verò vocatur esse formale, quia procedit à differentia specifica, & essentiali, quæ propriè est forma ipsius rei: in sensu ergo non discrepant cum insigni Doctore: sed dum subtilis Essentia secundum se considerata, tribuunt essentialem attendentes ad originem, aqua provenit tale esse, Angelici eidem Essentiæ tribuunt esse quidditativum seu esse Essentiale, vel differentiativum: quod procul dubio non est differentiam absque formali.

14 Et quoniam ad omne Ens reale sequitur vnitas, quæ est passio Entis: sicuti Essentia secundum se est verum Ens Reale, & habet proprium esse, ita secundò se habet suam propriam vnitatem, correspondentem suo esse; quam vnitatem subtiles vocant vnitatem formalem, cum sequatur esse formale, & proveniat à differentia essentiali; quæ dicitur forma: Aß Thomistæ dicunt illam vnitatem definitionis; seu vnitatem Essentialem, vel vnitatem quidditatis; quia est vnitas, proveniens ab Essentia, seu quidditate ipsius rei.

15 Rursus supponendum est secundo, quod inter esse reale, seu individuale superadditum Essentiæ, quod est à parte rei; & esse Essentiæ, quod iuxta Thomistas dicitur quidditativum, & à subtilibus dicitur esse formale; necesse est intercedat aliqua distinctio etiam antecedenter

Interf. & ellentiæ, & realitatem datur aliqua distinctio.

ter ad intellectum: nam esse reale seu numericum, quod est à parte rei, est simpliciter singulare: esse vero essentiæ, seu esse formale nec est simpliciter singulare nec simpliciter est vniuersale; sed quatenus est à parte rei, identificatur cum esse singulari; quatenus vero est in intellectu, est esse formaliter Vniuersale: igitur inter esse numericum, quod est à parte rei, & esse Essentiæ secundùm se, quod dicimus esse quidditatiuum seu formale; aliqua distinctio est; quam distinctionem Thomistæ vocāt Rationis ratiocinatæ, seu cū fundamento in re; Subtilissimo illam dicunt distinctionē formalem ex natura rei. Nūc videamus, quod discrimen intercedat inter vtramquem distinctionem?

16 Non me latet communis doctrina Scholiorum, quod sicut esse formale, quod continet Essentiæ secundum se, est quoddam esse medium inter Reale, & Rationis; & sicut Vnitas formalis, proueniens ab esse formali, est Vnitas quædam media inter Vnitatem singularem & Vniuersalem; ita distinctio formalis ex natura rei est quædam distinctio media inter distinctionem Realem, & Rationis.

17 Sed dicant quæso tam subtilissimi Patres; esse formale, quod est esse Essentiæ; est ne ita medium inter esse Reale, & Rationis; vt constituat tertium Genus Entis, simpliciter distinctum tū ab esse reali, tū ab ēē rōnis? hoc certè subtilissimus Scotus nūq̄ docuit; cum inter Ens simpliciter reale, & Ens simpliciter Rationis nullum detur tertium Genus Entis, distinctum: Sed dicitur esse formale quoddam esse medium, quia est quoddam esse commune ad esse Reale, & ad esse Rationis; idest cum esse formale est in re extra intellectum, illud dicitur esse formale Reale: cum vero est in Anima, illud esse formale est esse Rationis.

18 Sic de vnitate formali, quæ sequitur ad esse formale; illa Vnitas formalis non ita dicitur media inter Vnitatē simpliciter singularem, & Vnitatem simpliciter Vniuersalem, vt constituat tertium Genus Vnitatis, distinctum: cum in Genere Omnis vnitas vel sit simpliciter singularis, vel simpliciter Vniuersalis: sed Vnitas formalis dicitur Vnitas media, quia est Vnitas communis ad Vnitatem singularem, & Vniuersalem, idest cum Vnitas formalis est à parte rei,

rei, extra omnem intellectu, dicitur Vnitas formalis realis, seu Vnitas formalis singularis: cum vero eadem Essentia habet esse in intellectu, tunc eius Vnitas formalis dicitur Vnitas formalis Vniuersalis.

Distinctio formalis ex natura rei media i. communis ad realē & rationis.

19 Et hic tandem dicendū est, de distinctione formali ex natura rei: etenim illa non est ita distinctio media inter Realem & Rationis, vt constituat tertium Genus distinctionis, diuersum vel a distinctione reali, vel a distinctione rationis: sed dicitur distinctio media, quia est distinctio communis ad realem, & rationis: & cum distinctio formalis ex natura rei sit omnino independens ab intellectu, illa est omnino realis: cum vero dependentiā habet ab intellectu, illa est distinctio rationis: hæc est procul dubio legitima mens subtilium.

20 Nunc loquamur Angelici, qui dicit esse *Essentiæ*, seu esse quidditatum, quod conuenit Essentiæ secundum se, illud certum est esse reale simpliciter: dico esse realis existentiæ, cum Essentia, vt essentia distinguatur ab esse existentiæ: nec minus est esse rationis, cum eadem essentia, vt essentia, sit verum Ens reale, pro vt Ens dicit figuras prædicamentorem, seu rei quidditatem: ergo esse Essentiæ seu esse quidditatum potest dici quoddam esse medium inter esse simpliciter reale: & esse simpliciter rationis, non ita medium, vt sit quoddam esse tertium, sed ita medium, vt sit quoddam esse commune ad esse reale, & ad esse rationis: & quando Essentia est a parte rei, tunc habet esse simpliciter reale, seu esse naturæ, vel realis existentiæ: quando verò eadem essentia secundum se est obiectum intellectus, tunc habet esse Rationis.

21 Rursus illa vnitas definitionis, quæ conuenit Essentiæ secundum se, & dicitur vnitas Essentialis, seu vnitas quidditatis, non est vnitas simpliciter singularis: quia sicuti Essentia secundū se potest dici de multis, ita eius vnitas essentialis potest dici vnitas communis: nec potest dici vnitas simpliciter vniuersalis, quia quamuis intellectus cognoscat Essentiam vniuersalem, illam tamē per primū aspectum, & primam, ac directam cognitionem non apprehendit vt vniuersalem, ergo Vnitas quidditatis seu definitionis sicuti à Thomistis dicitur vnitas vniuersalis fundamentaliter, quia est fundamentum

Vel-

Vniuersalitatis: ita potest dici vnitas media, non quod constituat vnitatem tertiam, distinctam ab Vnitate singulari, vel Vniuersali, sed dicitur potest Vnitas media, quia est Vnitas communis ad singularem, & Vniuersalem; & cum Essentia est in individuis extra intellectum, tunc ista Vnitas Essentiæ est singularis, realis: cum vero Essentia apprehenditur ab intellectu, tunc medè Essentiæ Vnitas est Vniuersalis formalis.

22 Tandem distinctio rationis ratiocinatæ non potest dici distinctio simpliciter realis: quia sic esset independens omnino ab intellectu: nec potest dici distinctio simpliciter rationis, quia sic non haberet fundamentum in re: ergo potest dici quædam distinctio media, non quod constituat tertium genus distinctionis, diuersum à reali, & rationis: sed potest dici distinctio media, idest communis ad distinctionem realem, & rationis: & quatenus distinctio habet initium, & fundamentum in re, potest dici realis; quatenus vero completur per intellectum, potest dici distinctio rationis.

23 Nunc ecce.

## Concordia Opinionum

Vniuersalia à parte rei non habent esse formale, ita distinctum ab esse reali existentiæ, vt sit quodam esse tertium, diuersum simpliciter vel ab esse reali, vel ab esse Rationis. Hoc concludunt argumenta pro secunda sententia Thomistarum; & Ratio fundamentalis est, quia inter Ens reale, & Rationis non datur tertium genus Entis, vt etiam ipsi Scotistæ concedunt, & nos latius offendimus in 3. Tract. huius operis disp. 1. q. 2. art. 1. Cum hoc tamen etiam stat, Quod Vniuersalia à parte rei habent esse formale, quod est esse essentiæ, illudque est quodam esse distinctum ab esse realis existentiæ, & ab esse rationis: non distinctum, vt sit quodam esse tertium, sed ita distinctum, vt sit quodam esse commune: quia esse Essentiæ tam est a parte rei, vt formale reale; cum vero est in intellectu, est esse formale rationis. Et in hoc sensu sumus cum Prima sententia Scotistarum, quibus nec Angelici contradicent, quia illa distinctio, quam Thomistæ vo-

rant fundamentalem, veritatis rationem, apud Scotistas dicitur media seu formalis ex natura rei.

## DVBITATIO SECVNDA

*V. Vniuersale a parte rei extra intellectū habeant esse formale formaliter pluribus positiue, vel negatiue conuenire?*

SEcunda est, an illud esse formale, seu illud esse Essentiæ, quod habent Vniuersalia a parte rei, atque aliquo modo distinctum ab esse reali singulari, sit formaliter Vniuersale? non desunt Argumenta, quæ partem non tantum affirmandi, quod primum est, quia a parte rei extra intellectū conuenit magis Petrus cum Cane, quam Petrus & Paulus, ergo a parte rei extra intellectū conuenit aliquo conuenit Petrus cum Paulo, in quo non conuenit cum cane; sed Petrus, & Paulus non conueniunt in vnitate numerica, & individuali imo in hac vnitate differunt, ergo conueniunt in vna ratione specifica, & formali; ergo a parte rei extra intellectū cognitante, Vniuersalia non solum habent vnitatem numericā seu materialem, sed etiam formalem, & quia vnitas formalis est Vniuersalis, sequitur quod Vniuersalia a parte rei habēt esse formale formaliter Vniuersale. Secundo Oppositorum eadem est disciplina, & dato vno dicto dari & aliud, sed a parte rei datur singulare simpliciter, ergo debet etiam dari extra intellectū Vniuersale formaliter. Tertio est philosophicum axioma, quod aliud est in intellectu, quam prius fuerit in sensu, ergo si detur Vniuersale formale in intellectu, illi Vniuersale formale prius debet esse in sensu seu extra intellectum. Quarto, Obiectum potentiæ debet præcedere potentiam, sed Vniuersale formale est obiectum intellectus, ergo debet præcedere intellectum, ergo seclusa omni operatione intellectus, iam datur a parte rei Vniuersale formale. Quinto, Si a parte rei extra intellectū non datur Vniuersale formale, ergo æque a parte rei potest dari Vniuersale materiale fundamentale, probatur hæc consequentia, quia vt suppono ex Philosophia, nec materia esse potest sine forma

1. argu

2. argu

3. argu

4. argu

5. argu

ma

ma fiue materia. Sed Vniuersalitas est forma, quæ efficit naturam Vniuersalem formaliter, & ipsa natura a parte rei est materia, quæ ab vniuersalitate efficitur formaliter Vniuersalis; ergo vel ipsa Vniuersalitas debet etiam dari à parte rei cum ipsa natura, vel ipsa natura non erit materia, & fundamentum Vniuersalitatis. Sexto. Scientia non est de singularibus, ergo est de Vniuersalibus: sed non est de Vniuersalibus, quæ sunt per operationem intellectus; quia adhuc dormientibus hominibus remanent scientiæ, ergo est de Vniuersalibus, existentibus à parte rei.

Sexto.

5 Sed ad completam totius controuersiæ intelligentiam obseruandum est valde id, quod doctissimè satis habet Ægidius in quolib. 2. q. 6. quod datur duplex esse reale. & vnum est rationis, primum est reale à ipsum est Essentiæ, quod alijs verbis dicitur esse quidditatiuum, & merito à Scotistis dicitur esse formale, quia conuenit à differentia specifica, quæ est forma à Thomistis vero dicitur esse Vniuersale fundamentale, quatenus est fundamentum Vniuersalitatis. Secundum esse reale est ipsum esse superadditum Essentiæ seu ipsum esse realis existentiæ, quod alijs verbis dicitur esse naturæ, seu esse numericum, vel ethelphicum, vel esse particulare, vel esse contractionis: vel tandem dici etiam potest esse Vniuersale materialiter, quia cum eodem esse existentiæ identificatur realiter ipsum esse Essentiæ, quod est fundamentum Vniuersalitatis; tertium tandem esse est esse rationis, & merito à Thomistis dicitur esse forma le, ad differentiam ipsius esse extra Animam, quod est esse materiale. Ve ergo tollatur omnis occasio equiuocandi, distinguendum est de esse formali: nam datur primum esse formale, sic dicto à Scotistis, quod est ipsum esse Essentiæ, seu ipsum esse quidditatiuum; quod Ægidius loco citato vocat esse reale in causis: & hoc esse formale, quando est à parte rei, non est formaliter Vniuersale, sed potius singulare, seu contractum, vel esse Thalicum, & reale, vt ibi dicit, sed tandem esse reale extra causas. Alio dicto esse formale, sic dictum à Thomistis, est ipsum esse rationis, cuius quidem esse superadditum Essentiæ, vt cum Essentia apprehenditur ab intellectu, tunc quidem habet esse for-

Datur duplex esse formale.

Ee 2 ma-

male, & ſi apprehendatur per actum intelligendi directum, habet eſſe vniuerſale tanquam prima intentio, ſi verò eadem Eſſentia apprehendatur per actum intelligendi reflexum, tunc habet eſſe formale formaliter Vniuerſale tanquam ſecunda intentio. Omnia ergo argumenta, quæ videntur probare, vniuerſalia à parte rei præter eſſe numericum, habere eſſe formale, non concludunt de eſſe formali rationis, quod eſt eſſe formale formaliter Vniuerſale, vel tanquam prima intentio, vel tanquam intentio ſecunda: ſed omnia concludunt de illo eſſe formali, quod tãtum eſt fundamentaliter Vniuerſale, & aliſe habere dicitur eſſe quidditatem, ſeu eſſe Eſſentiæ, vel eſſe diffinitiuũ, & ab Ægid. ſpecialiter dicitur eſſe eſſentiale.

3 Et hæc concluſio, adequatè reſpondens dubitationi propoſitæ, ſcilicet, Vniuerſalia à parte rei habent eſſe formale, non formaliter vniuerſale, ſed fundamentaliter tantum, non indiget hac vltima concluſione ſpeciali probatione, nec declaratione maiori; figuram enim eſſe Eſſentiam in præcedenti dubitatione, tum etiam in ſuperiori doctrina, ſatis liquet. Concl.

4 Reſpondendum ſupereſt argumentis in principio dubitationis adductis, quorum aliqua videntur etiam adſtringere, Vniuerſalia à parte rei habere eſſe formale, formaliter Vniuerſale. Et ſic ad primum dicimus, illud tantum concludere de eſſe formali, quod eſt eſſe Eſſentiæ, & propriè dicitur dē quidditatiuum, quod cum eſt à parte rei, non eſt formaliter Vniuerſale, ſed fundamentaliter tantum. Ad ſecundum reſpõdetur, q̃ ſingulare dupliciter cõſiderari põt ſiue ſit duobus modis ſumi põt Vniuerſale, Primo materialiter, ſecundo formaliter. Singulare materialiter ẽ q̃libet individuũ: quatenus eſt q̃dã res extra intellectum, ſicuti Vniuerſale materialiter eſt q̃libet nãa, quatenus eſt q̃dã res extra Animã, ſicut Vniuerſale formaliter eſt eadẽ nãa, quatenus eſt ſubiecta ſecũdæ intẽtioni Vniuerſalitatis: ita ſingulare formaliter ẽ ipſa nã ſingularis: quatenus ſubijcitur ſecũdæ intẽtionis individui; ſicut igitur ante oẽm operationẽ intellectus dato ſingulari materiali, datur ẽt Vniuerſale materiale, ita intellecto dato Vniuerſali formaliter, datur etiã ſingulare formaliter. Ad 1.

5 Ad tertium, concedimus Ad 2.

Solutio argu.

Ad 3.

antecedens, quod si hi-
bil est in Intellectu, quin pri
us fuerit in sensu; sed distin-
guendum est consequens,
ergo Vniuersale formale
si habet esse in Intellectu,
prius debet praexistere
in sensu, secundum illud
esse formale, quod habet
in Intellectu, nego con-
sequentiam. secundum ali-
ud esse, concedo conse-
quentiam. & sic quodlibet
Vniuersale non habet esse
se in Intellectu, quin
prius habeat esse à parte
rei: sed esse, quod habet
in Intellectu, est esse ra-
tionis, vel tanquam in-
tentio Prima, vel tanquam
Intentio secunda; esse vero
quod habet à parte rei,
est esse reale, seu natu-
rae, vel realis existentiae;
seu esse formale, tantum
fundamentaliter Vniuersale.

Soluitur quarto.

6 Ad quartum, Relicta
omnibus aliis solutionibus,
quae nunquam difficulta-
tem euacuant, Respon-
detur in Schola Aegidiana,
quod Obiectum Intellectus
non est Vniuersale formale,
seu non est natura prout
subiecta secundae Intentio-
ni Vniuersalitatis: nam
cum Vniuersale formale
seu secunda Intentio fiat ab
intellectu per actum relle-
xum, & cognitio reflexa
semper supponat actum di-
rectum eiusdem Intellectus,
necessario antequam In-
tellectus efficiat Vniuersa-
le formale, debet directe
cognoscere eandem natu-
ram secundum suum esse
Essentiae: & quia Obiec-
tum intellectus nullo mo-
do potest esse singulare,
quia vt latè ostendemus in
quaestione sequenti, intel-
lectus semper abstrahit ab
hic, & nunc, necessario di-
cendum est, quod ipsum
esse Essentiae, quod est pri-
mo cognitum ab Intellectu,
sic praecise Vniuersale,
licet Intellectus per primam
sui lationem non cognoscat
illud, vt Vniuersale: sem-
per igitur Vniuersale praece-
dit cognitionem Intellectus,
sed tale Vniuersale, quod
praecedit intellectum, non
est Vniuersale formaliter:
sed tantum fundamentaliter.
Nunc ad formam argumen-
ti concedo maiorem,
quod Obiectum potentiae
debeat praecedere potentiam sed distinguenda est mi-
nor: Vniuersale formale est
obiectum intellectus, negatur minor, Vniuersale fun-
damentaliter conceditur mi-
nor: ergo secluso omni ope-
ratione, Intellectus datur à
parte rei Vniuersale formale
negat absolutè consequentia.

Ad

7 Ad secundam Respondetur; quod in Vniuersalibus datur duplex materia, & duplex forma: & quælibet forma, correspondet sue proportionate materiæ, ita vt nunquam sit materia sine forma, vel forma sine materia: datur namque in Vniuersalibus duplex forma, seu duplex Vniuersalitas, alia est materialis, alia est formalis. Vniuersalitas formalis nullo modo datur extra intellectum, Vniuersalitas vero materialis datur vtique apud se: sed sicuti in Vniuersalibus datur duplex forma, ita etiam datur duplex materia, alia (scilicet materia Vniuersalium formalis, alia est materia Vniuersalium materialis; alia est materia Vniuersalium formalis; materia Vniuersalium materialis est quælibet natura secundum esse tale seu reale existentiæ, & huic materiæ ante intellectum correspondet sua forma materialis. & Vniuersalitas materialis, est quæ ipsum esse Essentiæ, quod à scientissimo rito dicitur esse formale, & propterea ante omnem intellectum quælibet natura realis dicitur Vniuersalis materialiter: materia vero Vniuersalium formalis est eadem natura non in statu realis existentiæ, sed vt subiecta secundæ Intentioni Vniuersalitatis, & huic materiæ formali correspondet sua Vniuersalitas formalis, quæ est ipsa secunda Intentio.

dari duplicem materiam & duplicem formam.

8 Ad vltimum. Respondendum est cum Ægidio in Quodlib. 2. q. 17. adnotando prius, quod ad actum intelligendi quatuor necessario concurrant, s. substantia ipsius animæ, potentia intellectiua, quæ radicatur in substantia animæ, species intelligibilis, quæ perficit potentiam; & voluntas conuertens se ad præfatam. Aliud autem est intelligere in actu, & aliud est intelligere in habitu, hoc intelligere in habitu adhuc est duplex, quia quoddam est magis actuale, & quoddam minus actuale: nam habitus videtur dicere quendam actum semiplenum, propter quod in ipso habito possumus dare gradus, cum actus semiplenus dicat actum admixtum potentiæ, & aliquando plus habeat de actualitate, aliquando plus de potentialitate. Hinc adnotato dicendum est, quod quãdo ad Intelligere concurrit illa quatuor s. substantia animæ, species intelligibilis, potentia intellectiua, & Voluntas se conuertens supra speciem: tunc anima intelligit in actu: quando autem

Ad vltimũ Respondet Ægid.

sunt

sunt ibi rãum, & deficit quartum, (. voluntas se conuertens in præsentiam; tunc anima intelligit in habitu: sed hæc scientia habitualis plus habet de actualitate, quam de potentialitate; quia eo ipso, quod anima habet species rerum, etiam potest intelligere, dato quod cõsideret de rebus; sed quando sunt ibi rãum, Duo subsistentia animæ, & potentia intellectiua; tunc anima etiam intelligit in habitu, sed hæc scientia habitualis plus habet de potentialitate, quia ipsa subsistentia animæ est illud ratio intelligendi: & hoc est intelligere in habitu potentialiter, habere (. apud se id, quod est ratio intelligendi, seu id, quod est radicale principium intelligendi. Ad formam igitur Argumenti Respondetur, conc. primã antecedens; quod (. scientia non est de singularibus, concedo etiam primam consequentiam; quod scientia sit de Vniuersalibus; item concedo reassumptam minorem, quod nõnullarum scientia non est de Vniuersalibus, quæ tunc potest Intellectus: nam si nulla esset Vniuersalia secundum esse formale formaliter Vniuersale, adhuc darentur scientiæ, licet forte non essent scientiæ acquisitæ modo humano; quando autem dicitur, quod plurimi etiam hominibus adhuc remanent scientiæ, quæ cum non possint esse de Vniuersalibus in Intellectu, erunt de Vniuersalibus a parte rei, Respondendum est, quod Omnis scientia est de Vniuersalibus, quæ sunt in re; hoc tamen inter est inter scientias actuales, & habituales; quod ad scientias actuales concurrunt illa quatuor (. substantia animæ, potentia Intellectiua, species intelligibilis, & voluntas: quando vero deficit vnum ex his quatuor, vel (. voluntas, vel species Intelligibilis, tũc scientia est habitualis, & hæc satis de hac quæstione.

## QVÆSTIO SECVNDA

### *De Vniuersalibus secundum esse, quod habent in Statu Metaphysico, seu Abstractionis.*

STatus Metaphisicus seu abstractionis, est quando natura realis, seu quodlibet attributum reale cõsideratur secundum se, & sine conditionibus Individuationis.

antibus, quæ sunt hic & nũc; qui Status abstractionis dicetur etiam status existentiæ obiectiuæ, seu Status in anima; quia habet esse in ratione, seu in Intellectu, & propterea hic Status naturæ abstractæ dicitur etiam Metaphisicus, quia ad Metaphisicã pertinet omnis abstractio. Quia tamen est controuersia inter Doctores, ad quam potestatem pertineat, abstrahere naturam à conditionibus singularitatis: hæc est controuersia inter Metaphisicos, quod nam esse habeant Vniuersalia in hoc Statu præcisionis? Ideo dividemus hanc Quæstionem in duos sequentes Articulos.

## QVÆSTIONIS SECVNDÆ
## De Vniuersalibus secundum esse Abstractum.

### Articuli Duo.

#### Artic. I.
*Ad quam potentiam pertineat abstrahere naturam à conditionibus individuantibus?*

#### Artic. II.
*Quodnam esse habeant Vniuersalia in statu Abstractionis?*

### ARTICVLVS PRIMVS.
*Ad quam Potentiam pertineat abstrahere naturam à conditionibus Individuantibus?*

NOn disputabimus pro modo, quot sint sensus? quodque sit cuiusque sensus officium? & an inter omnes sensus det sese Agens? Nã totum hoc videbimus ex professo in sequenti Themate 2. tract. 4. de Anima, vbi etiam discutiemus plura, ad hanc materiam pertinentia, & præcipuè an præter Potentias sensitiuas necesse sit, dare Intellectum Agentem? Rursus, quod nam sit Officium huius postremo demum in quo Genere causæ Intellectus Agens exerceat suã munera tam in sensitiua, quàm in Intellectum possibilem? Pro nunc tantum videnda sunt sequentia dubia.

AR-

## ARTICVLI PRIORIS

# De Abstractione naturæ à conditionibus Individuantibus

## Dubitationes Duæ.

### Dub. I.

*An Intellectus Agens abstrahat naturam à conditionibus Individuantibus?*

### Dub. II.

*Virum Intellectus Possibilis ita abstrahat naturam à conditionibus Individuantibus, ita vt recipiendo in se speciem intelligibilem, dicatur præsentare naturam ab Individuis?*

## DVBITATIO PRIMA.

# Virum Intellectus abstrahat naturam à conditionibus Individuantibus?

1 SEnsus est; an Abstractio naturæ à conditionibus Individuantibus fiat ab Intellectu Agente, ita vt Intellectus Agens sit, qui irradiando super Phantasmata, producat eum eodem Phantasmate speciem Intelligibilem, repræsentantem naturam sine conditionibus Individuantibus? seu quod idem est, An species Intelligibilis, producta ab Intellectu Agente mediante Phantasmate, repræsentet naturam sine conditionibus materialibus, & sic Vniversalem, an vero repræsentet naturam cum conditionibus Individuantibus, atque adeo singularem?

2 Et Prima Principalis sententia est, Intellectum Agentem nunquam abstrahere naturam à conditionibus Individuantibus, nec speciem Intelligibilem, ab Intellectu Agente productam, repræsentare naturam sine conditionibus Individuantibus, seu Vniversalem: sed potius quamlibet speciem Intelligibilis, productam ab Intellectu Agente mediante Phantasmate, habere repræsentare naturam humanam singularem, atque adeo contractam, & connectam cum conditionibus Individuantibus: ita tenent asserere omnes illi, qui docent, primo cognitum à nos

Brunus Pasqual. Caietanus Zumel.

ctu Intellectu possibile esse singulare, seu Individuum naturæ specificæ: inter quos specialiter refert potest Doctissimus Brunus, qui in Disput. 3. §. 1. ex his facile negat ex professo minus abstrahendi conuenire Intellectui Agenti: docetque, omnem abstractionem tantum conuenire Intellectui possibili: ita etiam validissime subsistuer Pasqual. part. 2. disp. 19. sect. 2. & Caietanus opusc. de Ente, & Essentia cap. 4. q. 6. Scotus q. 3. Vniuersal. Zumel p. 1. q. 13. art. 7. concl. 3. & alij sed prætermissa recitatione Doctorum, qui hanc primam sententiam defendant, referamus tam fundamenta, quibus putant eadem sententia subniti

1. Argu.

3 Primo, vel abstrahere dicit hoc, quod est ab alio trahere, & vnum ab altero præscindere, & separare: vel ad se trahere: sed neutrum dici potest respectu Intellectus Agentis, ergo hic non abstrahit: probatur minor. Intellectus Agens conuenit Intellectui Agenti hoc, quod est ad se trahere: quia trahendo ad se, aliquid recipere: & omne recipere sit quodammodo, Intellectus Agens agere, patet ut; quod implicantiam involvit: nec eidem Intellectui Agenti conuenire potest hoc, quod est vnum ab alio trahere, nam qui vnum ab alio separat seu præscindit, necesse est, vel vtrumque cognoscat, vel saltem id, quod separat ab alio; quia cum huiusmodi separato non sit realis, sed intentionalis, necesse est, vt separans cognoscat ea, quæ separat, vt patere potest in omni abstractione: oculus enim si separat et præscindit colorem a sapore, hoc ideo est, quia oculus percipit suum obiectum, & colorem: & quibus ideo separat saporem ab odore, quia gustus sensibiliter cognoscat, suum obiectum, & saporem, & de alijs sed Intellectus agens nullo modo cognoscit vt omnes sine vlla exceptione faciunt, quia cognoscere solum pertinet ad Intellectum possibilem: ergo ad Intellectum agentem nullo modo pertinet abstractio seu præcisio naturæ a conditionibus singularibus.

4 Secundo Manus Intellectus Agentis non est nisi irradiando fantasmata, producere eius fantasmate speciem Intelligibilem seu spiritualem, repræsentatiuam Intellectui possibili rectum id, quod latebat sub fantasmate sed sub fantasmate seu sub

2. Arg.

spe-

specie sensibili, quæ est in fantasia, non latet naturam specifi, & abstractã à conditionibus Indiuiduantibus, nec Vniuersalis: sed potius cum eisdem conditionibus. & ex consequenti singularis; ergo Intellectus Agens mutatione suo non habet producere speciem intelligibilem, representantem naturam abstractam, & Vniuersalem: sed potius habet producere speciem intelligibilem, representantem naturam contractam, & singularem: minor & consequentia non possunt negari; maior autem sic declaratur, inter sensum communem immutantem fantasiam, & fantasiam immutantem intellectum possibilem, nullum est aliud discrimen, nisi quia species, quam immittit sensus communis fantasiæ in virtute Agentis extrinseci, est omnino sensibilis, & materialis, sicuti sensibilis, & materialis est ne dum sensus communis immittens: sed etiam fantasia, cui species sensibilis immittitur: species ergo, quam in virtute intellectus Agentis immittit fantasia intellectui possibili, est omnino spiritualis, & immaterialis, sicuti spiritualis, & immaterialis est ne dum intellectus Agens immittens: sed etiam Intellectus possibilis, cui species intelligibilis immittitur; inter eas est omnimoda similitudo inter sensum communem immutantem Fantasiam in virtute agentis extrinseci, & Fantasiam immutantem intellectum possibilem in virtute Intellectus Agentis: sed species sensibilis, quã sensus communis immittit Fantasiæ, representat naturam, non abstractam, & Vniuersalem; sed contractam, & singularem: ergo species Intelligibilis, quam in virtute Intellectus agentis immittit Fantasia intellectui possibili, non representabit naturam abstractam, & Vniuersalem: sed potius singularem, & contractam ad esse Individuale: atque adeo Intellectus Agens irradiando superfantasmata, non abstrahit naturam ab individuis: nec producit speciem, representantem naturam abstractam: sed tantum (vt ita dicamus) spiritualizat ipsam fantasma producitque immediate speciem Intelligibilem, representantem naturam Individuam, & singularem.

5 Tertium Argumentum desumi potest à quodam Principio, quod ab Authoribus huius sententiæ supponitur ex Philosophia, quod scilicet primo cognitum ab intellectu nostro possibili non est Vniuersale

3. argu.

ter esse. sed tantum modo in singulari, & singulare; & sic poterit argumentum formari. Intellectus Agens manere suo non habet aliud efficere, nisi producere speciem intelligibilem, quæ repræsentet intellectui possibili id, quod ab Intellectu possibili potest directè, & primo cognosci: sed primo cognitum à nostro Intellectu Possibili non est tantum Vniuersale, seu natura abstracta, sed est etiam singulare: ergo Intellectus Agens manere suo non producit tantum speciem intelligibilem repræsentantem naturam abstractam, & Vniuersalem: sed etiam naturam singularem. Maior propositio certissima est apud omnes, quia Intellectus Agens manere suo non habet aliud efficere nisi producere speciem intelligibilem, quæ repræsentet Obiectum intellectui possibili. Minor supponitur ab his doctoribus ex his, quæ affirmant in Physicis, vbi asserunt Intellectum nostrum possibilem primo, & per se directè cognoscere singulare, vt patet de Anima separata.

¶ Arg. 6 Quartum Argumentum. Nō est solius intellectus Agēs, qui producit speciē intelligibilē Intellectu possibili, sed simul cum Intellectu Agente ratio causa Principalis concurrit ad ipsum Fantasma, seu speciem sensibilem, quæ est in Fantasia tanquam instrumentū, quod agit in virtute eiusdem Intellectus Agentis: ergo vtraque causa tam Principalis, Intellectus Agens, quam instrumentalis ipsum Fantasma, aliquid præbet speciei Intelligibili, quæ ab ipsis producitur: nam si aliqua illarū causarū nihil præbet effectui, superuacanea erit nōne sic. ipsū Fantasma, q̄ instrumentaliter concurrit cum Intellecta Agente ad producendam in Intellectu possibili speciem Intelligibilem, non præbet, nec potest præbere tali speciei intelligibili, quod est spirituale, quia ipsum Fantasma nō est spirituale, & totalis ratio spiritualitatis prouenit ab Intellectu Agente, qui est causa principalis, ergo species Intelligibilis non aliud potest habere à Fantasmate, quod est altera causa eius instrumentalis, nisi repræsentare naturam singulatem: probatur hæc vltima consequentia, quia ea species producta ab Intellectu Agente, & à Fantasmate, nihil aliud est, nisi esse spirituale, & repræsentare obiectum: sed primum, scilicet esse spirituale

se non habeatur à Fantasmate, quia tota spiritualitas prouenit ab Intellectu Agente, ergo à Fantasmate solum habetur hoc secundum, s. representare obiectum: sed Fantasma non potest præbere speciei intelligibili, quod representet naturam vniuersalem seu abstractam, quia ipsum Fantasma in se non est Vniuersale, nec representat naturam Vniuersalem, sed solum representat Fantasię singulare, ergo nõem Fantasma præbebit speciei intelligibili, quod representet singulare seu naturam contractam ad esse Individuale, ac per consequens intellectus Agẽs non habebit abstrahere naturam à conditionalibus individuantibus. Alia argumenta solent adduci pro hac sententia; sed adducta sunt principaliora.

7 Altera sententia ex Diametro est opposita, & in Schola S. Thomæ est comunis; quam præter Thomistas sequuntur etiam nõ pauci Recentiores: qui in eo principio Vniuersaliter conueniunt, quod Intellectus Agẽs irradiando super Phantasmata, abstrahit naturam à conditionibus individuantibus, & species intelligibiles, producta ab eodem intellectu Agente mediante phantasmate, non representat Intellectui possibili naturam singularem, sed potius Vniuersalem. probatur. Thomistæ hanc eorum sententiam pluribus ratiõibus: sed potiores sunt tres. Prima, quæ est fundamentalis, & à priori, sic formatur. Intellectus Agens ex munere suo habet cum Fantasmate producere talem speciem intelligibilem & spiritualem, vt per eam possit intellectus possibilis primo cognoscere suum obiectum: sed illa species intelligibilis, quæ est omnino spiritualis, & immaterialis, & per quam intellectus possibilis potest primo cognoscere suum obiectum, non potest non representare naturam Vniuersalem, abstractã ab omnibus conditiõnibus individuantibus: ergo intellectus Agens ex munere suo habet abstrahere naturam à conditionibus individuantibus, & sic producere speciem, representantem naturam Vniuersalem. maior propositio etiam ab aduersariis conceditur: probatur minor, quia illa species intelligibilis, quæ est omnino spiritualis, abstrahit à materia quanta, ergo non potest non esse Vniuersalis. Antecedens est clarum, & certum. probatur consequentia, quia

in

in rebus materialibus principium indiuidiationis est materia quanta, ergo quod abstrahit à materia quanta, non est singulare, & individuum, ergo est Vniuersale: sed illa species intelligibilis, producta ab intellectu Agente mediante fantasmate est omnino spiritualis, & abstrahit ab omni conditione materiæ, ergo non est Vniuersalis

¶ Secundo obiectum intellectus potentiæ saltem pro statu vitæ non est singulare, nec natura secundum esse individuale, quod habet à parte rei, quod sic probatur, quia intellectus noster cum sit pura potentia in Genere intelligibilium, pro hoc statu, dum anima est coniuncta corpori, non cognoscit res sicuti sunt à parte rei, ergo obiectum intellectus saltem pro statu vitæ dum anima est coniuncta corpori, non potest esse singulare; probatur hæc vltima consequentia, quia si obiectum intellectus primum, & directum esset singulare, tam intellectus cognosceret res sicuti sunt à parte rei: sed pro hoc statu vitæ monstratum est pluries, intellectum nostrum nō cognoscere res, sicuti sunt à parte rei, ergo obiectum intellectus non est res singulari, sed potius Vniuersalis.

1. arga.

¶ Tertio adimpgi potest pro hac Thomistarum sententia quædam insignis Authoritas nostri Ægidij, qui in Quolib. primo q. 9. quærit an Angeli cognoscant singularia, sic ait: *Ad euidentiam sciendum est, quod cum omne Agens agat, vt sit in actu; & omne quod est in actu, sit tale per suam formam, hinc est, quod omne Agens agit secundum potentiā suæ formæ: forma autem intellectus nostri est species intelligibilis, abstracta à Phantasmatibus: & propterea intellectus noster recta respicit, & vt existat in actu per illam speciem, non cognoscit res individuales, & particulares: sed abstractas, & Vniuersales: si autem intellectus noster debet cognoscere particulare, hoc non erit directe aspectu, quia tunc non ageret secundum suam formam, quod est contra rationem cuiuslibet Agentis; sed cognoscit particulare per reflexionem, conuertendo se ad Phantasmata.* Hæc Ægid. Ex quibus verbis sic efficitur ratio. Forma; per quam intelligit intellectus possibilis est sola species abstracta à conditionibus individuantibus: sed talis

1. arga. ad sum
pri ob
aucto
tatis.E

talis species abstracta non representat naturam singularem, sed potius Vniuersalem, ergo obiectum intellectus nostri non est singulare, sed Vniuersale, & quia eadem species abstracta, quæ est forma intellectus possibilis, producitur ab intellectu Agente mediante phantasmate, fit etiam, quod intellectus Agens ex munere suo abstrahit naturam à conditionibus individuantibus. Hæc sententia ambas insignes.

10 Pro quarum Conciliatione. Notandum est diligenter, quod abstractio intellectualis, de qua est sermo in præsenti, duplex est; seu dupliciter potest fieri; primo efficienter, secundo formaliter: abstractio in Genere causæ efficientis est producere efficienter speciem intelligibilem, representantem vnum sine alio; abstractio vero formalis est recipere in se talem speciem intelligibilem, & per eam cognoscere vnum, non cognoscendo aliud: Prior Abstractio, quæ fit efficienter, tantum conuenit intellectui Agenti, quia solus hic est, qui simul cum Phantasmate efficienter producit speciem intelligibilem, representantem naturam sine conditionibus individuantibus; sed altera abstractio, quæ fit formaliter, tantum conuenit intellectui possibili, quia solus intellectus possibilis est ille, qui recipiendo in se species intelligibiles, potest formaliter cognoscere vnum, non cognoscendo aliud: sicut autem species intelligibilis, efficienter producta ab intellectu Agente, & a Phantasmate, representat id, quod est à parte rei, non tamen eo modo quo est, quia representat naturam, quæ est extra animam, non tamen illam representat secundum esse reale, seu secundum esse materiale: sed potius secundum esse abstractum, quod est esse Vniuersale, ita intellectus possibilis recipiendo in se talem speciem intelligibilem, cognoscit id, quod est à parte rei, quia concipit ipsam rei Essentiam, quæ reperta est extra animam: sed illam non apprehendit eo modo quo est à parte rei, quia quælibet Essentia à parte rei habet esse reale, seu materiale, vel individuale; intellectus autem non cognoscit rei Essentiam secundum esse reale; sed secundum aliud esse, scilicet secundum esse abstractum, seu secundum esse rationis, quod est esse Vniuersale, atque adeò sicuti species intel-

telligibilis quantum ad rem representatã repræsentat singulare, quia representat id, quod est à parte rei, quod est singulare: quantũ vero ad modum representandi representat Vniuersale, quia representat id, quod est à parte rei, secundum esse abstractum seu secundum esse rationis, quod est esse Vniuersale: ita intellectus possibilis &c. quoad rẽ intellectam cognoscit Singulare, quia cognoscit id, quod est à parte rei, quod est singulare, quãtum tamẽ ad modum intelligendi non cognoscit nisi Vniuersale, quia secundum talem modum intelligẽdi nõ cognoscit id, quod est à parte rei secundum esse reale seu secundum esse Physicum, quod est singulare, sed illud cognoscit secundum esse rationis, quod est esse Vniuersale.

21 Quæ doctrina supposita, quæ in omnium sententia est verissima, &c.

## Concordia Opinionum

Intellectus Agens formaliter non abstrahit naturam à conditionibus individuantibus; quia Intellectus Agẽs non cognoscit: nec species intelligibilis ab intellectu Agente producta mediante Phantasmate, representat naturam Vniuersalem quantum ad rem representatam, quia id, quod representatur per speciem intelligibilem, vt est à parte rei, non est Vniuersale, sed proprium singulare: demum intellectus possibilis quoad rem intellectam cognoscit Vniuersale, quia id, quod cognoscitur ab intellectu possibili, quatenus est à parte rei, non est vniuersale, sed proprium singulare. in hoc fatemur cum Priori sententia, nec eius argumenta aliud probant.

22 Cum hoc tamen etiam stat quod Intellectus Agens abstrahit effectiue naturam à conditionibus individuantibus, quia Intellectus Agens simul cum Phantasmate producit efficienter speciem intelligibilem, representantem naturam sine conditionibus individuantibus: & species intelligibilis ab intellectu Agente producta mediante Phantasmate, representat quoadmodum representandi naturam Vniuersalem, quia quoadmodum representandi representat naturam non secundum esse materiale seu secundum esse reale, quod à parte rei est

fin-

singulare, sed secundum esse formale, seu secundum esse rationis, quod est abstractū, & Vniuersale. & propterea intellectus possibilis quantū ad suum modum cognoscendi primo cognoscit Vniuersale, quia quantum ad suum modum cognoscendi apprehendit naturam non secundum illud esse reale, quod natura habet à parte rei, sed potius secundum esse abstractum, quod est esse Vniuersale saltem tanquam prima intentio, & hoc vult Egid. cum asserit, intellectum nostrum directè non cognoscere singulare, sed potius Vniuersale, intelligit quantum ad modum cognoscendi saltem pro statu vitæ, dum anima est coniuncta corpori; nam pro tali statu, cum intellectus sit pura potentia in Genere intelligibilium, non cognoscit res nisi per formam abstractam à phantasmatibus. & hoc tantum intendit secunda sententia Thomistarum, quàm in hoc sensu etiam approbamus: nec eius argumenta aliud concludunt.

## DVBITATIO SECVNDA

*V. Intellectus ēt possibilis abstrahat naturā à conditionib⁹ materialibus, ita vt recipiendo in se speciem intelligibilem, dicatur abstrahere naturam ab individuis?*

videtur quod intellectus possibilis non abstrahat.

1 VIdetur, quod intellectus possibilis non abstrahat naturam ab individuis, sed quod potius illam præsupponat abstractam, quia intellectus possibilis nō potest aliquod obiectum cognoscere, nisi eo modo, quo tale obiectum representatur per speciem intelligibilem, ab intellectu Agente productam: sed per speciem intelligibilem, producta ab intellectu agente, quodlibet obiectum representatur Vniuersale, & abstractum ab omnibus conditionibus individuantibus, ergo intellectus possibilis nō potest aliquod obiectum cognoscere, nisi abstractum ab omnibus conditionibus, ergo non est ipse intellectus possi-

sibilis, qui facit abstractionem: sed potius ipse supponit abstractionem factam ab intellectu Agente.

2 Et potest hæc ratio amplius urgeri, quia quælibet potentia præsupponit suum obiectum saltem in aliquo priori naturæ, cum ab eo debeat ipsa potentia specificari: sed obiectum intellectus possibilis est Vniversale, seu natura abstracta ab omnibus conditionibus individuantibus. ergo intellectus possibilis præsupponit Vniuersale, seu naturam ab individuis abstractam, & per consequens non ipse facit abstractionem: sed supponit aliunde factam.

3 Sed dicendum est proculdubio: quod etiam intellectus possibilis abstrahit naturam a conditionibus individuantibus: non solum formaliter recipiendo in se speciem intelligibilem, ab intellectu Agente productam, per quam cognoscit naturam sine conditionibus individuantibus: sed etiam effectiuè: imo magis proprie intellectus possibilis dicetur abstrahere, quam intellectus agens. Hoc dictum quo ad vtramque partem est accipiendum: præsertim si abstractionem seu potius supponamus id, quod nos Angelici negationem, negue fabricie: quod nimirum licet intellectus Agens habeat suã propriam actionem, cui correspondet suus proprius, & intrinsecus terminus: ita etiam intellectus possibilis habet suam propriam actionem, cui pariter correspondet suus proprius terminus: & sicuti actio intellectus Agentis est illustrando Fantasmata, producere species intelligibiles in intellectu possibili: ita actio intellectus possibilis est, recipiendo in se species intelligibiles, cognoscere obiecta per dictas species representata, sicut ergo actioni intellectus Agentis correspondet pro termino species intelligibilis, quæ dicitur species impressa, seu semen obiecti, vel virtualis obiecti: ita actioni intellectus possibilis correspondet pro termino intrinseco alia species, quæ dicitur species expressa, seu Verbum mentis. Est autem inter has species aliqua conuenientia, & est aliquod discrimen. Conueniunt in hoc, quia vtraque representat idem obiectum, & vtraque necessaria est propter eundem finem, vt scilicet suppleant vicem obiecti: nam quia obiectum non est præsens ipsi intellectui, vt possit causare sui intellectionem

Nota discrimen inter species impressas, & expressas

Nostra assertio probatur

nem in intellectu, ideo necessaria est species impressa, supplens vicem obiecti, a qua specie fiat intellectio, & notitia in mente: & quia idem obiectum non est presens ipsi menti, vt possit intellectus videre obiectum in seipso, propterea formatur species expressa, seu Verbum mentis, vt in verbo formato tanquam in speculo cernatur ipsum obiectum. ecce conuenientia vtriusque speciei, discomenit tamen vna ab altera, quia species impressa constituit intellectum intelligentem in actu primo: species vero expressa constituit eundem intellectum intelligentem in actu secundo: & propterea species expressa dicitur perfectior, & formalior seu actualior, quam species impressa, quia actus secundus semper est perfectior actu primo: atque adeo dum intellectus habet in se speciem expressam, seu Verbum mentis, dicitur esse magis intelligens, & perfectius obiectum cognoscere, quam si tantum habeat speciem impressam: quia in specie impressa tantum videt obiectum in actu primo: sed in specie expressa intellectus videt obiectum in se ipso tanquam in speculo, & in actu secundo. Ita Magister Aegidius in quolib. 3. quæstione 9.

4 Hoc supposito sic probatur assertio posita. & primo quo ad priorem partem, quod scilicet intellectus possibilis abstrahat naturam ab individuis formaliter. Quia intellectus possibilis recipit in se species intelligibiles, representantes naturas sine conditionibus individuantibus; ergo intellectus possibilis saltem in actu primo cognoscit obiectum abstractum ab hic, & nunc, sed hæc dicitur abstractio mentalis formaliter, ergo &c. probatur modo altera pars: quod scilicet intellectus possibilis etiam abstrahat efficienter naturã à conditionibus individuãtibus. Intellectus possibilis per suam actionem producit aliã speciem, expressam, representantem naturam sine cõditionibus individuantibus, ergo etiam intellectus possibilis dicetur abstrahere naturam ab individuis: antecedens constat ex nota bene supra posita: nam species expressa, & impressa conueniunt in representando idẽ prorsus obiectum: sed intellectus possibilis recipiendo in se speciem impressam, producit de eodem obiecto speciem expressam, ergo intellectus Agens per productio-

Probat 1. pars cõsd.

tionem speciei impressæ, dicitur abstrahere naturam ab individuis, etiam intellectus possibilis per productionem speciei expressæ dicitur abstrahere eandem naturam ab eisdem conditionibus individuantibus.

¶ Quod vero intellectus possibilis magis propriè dicatur abstrahere naturam à conditionibus singularibus, quam intellectus Agens, ex eo probari potest, quia species expressa, quæ producitur per actionem intellectus possibilis, magis propriè representat objectum, quam species impressa, quæ producitur ab intellectu Agente: ergo intellectus possibilis magis propriè dicetur abstrahere naturam ab individuis, quam intellectus Agens. Antecedens ita ostenditur est in vocabili suprapositio, consequentia sequitur, quia sicuti se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet magis ad magis, sed intellectus Agens dicitur abstrahere naturam ab individuis, quia producit speciem representantem naturam sine individuis, ergo qui producit speciem perfectius representantem naturam sine individuis, perfectius dicetur abstrahere naturam à singularibus, quam ergo intellectus possibilis per suam actionem producat speciem expressam perfectius representantem naturam Vniversalem sequitur, quod idem intellectus possibilis perfectius etiam dicetur abstrahere.

4 Ad rationes initio dubitationis adductas, Respondetur, & ad primam dicimus, Intellectum possibilem præsupponere naturam abstractam ab individuis per intellectum Agentem in actu primo: sed ipsummet Intellectum possibilem abstrahere eadem naturam ab individuis in actu secundo; & quia actus secundus semper est perfectior priori: ideo perfectiori modo intellectus possibilis dicitur abstrahere naturam à singularibus, quæ intellectus Agens, & eodem modo Respondetur ad Confirmationem.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *Quod nam esse habeant Vniversalia in Statu Metaphysico, seu abstractionis?*

Difficultas tantum est de esse superaddito Essentiæ, & sensus est, an illud esse

si superadditâ essentiæ, quod habent Vniuersalia in statu Methaphisicæ abstractionis, sit esse formale, formaliter Vniuersale; an verò sit esse formale tantum fundamentaliter Vniuersale? concludemus igitur hunc Articulum vna Dubitatione sequenti.

## DVBITATIO VNICA

*Vtrum Vniuersalia in statu Abstractionis habeant esse formale, formaliter Vniuersale?*

1 PRæcipua ratio dubitandi nascitur ex his, quæ dici solent in Schola cõmuni, præsertim ab Ægid. in libro Vniuersalium, quod sit esse superadditum essentiæ cuiuslibet rei non est nisi duplex, nempe esse extra animam, quod communiter dicitur esse reale, seu realis existentiæ, seu physicum, seu existentiæ, seu tandem esse simpliciter singulare; & esse in anima, quod est esse rationis, seu esse obiectiuum; sed esse extra animam non est esse reale, seu realis existentiæ solum fundamentaliter Vniuersale; vt visum fuit in præcedenti quæst. art. 2. dub. 2. ergo esse rationis, quod habent Vniuersalia in statu Methaphisico, seu præcisionis, est esse formale, non fundamentaliter Vniuersale, quia hoc esse est à parte rei, sed formaliter Vniuersale. Denique Vniuersalia in statu abstractionis non habent esse simpliciter singulare, ergo habẽt ẽ simpliciter Vniuersale, quia inter esse simpliciter singulare, & esse simpliciter Vniuersale non datur medium. adiunge potest vltimo, quod Vniuersale à parte rei extra animam ideo habet esse formale fundamentaliter tantum Vniuersale, quia idem esse formale est contractum, & coniunctum cum conditionibus individuantibus: sed in statu abstractionis, & Methaphisico ipsum esse formale seu esse essentiæ est abstractum ab omni conditione materiæ, ergo Vniuersalia in tali statu abstractionis habent esse formale formaliter Vniuersale.

Ratio dubitãdi.

2 Propter has rationes Pater Suarius tom. 2. suę methaph. disp. 6. sect. 6. num. 9. in ea est Sententia, vt asserat naturam in statu methaphisico, quatenus est ab intellectu possibili præcisè considerata, esse Vniuersalem formaliter non quidem relatiue, quia hoc Vniuersale relati-

Opinio Suarij

tatiuum tantum sit ab eodē Intellectu possibili per eam abstractam, quæ dicitur comparatio; sed absolutè, ita vt in tali statu methaphisicæ naturam eius aliqua alia, ad hoc vt sit Vniuersalis formaliter absolutè: cuius fundamenta extra rationes supra positas possunt esse sequētia. Natura humana in statu abstractionis quatenus tantum respicit sua prædicata essentialia, vel est vna aliqua vnitate, vel non est vna? hoc secundum dici non potest, quia etiam vt sic considerata, est verum ens reale, quatenus ens dicit figuras prædicamentorum, ergo etiam vt sic est vna vnitate formali seu quidditatiua: sed non est vna vnitate numerica, quia hanc vnitatem habet naturalitatem per accidens, quādo est in statu physico extra animam, & quatenus est cōtracta per differentias individuales, ergo in statu methaphisico, & abstractionis natura habet aliam vnitatem, distinctam à numerica, ergo cum in tali statu non habeat vnitatem formaliter Vniuersalem relatiuē, quia in tali statu nec dum concipitur per comparationem ad Individua, sequitur, quod habeat vnitatem Vniuersalem formalem absolutè. Secunda in statu Abstractionis natura nulli est propria, ergo in tali statu natura nil omnino habet esse cum consequentia sequitur, quia illud est omnino, quod nulli est proprium, antecedens patet probatur, quia dum natura consideratur precisè secundum se, & concipitur abstracta abindiuiduis non est determinata ad esse particulare alicuius Individui, ergo est communis, sed non potest dici communis communitate formali relatiua, quia supponimus in statu methaphisico nō esse adhuc comparatam suis Inferioribus, ergo est communis communitate formali absoluta.

3 Alij vero, vt Ruuius q. 5. Vniuersalium num. 60. cō cl. 3. & Magister Brunus Disp. 3. sect. 3. Circa Quæstionis, &c. absolutè negant, naturam in statu abstractionis esse Vniuersalem; dicuntque id prouenire, quia per Abstractionem Intellectus possibilis nihil tribuitur ipsi naturæ; sed potius auferur, vel huiusmodi enim ab illa conditiones Individuantes, ergo per talem actionem primam natura non potest dici Vniuersalis formaliter; vel si in tali statu natura dicenda est Vniuersalis, dicenda est cum hoc addito, ℰ Vniuersalis

Ruuius Brunus

Me-

Methaphisicè seu negatiuè, vel potius Vniuersalis fundamentaliter proximè, quia est in proxima potentia, vt fiat Vniuersale formaliter.

4 Verum Noster Æg. in quodlib. 2. q. 6. hanc hæsitationem concedit, Vniuersalia in statu Abstractionis habere esse formale, formaliter Vniuersale: non tanquam secunda Intentio, sed tanquam Intentio prima, idque efficaciter sic ostendit, quia quælibet natura secundum suum esse essentiæ in statu præcisionis habet aliquod esse, cum non sit purum nihil; sed propriè in statu methaphisico non habet esse reale, seu simpliciter singulare, cum abstrahat ab omnibus conditionibus individuantibus; ergo habet esse simpliciter Vniuersale, quia nullam datur medium inter esse simpliciter particulare, & esse simpliciter Vniuersale sed in statu Abstractionis, cū Vniuersalia apprehendantur primo aspectu, & actu directo, tunc non habent esse Vniuersale tanquam secunda Intentio; ergo tunc habent esse Vniuersale tanquam Intentio prima: hæc vltima consequentia patet, quia omne esse rationis vel est intentio prima, vel est intentio secunda; probatur autem vltima minor reassumpta, quia Vniuersale formale tanquam secunda Intentio fit per actum reflexum; hoc enim dicit secunda intentio, id secundum intellectus ens, quod idem est, ac dicere, ens secundo cognitum ab intellectu, actus autem secundus intellectus est actus reflexus, ergo per actum directum fit per primam Intellectus intentionem, & per primum aspectum, Vniuersalia non habent esse formale tanquam secunda Intentio.

Ogidio Egidij

5 Ex cum hac doctrina omnes sententiæ possunt conciliari. Nam quid est naturam in statu abstractionis esse Vniuersalem formaliter absolutè; nisi quòd natura est Vniuersale negatiuè, seu methaphisicè & quid est naturam in statu Methaphisico esse Vniuersalem fundamentaliter proximè, nisi esse Vniuersalem tanquam prima Intentio, quæ est fundamentū immediatum Intentionis secundæ? Rursus dum Suarez negat in statu præcisionis naturam esse Vniuersalem formaliter relatiuè, idem est, ac dicere, quod natura in tali statu non sit formaliter Vniuersalis Logicè, & quid est dicere, naturam in statu abstractionis non esse Vniuersalem formaliter Logicè

nisi

nō dicere, quod natura prout tali status non est Vniuersalis tanquam secunda Intentio? singulæ ergo Sententiæ suum in nomine disconuenient, & cum omnes conueniant in eodem fundo, omnes sunt veræ, atq; adeo sublinendæ.

4 Et propterea nec respondendum venerit rationibus singularum, sed dicta iam pro præsenti quæstione sufficiant.

## QVÆSTIO TERTIA.

### De Vniuersalibus secundum esse, quod habent in Statu Logico, seu Reflexionis

STatus Vniuersalium Logicus est, quando intellectus post primam intentionē, qua cognouit naturam secundum suum esse essentiæ, seu (ut dictum supra id, quod cognouit, & videns esse commune, & prædicari de multis, vocat eā dē naturā Vniuersalem. hic status dicitur Logicus, quia tunc Vniuersalia habent esse in intellectu tanquam secunda Intentiones. Quoniam vero de Vniuersalibus secundum esse, quod habent in Statu Logico, possit esse triplex difficultas: ideo tot tribus articulis de Vniuersalibus Quæstionem in tres Articulos dividemus.

## QVÆSTIONIS TERTIÆ.

### De Vniuersalibus secundum esse formale

### Articuli Tres.

Articulus I.
*Quid sit Vniuersale formale in statu Logico seu Reflexionis?*

Articulus II.
*Quomodo se habeant Vniuersalia formalia ad suum fundamentum?*

Articulus III.
*Quotuplex sit Vniuersale formale?*

## ARTICVLVS PRIMVS.

### Quid sit Vniuersale formale in statu Logico seu in statu Reflexionis?

AD Quæstionem Quid sit, optime Respondetur per rei Diffinitionem, & ad quia Diffinitio Vniuersa-

lis

sis formalis non esset commode scire, nisi etiam declaretur, per quam Operationem Intellectus possibilis fiat Vniversale formale? ideo hunc Articulum tribus dubitationibus absolvemus.

## ARTICVLI PRIMI

### De Vniversalibus secundum esse formale.

#### Dubitationes Tres

Dub. I.

*Quæ nam sit Diffinitio Vniversalis formalis?*

Dub. II.

*Per quam Operationem Intellectus Possibilis fiat Vniversale formale, quod est secunda Intentio?*

Dub. III.

*Vtrum Vniversalia sint Entia Realia substantialia, incorpurea, & incorruptibilia?*

## DVBITATIO PRIMA

### Quæ nam sit Diffinitio Vniversalis formalis?

HOc nomen Vniversale est homen concretum, quod dub dicit. f. Vniversalitatem in abstracto; quæ est forma denominans, & dicit subiectum seu patiens, in quo est Vniversalitas, sicuti hoc nomen albedo nomen est concretum, quod & dicit albedinem, quæ est forma denominans, & dicit subiectum in quo est albedo. Rursus ipsa natura, in qua est Vniversalitas, & potest considerari primo, quatenus acta denominatur à tali secunda intentione Vniversali, quæ ab Ægidio dicitur natura actu subiecta secundæ Intentioni, eique Vniversalis formaliter; & potest secundo considerari, non prout actu habet Vniversalitatem, vel pro vt actu est subiecta Vniversalitati: seu pro vt actu denominatur Vniversalis: sed prout potest habere Vniversalitatem, & est in potentia, adhuc vt possit denominari Vniversalis; & comuniter dicitur Vniversalis materialiter, seu Vniversalis fundamentaliter. In præsenti non quærimus, quænam sit Diffinitio Vniversalitatis in abstracto, quæ est forma denominans: nam illa sic potest diffiniri Vniversalitas est forma quædi rationis, à qua natura denominatur Vniversalis formaliter. Nec quæ-

tinuia in præsenti, quid sit Vniuersale materiale seu fundamentale, ipsa natura quatenus potest habere Vniuersalitatem: & in primis, vt possit dici unum Vniuersale materiale sic potest distinxi. Est vna natura in vno individuo, quæ potest concipi ab intellectu vt sit in multis. Remanet ergo præsens dubitatio de diffinitione ipsius Vniuersalis formaliter sic diffinitæ ipsius naturæ, quatenus actu est subiecta secundæ intentioni Vniuersalitatis: & quærimus quomodo diffiniatur ipsa natura pro vt actu denominatur Vniuersalis, seu quid est ipsa natura, pro vt actu est subiecta secundæ intentioni Vniuersalitatis vel tandem, & incidit in idem, quid est Vniuersale formale?

Diffinit Vniuersale ab tracto.

2 Et duplex diffinitio traditur ab Arist. de Vniuersali formali. Prima explicatur in 7. Metha. text. 13. & trahe habet. Vniuersale est vnum in multis, Altera vero traditur in primo de interpretatione cap. 5. ibi his verbis. Vniuersale est, quod de pluribus aptum natum est prædicari.

Duplex diffinitio traditur de vniuersali formali.

3 Circa quas diffinitiones triplex est inter doctores controuersia. Primo et. An vtraq; diffinitio sit sufficiens? secunda an vna distinguatur ab alia? tertia an quælibet sit dicenda propria diffinitio? Circa primum difficultatem commuter omnes Recentiores existimant fuisse Aristotelem diminutum in vtraq; data diffinitione, quia vtraq; diffinitio conuenit alteri à diffinito, nimirum naturæ Diuinæ, quæ nedum est vna in Tribus Personis, sed eadem prædicatur de illis, quia recte dicimus Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus, & tamen propriè naturâ Diuina non est vniuersale.

4 Sed certe de Philosophorum Principe dicendum non est illum in diffiniendo vniuersale formale, finide dicta natura, sed recte diuisse, quod vniuersale est vnum in multis vel de eis, quod de pluribus aptum est prædicari. Ita Aegidius, sent. dist. 19. princ. 2. q. 1. ad primum argumentum; ratio huius rei esse potest, quia vtraq; diffinitio iam data tantum competit Vniuersali formali: nec aliquid deficit, vel superfluit ad rationem Vniuersalis formalis. Quod autem dicitur, quod Natura Diuina & est vna in pluribus, & prædicatur de pluribus, Declarandum est, quod ad rationem Vniuersalis formalis non sufficit esse

in multis, & prædicari de multis: sed requiritur vlterius, quod illa multa distinguantur realiter: etiam in illa forma, quæ prædicatur de illis: eadem Petrus, & Paulus, & Reliqua; Individua naturæ humanæ quamuis à parte rei non sint plura essentialiter seu formaliter, vel quidditatiuè, sint tamen plura Individua ne dum individualiter: sed etiam realiter, & individualiter distinguntur in ipsamet forma, quæ in natura humana, quæ prædicatur de eisdem Individuis: Diuina autem supposita & si realiter distinguantur propter diuersas proprietates: tamen in ipsa natura Diuina, quæ prædicatur de illis, nullo modo nec realiter; nec specie, nec numero distinguuntur. & propterea natura Diuina non potest dici propriè Vniuersalis.

Vacua Diuina non est aptitudo ut Vniuersale.

5 Altera difficultas circa datas Diffinitiones De Vniuersali, erat, an vna diffinitio sit ab altera diuersa: & fere fere omnes Doctores affirmant, Priorem, Esse in multis esse diffinitionem essentialem Vniuersitatis, alteram verò, Prædicari de multis esse propriam passionem: addocentq; huius rei rationem, quia prius est Vniuersale esse in multis, quam prædicari de multis: quia Vniuersale habet prædicari de multis, hoc ideo est, quia habet esse in multis.

6 Cæterum esse in multis non distinguitur à prædicari de multis, nisi tanquam prima, & secunda intentio; seu tanquam fundamentum proximum, & id, quod fundatur. ita colliges ex Scoto, in Quolib. 2. q. 6. & probatur facilè, quia prædicari fundatur in esse, ideo enim natura prædicatur, quia est: sed prædicari de multis est in tertio secundi, ergo esse in multis est intentio prima, atque adeo esse in multis est fundamentum ad prædicari de multis, & per hæc patere potest responsio ad difficultatem: quamuis enim esse in multis distinguatur à prædicari de multis: non tamen vna est diffinitio essentialis, & altera propria passionis dicamus, quod licet propria passio sequatur necessariò essentiam, & fundatur in illa: ita prædicari sequitur ad esse, & fundatur in esse: ideo natura prædicatur vel de vno, vel de pluribus, quia est in vno, vel in pluribus.

7 Vltima difficultas erat, an dicæ diffinitiones sint propriè, & in rigore diffinitio-

nea? cui breuiter respondeo, quod propria Differentia est finalis subsistentia; & quia Vniuersale formale propriè non est subsistentia, vt dicemus in virtute de hac tatione huius articuli; ideo propriè, & directè loquendo de esse in multis, & praedicando de multis non sustinet differentias, aut quasi extra Substantiam, etiam Accidentia, & quodcunque, quod aliquo modo habet rationem entis, distinguitur, ideo cum Vniuersale formale sit Ens Rationis, & accidat naturæ, in qua fundatur, dici potest, quod Vtraque Diffinitio sit talis per additamentum.

## DVBITATIO SECVNDA

*Per quem Operationem Intellectus Possibilis fiat Vniuersale formale, quod est secunda Intentio?*

1. DVplicem habet Sanctus proposita Dubitatio. Prior est, an Vniuersale formale fiat per actum Intellectus directum, & primum, an verò per actum reflexum, & secundum, & quia in singulis operationibus intellectus, datur actus directus, & reflexus; propterea alter sensus dubitationis est, an Vniuersale formale fiat per actum reflexum, aut per actum reflexum primæ operationis, an per actum reflexum secundæ; an verò per reflexionem tertiæ operationis?

2. Cui quæstioni duplici conclusione satisfaciendum est. Prima conclusio. Vniuersale formale, quod est secunda intentio, & ab intellectu solummodo per actum reflexum, non verò per actum directum; propterea sit Vniuersale formale, quod est prima intentio, ita expresse Aegid. in Quolib. 2. q. 6. si hæc habet (*Relinquitur ergo*, & dicamus, quod intellectus primo respectu fertur in ipsam Essentiam secundum se, sine in ipsum esse Essentiæ, sed propter illam latitudo, & propter illum respectum ipsa Essentia non apprehenditur ab intellectu, vt est quid Vniuersale, sed quando intellectus se convertit supra ipsum esse Essentiæ, & videt, quod illud est commune multis, tunc dicit, quod illud esse, est quid Vniuersale; & ideo cognitio Essentiæ est intentio prima, dicit Petrus, quia est obiectiua in- Aegid. doct.

intellectus secundante datione primam: cognitas autem Vniuersalia est tertia secunda, dicenda, quia est obiectum intellectus non secundo latissime primum, sed pro ea reflectit se supra illud, quod cognouit, & videt ipsum esse eandem multis intellectam, cognitamque secundum Essentiam, cognoscit id, quod est Vniuersale, sed non propter hoc cognoscit eam, vt est Vniuersale: nec vt est subiecta secundæ intentioni Vniuersalitatis. Hucusque Aegidius. Vbi plura proponuntur, sed sic tandem concludit. Cognitus ergo secundum esse Essentiæ, & vt est subiecta intentioni Vniuersalitatis, vel quod idem est, vt est Vniuersalis, & vt est Vniuersalis, habet esse rationis alias tamen, & aliter, quia primo modo habet esse rationis secundum intentionem primam, secundo vero modo secundum intentionem secundam. Non poterat tantus Magister Clarius, & doctus loqui. & propterea data conclusio alia probatione non indiget.

2 Secunda Conclusio. Vniuersale formale, quod est secunda intentio, fit per actum reflexum primæ operationis intellectus. Hæc conclusio alia declaratione non eget, nisi quia hoc loco non est sermo de Vniuersali formali complexo seu composito quale est omnis Propositio Vniuersalis: hoc namque aliquando fit per secundam Operationem intellectus & periudicium: & aliquando per tertiam, quæ est discursus: sed hic sermo est de Vniuersali formali in complexo seu simplici, quod per aliam operationem fieri non potest, nisi per simplicem apprehensionem. Nec circa hoc aliud occurrit.

## DVBITATIO TERTIA

### *V. Vniuersalia sint Entia Realia, substantialia, incorporea, & incorruptibilia?*

1 QVatuor quæruntur sub hac dubitatione; sed omnia solucntur distinctione vna. Vniuersalia dupliciter possunt considerari primo secundum illud esse, quod habent à parte rei extra animam. Secundo considerari possunt secundum illud esse, quod habent in anima. Et priori modo considerata Vniuersalia sunt Entia realia, quia habent esse realis existentiæ. Item aliquando sunt Entia rea-

realia substantialia, vt Homo, Animal, Aqua, &c. Aliquando sunt Entia Realia Accidentalia propria, vt Risibile, Lymnibile, &c. Et aliquando Entia Realia accidentalia communia, vt album, nigrum, &c. Rursus secundum hoc esse reale extra animam sunt Vniuersalia Entia corporalia, quia sunt in rebus ex materia, & forma compositis; vt patet de Qualibet natura materiali, quæ virtute intellectus Agentis abstrahit à Phantasmatibus.

3 Tandem considerata Vniuersalia secundum esse reale extra animam, quia hoc esse iuxta nostram Egidium in quolibet 2. q. 6. inst. adhuc est duplex, & aliud est esse in causis seu esse reale in potentia; & aliud est esse reale extra causas, quod dicitur esse reale actuale seu actualis existentiæ; ideo si Vniuersalia considerentur secundum esse reale in potentia, quod est esse in causis, secundum hoc ea sunt incorruptibilia; si vero considerentur secundum esse reale actuale; hoc modo sunt corruptibilia, & tunc desinunt esse, quando desinunt singularia, in quibus habent tale esse.

4 Alt si Vniuersalia considerentur secundum illud esse, quod habent in anima, sic non sunt Entia Realia, sed rationis; & proprissime sunt secundæ intentiones, licet fundamentaliter proxime sint etiam intentiones primæ, quia secundum hoc esse, non sunt nisi tantum obiective in intellectu: Neque hoc modo sunt substantia, sed accidentia, quia non habent esse per se, sed sunt in alijs. rursus considerata secundum hoc esse rationis non sunt corporalia, sed simplices formæ existentes in anima. Nec tandem sunt incorruptibilia vel æterna, sed corruptibilia, quia totum esse rationis tandiu durat, quandiu ab intellectu per actum intelligendi conseruantur. Videantur Egid. in lib. Vniuersalium dubio primo, & pro hoc articulo satis.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *Quomodo se habeat Vniuersale formale ex parte rei, & in communi ad omnia Vniuersalia in Particulari?*

Articuli titulus duplicem habet sensum. Prior est. An Vniuersale in communi

ni sit Genus vniuocum ad omnia Vniuersalia in particulari? alter sensus est; An Vniuersale in communi sit subiectum in libro Vniuersalium? Dividem igitur præsentem articulum in duas sequentes dubitationes.

## ARTICVLI SECVNDI

### De Vniuersali in communi per ordinem ad Vniuersalia in Particulari.

*Dubitationes Duæ.*

*Dub. I.*

*V. Vniuersale formale vt sic, & in communi sit vnum Genus Vniuocum ad quinque Vniuersalia in Particulari?*

*Dub. II.*

*V. Vniuersale sit adæquatum subiectum in Libro Prædicabilium?*

## DVBITATIO PRIMA

### *V. Vniuersale formale sit vnum Genus Vniuocum ad Quinque Prædicabilia?*

1 IN hac difficultate est Communis sententia omnium Scotistarum, quos sequuntur ferè omnes moderni, quod Vniuersale formale in communi est Genus Vniuocum ad omnia Vniuersalia in particulari, ad Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens: eodem prorsus modo, quo Animal est Genus Vniuocum respectu Hominis, Leonis, Canis, &c. & sicuti Homo, equus, &c. sunt species contentæ sub Animali, & Animal essentialiter vniuocè prædicatur de illis, ita quinque Authores hanc sententiæ). Genus, species, Differentia Proprium, & Accidens, sunt quinque species Vniuersalis formalis, & Vniuersale formale vt sic prædicatur de illis tanquam Genus vniuocum: ita expressè inter alios docet Magister Brunus in disp. 3. sect. 4. §. hoc ergo præsupposito, &c. Eidem sententiæ subscribit Rubius q. 7. de

Scotist. Brunus Rubius

de Vniuersalibus, & quamplures alij quos refert citati doctores.

¶ Probatur autem hæc sententia primò, quia ad existentiam Generis vniuoci tria præsertim requiruntur, primum est, quod prædicetur de pluribus differentibus specie; secundum quod æqualiter prædicetur de illis, & non per prius de vna specie quam de alia; tertio quod non inchoaliter in conceptu differentiarum particularium inferiorum: sed Vniuersale formale in communi habet omnes has tres conditiones, ergo Vniuersale formale vt sic erit Genus vniuocum ad omnia prædicabilia inparticulari. Maior est indubitabilis: probatur minor; in primis Vniuersale formale vt sic prædicatur de pluribus Vniuersalibus differentibus specie, ut de Genere, specie, differentia, Proprio, & accidente, quæ sunt species Vniuersalis formalis; Deinde Vniuersale formale æqualiter conuenit omnibus prædicabilibus, quia licet primum Prædicabile sit Genus est vnum in multis, & prædicatur de multis, ita similiter differentia, Proprium, & accidens sunt vnum in multis, & prædicantur de multis: quod autem aliquod

1. argu. pro hac cõclu.

prædicabile sit vnum in multis essentialiter vt Genus species, & differentia; & aliquod aliud Vniuersale sit vnum in multis accidentaliter, vt Proprium, & accidens: hoc non prouenit à ratione vniuersalis formalis, quia ipsum quantum est ex se æqualiter habet participari ab omnibus: sed tota inæqualitas prouenit ex differentijs ipsorum inferiorum, inter quas aliquæ sunt perfectiores aliis. posetque adduci exẽplum de Animali, quod de se Genus vniuocum est ad Hominem, canem, & formicam, &c. tam tamen Homo perfectius Animal sit, quam formica; quia ergo huiusmodi inæqualitas non prouenit ex ipso Animali, quia Animal quantum est ex se æqualiter dicitur de omnibus; & tota inæqualitas prouenit ex ipsis differentijs inferiorum, quia scilicet differentia hominis perfectior est quam differentia formicæ, propterea talis inæqualitas non tollit vniuocationem in Animali, ita prorsus de Vniuersali formali in ordine ad Genus, speciem, & differentiã, quæ sunt vniuersalia substantialia, & Proprium, & accidens, quæ sunt Vniuersalia accidentalia. Tertio tandem Vniuersale formale vt sic nõ in-

includuntur in conceptu inferiorum: nam sic (de pluribus differentibus specie in quid) quod est differentia specifica Generis, non includit esse Vniuersale formaliter; si ergo Vniuersale formale habet omnes conditiones requisitas ad rationem Generis, illud erit proprium Genus ad quinque Predicabilia.

3 Secundo, pro eadem sententia sic arguitur. Vniuersale formale in communi predicatur de Genere, Specie, Differentia, Proprio, & Accidenti, non solum secundum idem nomen: sed etiam secundum eandem diffinitionem Nominis. ergo Vniuersale formale in communi est Verum Genus vniuocum respectu particularium predicabilium: antecedens est notum; quia quodlibet Vniuersale est vnum in multis, & predicatur de multis. consequentia vero probatur, quia quod predicatur de pluribus speciebus secundum idem nomen; & secundum eandem diffinitionem eiusdem nominis, Genus vniuocum est.

4 Sed altera Sententia, quæ praeter Thomistas defendunt plures Recentiores, docet, Vniuersale formale non esse priè Genus Vniuocum ad omnia Predicabilia. Primum, & Precipuum fundamentum huius sententiæ est, quia nihil dari potest commune Vniuocum substantiæ, & Accidenti; sed inter Predicabilia tria Priora (Genus, Species, & Differentia sunt Substantialia; & vltima duo (Proprium, & Accidens sunt Accidentalia, ergo Quinque Predicabilibus nihil potest esse commune Vniuocum: Maior est Aristotelis; & minor clara patet.

5 Secundo. Vel *Intentio Individui* est intentio communis pluribus; vel est simpliciter incommunicabilis? Hoc secundum dici non potest, quia quod *est* simpliciter incommunicabile, nullo modo de pluribus predicari potest: *Intentio* autem *Individui* predicatur de Petro, Paulo, &c. Si dicatur primum, quod *Intentio Individui* est intentio communis: iterum peto; vel *Intentio Individui* est intentio communis tanquam species specialissima intentionis, vel est communis tanquam Genus? hoc secundo dici non potest, quia sub *Intentione Individui* non apparent alia intentiones, specie distincta, ergo *Intentio Individui est* species specialissima *Intentionis*, ita vt sint tantum Quinque Vniuersalia. 2. Argu.

sunt quinque species specialissimæ, quorum Indicium sunt hæc, vel illud Vniversale ita Intentio Porphirij, & altera species specialissima intentionis, cuius Individuum sunt hæc, vel illud Individuum. Nunc sic Intentio Individui est Intentio speciei specialissimæ non minus quàm Intentio Generis, Speciei, Differentiæ, Proprij, & Accidentis: ergo illud erit genus proximum, & immediatum ad quinque Vniversalia, quod potest etiam competere Intentioni Individui; sed intentioni individui non potest competere tanquam Genus esse Vniversale loquendo: quia Individuum nullo modo est Vniversale, competit autem esse predicabile sic, quia Individuum predicatur saltem de vno solo, ergo Genus proprium & adæquatum omnium Intentionum Predicabilium non erit ipsum Vniversale formale, sed potius Predicabile latè sumptum.

6 Quid in præsenti Controversia nos dicemus? attendite conciliationem Vtriusque. Vniversale sicut, & Predicabile dupliciter sumi possunt (absque hac Doctrina Ægidij nostri) primo in Scotis, præsertim in libro Vniversalium, cap. de Genere)

Primo modo sumi potest Vniversale, & Predicabile secundum esse materiale, seu secundum esse extra Intellectum: iuxta quam acceptionem Vtrumque est Vniversale, seu Predicabile fundamentaliter. & vt Quod. Secundo modo sumi potest Vniversale, & Predicabile secundum esse, quod habent tantum in Intellectu non tanquam Prima Intentio, sed tanquam Intentio secunda, inter quam consideratione. Vtrumque dicitur habere esse formale, & vt Quo. Nunc ecce

## Concordia Opinionum

7 Vniversale, & Predicabile materiale, seu secundum esse extra Animam sunt omnino idem, nec latius patet vnum, quam aliud: quia Omne Vniversale materiale, i. omnis natura, quæ est à parte rei, est predicabilis materialiter: & è contra Omne Predicabile materiale est Vniversale secundum esse materiale: nam etiam natura Individualis, quæ est predicabilis materialiter saltem de vno; est pariter Vniversalis materialiter, quia est fundamentum secundæ Intentionis Individui, quæ est Vniversalis formaliter.

Et

8 Et in hoc sensu Neque Vniuersale materiale, neque Prædicabile materiale est Vna Vniuersalia ad omnia Vniuersalia, & Prædicabilia materialiter: sed potius Vniuersale, & Prædicabile materiale est Analogum ad omnia Prædicabilia. Hoc tantum concludant argumenta secundæ sententiæ, quam in hoc sensu dicimus esse ueriſſimam, & approbandam.

9 Sed Vniuersale formale, & Prædicabile formaliter sumptum, pro secunda Intentione seu pro re, et subiecta secundæ Intentioni; sic nullo modo dicimus conuenire: sed ita sunt ambo vna secunda Intentio, et nec Prædicabile formale sit superius ad Vniuersale formale, nec è contra: imo sunt Omnis secunda Intentio est Vniuersalis, ratione fundamenti proximi, quod est esse formale in Intellectu. Omnis Secunda Intentio est formaliter prædicabilis, quia hoc est de essentia Vniuersalis formaliter, & sic Vniuersale formale, & Prædicabile formaliter sumptum est Genus Vniuocum ad omnia Prædicabilia, & ad omnes secundas intentiones, & hoc cum omnibus Prima Sententiæ Patronis.

10 Dices. Secunda Intentio subiecti, seu species subijcibilis est Intentio Vniuersalis adhuc formaliter saltem ratione fundamenti Proximi quod est esse formale in Intellectu; & tamen secunda Intentio subiecti seu speciei subijcibilis, non est formaliter Prædicabile, quia Intentio subiecti non est intentio Prædicati; nec Intentio subijcibilis est Intentio Prædicabilis; ergo Vniuersale formale non est idem, ac Prædicabile formale. nec Vniuersale formale erit Genus ad omnes secundas Intentiones. Respondetur, quod Respon. Quælibet secunda Intentio sio. quæcunque sit siue sit Genus, siue sit Species, siue sit Prædicati, seu Prædicabilis siue subiecti seu subijcibilis, quælibet est essentialiter Vniuersalis formaliter; quia quæcunque secunda Intentio habet esse formale in Intellectu, quod est esse Vniuersale: quia Vniuersale formaliter est formaliter prædicabile: et Vniuersale ex Philosopho primum sit prædicari demonstrat: hinc sequitur, quod Omnis secunda Intentio quæcunque sit, & essent aliter Vniuersalis, & similiter Prædicabilis formaliter, licet aliqua secunda Intentio prædicetur formaliter

essentiam; & alia extra essentiam: secunda igitur Intentio subiecti, seu speciei subijcibilis non est immediate formaliter Vniuersalis, ac est secunda Intentio Generis, Speciei, Differentiæ, Proprij, & Accidentis: tum quia secunda Intentio subiecti, seu speciei subijcibilis habet esse formaliter Vniuersale in Intellectu, sicut Intentio Generis, Speciei, &c. tum etiam quia secunda Intentio subiecti reducitur ad secundam Intentionem Accidentis, ergo sicut secunda Intentio Accidentis essentialiter est Vniuersalis, quia habet esse formale in Intellectu, & essentialiter est prædicabilis, cum sit Vniuersalis formaliter: ita secunda Intentio subiecti, seu speciei subijcibilis essentialiter est Vniuersalis, & essentialiter prædicabilis formaliter. Ex quo licet colligere duo primum, quod Genus Proprium omnium secundarum Intentionum est hoc Vniuersale formaliter, vel hoc formaliter Prædicabile: itaut omnes secundæ Intentiones conueniant tanquam in Genere in esse Vniuersales formaliter, & formaliter Prædicabiles. Secundo infertur inde, quod sicuti hæc Prædicatio, Genus est species, species est Genus, &c. non est essentialis, sed denominativa: ita horum modi Prædicationum est subiectum, subiectum est prædicatum, & denominationes sunt non essentiales.

12 Etiamsi autem acceptionem dicimus, veramque Sententiam esse veritatem, & acceptandam, quia Vniuersale formale non distinguitur a prædicabili formaliter, nec è contra, ueneretum est, quod prædicabile formaliter exprimit declarat rationem, & quidditatem secundæ Intentionis, quam Vniuersale formaliter, & præterea Author Porphyrius diffinit omnes secundas Intentiones per prædicari, & non per esse Vniuersale.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quod nam sit Obiectum huius libri, Vniuersale, an Prædicabile?*

1 SVpposita Doctrina præcedentis Dubitationis, parum Laboraturi sumus in præsenti. Dicimus ergo breuiter, quod subiectum adæquatum huius libri est Vni-

Vniuersale formale, vel Predicabile formaliter, eo modo quo vtrumque dicimus esse Genus vniuocum ad omnia predicabilia formaliter, probatur facile quia omnia, que pertractantur in hoc libro, reducuntur vel ad Vniuersale formaliter, vel ad predicabile formaliter. Deinde Predicabile formaliter quilibet modo distinguitur ab vniuersali formaliter, ergo cum in hoc libro non aliud consideretur nisi vel Vniuersale, vel Predicabile formaliter, quodcunque illorum dicitur de tota obiecta huius libri.

Dices in libro Vniuersalium agitur de specie subalterna, & de Individuo, quatenus sunt subiecta speciei qua tali modo considerata, nec Vniuersalia sunt, nec maius predicabilia: ergo Vniuersale, vel Predicabile non potest dici subiectum huius libri; probatur consequentia quia subiectum debet comprehendere sub se omnia ea de quibus agitur in scientia. Respondetur secundum intentionem subiecti, & Species subalternas etiam esse Vniuersales formaliter, & formaliter predicabiles non intra essentiam; sed tantum denominatiue, vt iam tetigimus, & in sequenti Disputatione Quæstio. 2. de Specie latius dicemus.

## ARTICVLVS TERTIVS.

### *Quotuplex sit Vniuersale formale?*

QVinque, numerum Vniuersalium in Rationali, seu secundarum intentionum predicabilium assignat Porphyrius, quæ sunt secundæ intentiones predicabiles, & Predicabilia, vt ipse plura, vel pauciora quam quinque hoc articulum Vide Disputationem sequentem.

## DVBITATIO VNICA.

### *Vtrum Vniuersalia sint Predicabilia formaliter semper sint plura, vel Pauciora quam Quinque?*

ARgumentari potest, & quod sint plura, & quod sint pauciora. Quod sint plura quam Quinque sic secundum hos argumentis fundari potest. Primo Differentia est predicatum, vt patet in Topicis, ergo est predicabile, quia sicut omne visum est visibile, ita omne predicatum est predicabile

sed

Videt, quòd plura sint plura quàm quinq;

Sed Definitio est prædicabile, ergo Definitio est Predicabile, ergo cum Definitio non sit Genus vnius Speciei, nec Differentia, nec Proprium, nec Accidens, plura erunt Predicabilia quam quinque: secundò sequitur Individuum esse prædicabile de plurib. nam Petrus est Individuum, ergo Individuum est Prædicabile de Petro, sed Individuum non reducitur ad aliquod ex quibusq; Prædicabilibus, ergo constituit Prædicabile diuersum.

3 Tertiò Genus, Species, Differentia media, Diuersum, Proprium, & Accidens sunt Prædicabilia, quia Species non sunt duo Prædicabilia, quia Genus prædicatur de pluribus diuersis Speciebus, & sic de cæteris. Ergo plura Prædicabilia quàm quinque constituenda sunt, quia Differentia media, quæ prædicatur de pluribus differentibus specie, & diuersa etiam Differentia infima, quæ prædicatur de pluribus, differentibus numero, ergo Differentiæ etiam debent constituere diuersa Prædicabilia, & ex consequenti non sunt quinque Prædicabilia tantùm, sed Genus, Species, Differentia media, Differentia infima, Proprium, & Accidens.

Videt, quòd plura sint plura quàm quinq;

4 Quinto, Quod Prædicabile necessariò debet esse aliquo Prædicamento, ergo tot sunt Prædicabilia, quot sunt Prædicamenta, sed Prædicamenta sunt plura quàm quinque, ergo & Prædicabilia plura quàm quinque constituenda sunt. Vltimò

prędicabilis ad eſſe plures, quia Prędicabilia vel pauciora quam Prędicabilia, quia Prędicabilia vel pauciora quam Prędicabilia, quia Prędicabilia vel pauciora quam Prędicabilia

ma prædicantur in Quale essentialiter, & proprie: non constituunt duo, Aliquid prædicabile, sed tantum modo ratio.

7 Ad quartum Argumentum, quod Probat Vniuersalia esse paucora, quam quinque. Respondetur, quod Differentia non prædicatur in abstracto, sed in concreto, non enim dicimus, humo est rationalitas, sed rationalis: in concreto autem sumpta Differentia potest considerari, primo formaliter, i. prograditur præcise Differentia, & sic non constituit tertium Vniuersale: quia vt sic est pars constitutiua speciei: vel ut sic est pars incompletum, secundo in concreto, & materialiter sumpta tenet se idem cum specie, à qua differt in modo prædicandi: & sic constituit tertium Vniuersale.

8 Ad Quintum Respondetur, quod Proprium & Accidens in ordine ad propria differentia non constituunt aliquod Vniuersale distinctum, sed reducuntur vel ad Genus, vel ad speciem, & sic in ordine ad illa sex, quæ accidentaliter denominant, dicuntur distincta Prædicabilia, quia habent diuersum modum prædicandi.

9 Et si dicatur, quod Prædicamenta sunt decem, ergo etiam Prædicabilia erunt decem. Respondetur, non esse parem rationem de Prædicamentis & de Prædicabilibus: quia Prædicamenta desumuntur à diuersitate naturarum primo diuersarum, seu à diuersis modis essendi: sed Prædicabilia desumuntur à diuersitate modi prædicandi: qui vt vidimus non sunt nisi quinque: & hæc dicta sufficiant de Vniuersalibus in communi.

# QVARTA DISPVTATIO DE VNIVERSALIBVS in Particulari.

VNIVERSALIA in Particulari ita videmus, non esse plura, nec pauciora, quam quinque: Vtmagnitur hæc de Vniversalibus Disputatio dividenda est in quinque Principales Quæstiones. In Prima. Agendum est de Genere. in secunda De specie. in tertia de Differentia. In Quarta de Proprio. In vltima de Accidente.

DISPVTATIONIS Quartæ.

*De Vniversalibus in Particulari.*

*Quæstiones Quinque*

*Quæst. I.*
*De Genere.*

*Quæst. II.*
*De Specie.*

*Quæst. III.*
*De Differentia*

*Quæst. IV.*
*De Proprio.*

*Quæst. V.*
*De Accidente*

## QVÆSTIO PRIMA

### *De Primo Predicabili, quod est Genus.*

INter Omnia Quinque Predicabilia primum locum tenet Genus, ne dum quia hoc est primum Principium Totius Rei Scibilis, sed etiam quia ipsum est, quod primo incipit predicari. Quoniam autem, quæ de Genere docet Porphirius, solent à Recentioribus ad tria tantum Capita reduci, & aliqua pertinent ad eius dif-

finitionem; alia ad eius explicationem, vel significationem; alia rursum ad modum, quo ipsum prædicatur, de suis inferioribus: ideo præsentem quæstionem tribus tantum Articulis absolvemus.

## QVÆSTIONIS PRIMÆ

## De Genere

### Articuli Tres.

*Artic. I.*
*De his, quæ pertinent ad Definitionem Generis.*

*Artic. II.*
*De significato seu entitate, quam dicit, vel significat Genus.*

*Articulus III.*
*De Modo, quo Genus prædicatur de suis Inferioribus.*

## ARTICVLVS PRIMVS

### De his, quæ pertinent ad Definitionem Generis.

POtest occurere difficultas tum circa definitum, tum etiam circa Genus, & Differentiam definitionis, & propterea sub hoc articulo sequentia dubia sunt videnda:

## ARTICVLI PRIORIS

### De Definitione Generis

### Dubitationes Quatuor

*Dub. I.*
*An Genus sit definibile?*

*Dub. II.*
*Quodnam sit definitum in Definitione Generis à Porphyrio tradita?*

*Dub. III.*
*Quæ nam sit Genus in eadem definitione generis?*

*Dub. IV.*
*An Definitio de Genere tradita à Porphyrio sit undequaque exacta?*

## DVBITATIO PRIMA

### Vtrum Genus primum prædicabile sit definibile?

1 RAtio potissima dubitandi est, quia omne: quod definitur, debet per aliquam definitionem definiri; sed omnis definitio constat ex Genere, & Dif-

Differentia; ergo si Genus primum Prædicabile est dissimibile, de Genere daretur Genus: & tunc de illo alio Genere peterem, an sit dissimibile? quod si sic, ergo de illo secundo Genere daretur tertium Genus, & sic in generibus esset processus in infinitum: similis ratio posset fieri de Differentia, an sit Dissimibilis?

Dubitatio & ratio.

2 Sed ad Resoluendam hanc Dubitationem, multi sunt respondendi modi, quibus omnibus relictis, vel tanquam non solentibus Difficultatem, vel ita obscuris, vt potius rem confundant, quam declarent: Notandum est valde cum Ægidio in lib. Vniuersalium cap. de Differentia pagina 30 col. 1. Quod Quælibet natura, præsertim Generica, vel Differentialis duplicitèr considerari potest: primo quatenus est quædam res extra intellectum, vt Animal vg. vel Rationale; & hoc modo nulla natura est dissimibilis: quia si absolutè consideratur, & quatenus est quædam res in se vt se non habet rationem nec dissimibilis, neque subiecti, neque prædicati, neque Generis, nec Speciei, &c. secundo modo quælibet natura considerari potest, quatenus est res communis, apprehensa ab intellectu peractum reflexum, vt subiecta secundæ Intentioni, & vt sic Generi cuilibet naturæ tribuitur ab Intellectu aliqua secunda *Intentio*, vel *I. Generis*, vel *Speciei*, vel Differentiæ: ita quælibet natura vt est subiecta secundæ *Intentioni*, potest optimè dissimi: & hæc distinctio est summopere aduocanda, si quidem eli clara satis, & facili negotio soluit ne dum præsentem difficultatem; sed etiam non nullas alias, quæ in simili materia possint occurrere.

Ægidii Distinctio ad rotidia.

3 *In forma* ergo ad rationem dubitandi concedo maiorem, quod omne, quod dissimitur, debeat per aliquam dissimitionem dissimiri: concedo pariter minorem, quod omnis Dissimitio conflet ex Genere, & Differentia: sed distinguo consequens; ergo de Genere daretur Genus: de Genere, quatenus est res extra intellectum daretur Genus, nego consequentiam; de Genere quatenus est natura communis, subiecta secundæ intentioni Generalitatis, daretur Genus, concedo consequentiam. Ex hoc autem non sequitur, dari processum in infinitum in Generibus.

Satisfactionis dubitandi.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quod nam sit Diffinitum in Diffinitione Generis à Porphirio tradita?*

1 SEnsus est, an In Diffinitione Generis à Porphirio assignata, diffinitum sit ipsa secunda Intentio, Genus seu Genereitas; an vero ipsa natura, quæ à Genereitate denominatur Genus, & quod determinabimus hic de Diffinito Diffinitionis Generis; idem etiam erit dicendum de Diffinitis aliorum Diffinitionibus aliorum Predicabilium.

2 Et Prima Sententia esse potest Plurium Recentiorū, asserentium, Diffinitum in data Generis Diffinitione non esse secundam Intentionem Generis: sed potius naturam, quæ denominatur Genus; quæ Sententia sic primo probatur. Secunda Intentio Generis quocunque considerentur, nunquam est id, quod predicatur de pluribus differentibus specie: ergo Diffinitum in Generis Diffinitione non est Intentio, ergo est natura

Prima sententia.

denominata à secunda Intentione: prima consequentia ostenditur, quia ibi est diffinitum in aliqua Diffinitione, cui convenit Diffinitio, sed predicari de pluribus speciebus inquid, quod est Diffinitio Generis, non convenit secundæ Intentioni Genereitatis, ergo diffinitum non est secunda Intentio; Genus vel Genereitas: probatur modo primum antecedens, quia secunda Intentio Generis nō predicatur in quid de homine, de Æquo, &c. quia ista predicationes sunt falsæ, homo est Genus, vel Genereitas, equus est Genus, &c.

3 Secundo. Predicari de pluribus, Differentibus specie in quid convenit naturæ, quæ denominatur Genus: nam non dicimus, homo est Genus, vel equus est Genus; sed homo est Animal, equus est animal: ergo natura est, quæ predicatur de pluribus Differentibus specie, & non secunda Intentio. ergo natura est diffinitum, quia illud est Diffinitum, cui convenit Diffinitio.

2. Argu

4 Altera sententia in eadē Difficultate totum sentit oppositum; docetque Diffinitum in Diffinitione Generis non esse naturam denominatā Genus: sed po

tius

ties secundam intentionem denominatem naturam: quæ sententia sua etiam falsitur rationibus: quarum prima, & principalis est, quia illud est Diffinitum in aliqua Diffinitione, cuius natura per talem Diffinitionem explicatur: sed per hyp. predicari de pluribus differentibus specie in quid, non explicatur natura, quæ denominatur Genus; sed potius Essentia secundæ intentionis Generalitatis denominantis: ergo in data Generis Diffinitione Diffinitum non est ipsa natura; sed secunda intentio: probatur minor, quia ipsi naturæ denominatæ accidit predicari de pluribus differentibus specie: non autem accidit secundæ intentioni, imo Generalitati, quæ est secunda Intentio, essentialiter convenit hoc, quod est prædicari de pluribus speciebus in quid.

n.16 & hac 2.sa opinio.

3. Ratio

5 Secundo non diffinitur aliqua natura particularis, quia illa diffinitio *prædicari de pluribus differentibus specie* non convertitur cum aliqua natura particulari, ut patet: nec minus in eadem diffinitione diffinitur natura communis, cum non detur aliqua natura universalis communis naturæ substantiali, & naturæ accidentali, ergo in prædicta diffinitione nec diffinitur natura particularis, nec natura in communi, sequitur, quod diffinitur secunda intentio.

6 Tandem illud potest dici diffinitum in Generis Diffinitione, quod est logicæ considerationis; sed res seu natura denominata non est logicæ considerationis, quia de ipsis rebus non agit Artifex Rationalis, sed realis; & solum ad logicum pertinet consideratio de secundis intentionibus, ergo in data Generis diffinitione non ipsa natura diffinitur: sed secunda intentio.

7 Pro concludenda tamen Veraq; Sententia, diligenter adnotanda est quædam distinctio, quam habet Aegid. in lib. Universalium capite de Genere pag. 5. col. 3. quod quælibet natura realis dupliciter sumi potest, primo secundum se præcisè quatenus est quædam res, vel substantialis, vel accidentalis, habens esse extra animam: & hoc modo nulla natura est diffinitum in diffinitionibus prædicabilium; secundo potest ipsa natura considerari, quatenus est subiecta secundæ intentioni: seu quatenus est sub aliqua proprietate, ut possit formaliter prædicari: & hoc modo natura est

dif-

diffinitum in diffinitionibus prædicabilium, ita vt ipsa natura pro vt subiecta alicui secundæ intentioni sit integram diffinitum in qualibet diffinitione Vniuersalium.

Conc. qua cõcilliatur ambæ sententiæ.

* Cum qua diffinitione bene adnotata, sit nostra conclusio, qua conciliari possunt ambæ sententiæ. In diffinitione Generis, qua dicitur, *Genus est id, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in quid*. Diffinitum est ipsa natura, non quo modocunq; sumpta, nec vt cognita tanquam prima Intentio: sed eadem natura vt subiecta secundæ intentioni Generalitatis; seu vt cognita per actum reflexum sub hac proprietate, vt possit diuidi per diuersas differentias specificas; ita vt natura hoc modo considerata sit diffinitum quod, seu id, quod prædicatur: secunda vero Intentio Generis sit diffinitum quo, seu ratio, cur natura prædicetur. Ita expresse Ægid. in lib. Vniuersalium cap. de Genere pag. 5. col. 3. probatur autem facile. Illud est Diffinitum in data Generis diffinitione, cui competit diffinitio, scil. prædicari de pluribus differentibus specie in quid: sed hæc diffinitio competit naturæ, non quatenus est quædam res extra animam: sed quatenus est subiecta secundæ intentioni Generalitatis, ergo natura non quatenus res, sed quatenus subiecta secundæ intentioni Generalitatis erit diffinitum in dicta diffinitione. Maior propositio etiam conceditur ab aduersario: minor autem probatur. Illi competit prædicari de pluribus differentibus specie in quid, cui competit posse diuidi per plures differentias specias, & Essentiales: sed totum hoc non conuenit naturæ secundum se, nec quatenus natura est quædam res extra animam: sed tantum id competit naturæ, prout subiectæ secundæ intentioni Generalitatis: ergo hoc, quod est prædicari de pluribus differentibus specie in quid, non conuenit naturæ secundum se, nec quatenus natura est quædam res extra animam: sed quatenus natura est subiecta secundæ intentioni Generalitatis: maior est euidens, quia id, quod potest diuidi per diuersas differentias Essentiales, potest procul dubio prædicari de pluribus speciebus: minor etiam vltima constat, quia natura quatenus subiecta secundæ intentioni Generalitatis, & pro vt cognita per actum reflexum ab in-

Diffinitũ est nla res sed vt subiecta 2. Intio ni.

intelle-

tellectu, est proculdubio Vniuersalis formaliter, essq; predicabilis formaliter de pluribus speciebus.

9 Argumenta Primę Sententię tantum probant; quod natura sit Definitum in Definitione Generis, non quatenus est quedam res; sed quatenus est subiecta secundę intentioni Genereitatis: vel quatenus cognita per actum reflexum, vt Vniuersalis, & predicabilis formaliter de pluribus speciebus: Rationes vero secundę sententię tantum concludant, Definitum in Definitione Generis non esse ipsam naturam, quatenus est quedam res; sed non conuincunt, non esse naturam quatenus subiectam secundę intentioni Genereitatis; vel tantum probant, ipsam secundam intentionem Genereitatis esse Definitum quo sensu rationem formalem, qua natura predicetur: non quod secunda intentio sit tota causa, quare natura predicetur; sed quia secunda intentio est aliqua ratio, ita vt natura nunquam predicaretur, si non esset subiecta secundę intentioni; & propterea non bene infertur, quod Definitio Generis magis conueniat secundę intentioni, quam naturę: nam quamuis Homo sit Albus propter vinum; non tamen sequitur, quod Vinum sit magis Album, quia Vinum non est tota causa, quare Homo sit Albus: sic ad propositum quamuis secunda intentio sit aliqua ratio, cur natura predicetur; non tamen est tota causa, & propterea non sequitur, quod predicari de pluribus speciebus magis conueniat secundę Intentioni, quam naturę, vt subiecto secundę intentioni. Et quamuis logicus primo, & per se tantum consideret Intentiones; quia tamen Intentiones fundantur supra res; ideo etiam logicus considerando intentiones primo, & per se; considerat ex consequenti ipsas res, quę sunt fundamentum Intentionum.

## DVBITATIO TERTIA

### *Quod nam sit Genus in Definitione Generis?*

1 PRima Sententia est Toleti cap. de Genere q. 2. aliorumq; Recentiorum, asserentium Genus huius Definitionis esse Predicabile late sumptum, quatenus Est dum includit Predicationem de pluribus, sed etiã de Tolet. hic.

de vno solo: primarij Toletus hac sententiam sic. Omnia illa, quę differunt à definito ratione alicuius differentiæ, in eius definitione ponitę, debent contineri in eodem Genere cum ipso Definito; sed Porphirius excludit individuum à ratione Generis per illam particulã (de Pluribus) quę habet locum vnius Differentiæ, cum faciat differre definitum ab aliquo, præsertim ab individuo; ergo individuum debet contineri sub eodem Genere, sub quo continetur ipsum Genus: sed hoc non videtur posse esse aliud, quã Prędicabile latè sumptum: cum individuum suo modo etiam prędicetur: ergo prędicabile erit Genus in definitione: Maior est certa: nam quia Homo differt ab equo ratione diuersarum differentiarum, ideo Homo, & equus conueniunt simul in eodem Genere: minor patet ex textu: reliqua patent ex eodem textu vbi Porphirius videtur diuidere ly (Prędicabile) tãquam Genus in Prędicabile de pluribus, & Prędicabile de vno tanquam in suas species: assert namq; quod eorum, quæ prędicantur, alia quidem dicuntur de vno solo, sicuti individua alia vero de pluribus, quemadmodum Genera, species, &c. ergo Mens Porphirij in dicta definitione Generis fuit præter locum Generis ly Prędicabile latè sumptum, quatenus sub se comprehendit etiam individua.

2 Hanc Toleti Sententiam quidam Magister Augustinensis impugnat, dicens, falsum esse, quod individua differant à Genere per ly *prędicari de pluribus* tanquam per differentiam: cum potius ex textu Porphirij contrarium colligatur: nam individua per Porphirium distinguntur à quinq; Prędicabilibus non solum specie, sed etiam Genere, ergo individua non debent collocari cum Prędicabilibus sub eodem Genere; & ex consequẽti falsum est, quod individua differt à quinq; Prędicabilibus per ly (de pluribus) tanquam per differentiam quod autem per Authorem Porphirium individua distinguãtur à quinq; Prędicabilibus non tãtum specie, sed etiam Genere, colligit hic doctor ex textu, sic referendo verba Porphirij. (*Sub his igitur quæ de eno solo prædicantur, differunt Genere, ea quæ de pluribus prædicantur*) ecce quomodo ex textu Porphirij manifeste patet, quod

quin-

quinq; *Prædicabilia, quæ prædicantur de pluribus, differunt Genere ab individuis, quæ prædicantur de vno solo.*

Falsa Toleti impugnatio.

5 *Cæterum existimo in hac parte, nec Cardinalem Toletum merito impugnari, cum eius sententia bene explicata, sit vera: nec sententiam Eremitæ doctoris esse probandam, cum aperte fictum data in falsa lectione vnius tantum vocalis. Perlegamus attentè verba textus Porphirij, volens hic author explicare singulas particulas illius Diffinitionis, quam assignauit de Genere, sic ait. (Ab his ergo, quæ de eo solo prædicantur, differunt Genera: eo quod, hæc de pluribus dicuntur; ab his autem, quæ de pluribus, à speciebus quidem primum, quæ species, & si de pluribus prædicentur, non tamen de Differentibus specie, sed numero, &c.)* Vbi aduertere maximè oportet, quod vbi Porphirius ait (*Abhis ergo, quæ de eo solo prædicantur differunt Genera*) Doctor Eremita sic legit (*Ab his ergo, quæ de eo solo prædicantur, differunt Genera*) & tota machina præsentis controuersiæ (vt existimo) in huius Dictionis falsa lectione fundatur, scilicet dicendo (Genere) in ablatiuo casu: cum

Falso legitur textus Porphirij.

potius secundum textus veritatem debeat legi in casu nominatiuo, scilicet (Genera).

Explicatur textus Porphirij.

4 *Et quod ita sit verus sensus Authoris, repetamus iterum verba textus, eaq; vulgariter declaremus; sic ait Porphirius. (Abhis ergo, quæ de eo solo prædicantur, differunt Genera) ecce nominatiuum casus: Genera differunt abhis, quæ de vno solo prædicantur, scilicet ab individuis: & si quis petat, per quod Genera differunt ab individuis? ecce quid idem Porphirius immediate subsequitur: (eo quod hæc de pluribus dicantur:)* ab his autem, quæ de pluribus, idest ab alijs quatuor Prædicabilibus, quæ non de vno solo prædicantur, sed de pluribus, quomodo differunt Genera sic prosequitur Porphirius (*A speciebus quidem primum, quæ species, & si de pluribus prædicantur, non tamen de differentibus specie, &c.* hæc est genuina intelligentia textus.

5 *Ex qua explicatione colligendum est, & maximè obseruandum, quod individua, & quinq; Prædicabilia; seu intentio individui, & quæcunq; alia secunda intentio non differunt genere; vt contendit hic Doctor: imo potius omnes secundæ intentio-*

tiones, tam *Vniuersales*, quæ *fundantur* in natura Vniuersali, quam secunda intentio *Individui*, omnes conueniunt in eodem genere Entis Rationis, seu intentionis *Vniuersalis*, & predicabilis: & ratio fundamentalis est, quia omnes secundæ intentiones, tam Vniuersales vt sunt Genus, species, Differentia, Proprium, & accidens; quam etiam intentio *Individui*, subiecti, &c. habent esse formale in intellectu: ergo sicuti quilibet res, quæ habet esse extra intellectum, est simpliciter singularis, & generaliter loquendo, omnes res, quæ sunt extra animam, conueniunt in esse reali: ita omnes intentiones, quæ habent esse rationis, conueniunt in esse intentionis *Vniuersalis*, & predicabilis tanquam in genere proprio vocantur, quæ dicta sunt in disp. præced. q. 3. art. 2. dub. 1. 6. Qua doctrina sic sumpta, Nostra conclusio esse potest cum Toleto, quod nimirum immediatum genus cum in Diffinitione Generis primi *Predicabilis*, tum etiam in diffinitionibus Omnium intentionum est ly. (*Predicatur*,) quod idem est ac predicabile. Ita expresse & apud in lib. Vniuersalium cap. de Genere pag. 10. col. 2. & pba-

Concl. nostra principalis.

tur facile, quia aliud est Genus in diffinitione Generis, quod *est* commune cuilibet intentioni Predicabili, nempe Generis, *Speciei*, *Differentiæ*, *Proprii*, & *Accidentis*; sed etiam secundæ intentioni *individui*, subiecti, &c. sed his omnibus intentionibus nihil aliud potest esse immediatius commune, quam ly (*Predicatur*) quod idem est ac predicabile, ergo hoc erit Genus immediatum tum in Diffinitione Generis, tum etiam in Diffinitionibus omnium intentionum predicabilium. Maior, & consequentia probatione non egent: minor autem constare potest ex textu Porphyrij, in cuius Diffinitione nulla alia particula potest esse communis ad omnes intentiones predicabiles, nisi ly. *Predicatur*, quam singula sequentes fiant loco differentiæ, vt latius declarabitur in dubitatione sequenti.

## DVBITATIO QVARTA

### *An bene Porphirius Diffinierit Genus?*

1 IDem est quærere bonitatem, & *Rectitudinem* diffinitionis Generis, ac quærere Propriam, & ex eam-

Diffi-

Differentiam, per quam Genus distinguatur à quacunq; intentione Prædicabili. & dupplicem Porphirius tradidit de Genere definitionē, alteram sub his verbis. *Genus est id, sub quo collocatur Species*; de qua nihil in præsenti dicendum occurrit, quia apud neminem controuersiā habet. Altera Definitio est sub his terminis. *Genus est id, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quid est.* De qua Definitione quærimus primo, & principaliter quid contineat pro differentia, seu quid idem *est*, an hæc dicta Definitio sit exacta, ita vt Genus per illam Definitionem ne dum constituatur in esse primi Prædicabilis, sed etiam à quocunq; alio distinguatur? Deinde inuestigabimus, an saltem secundario data de Genere Definitio sit perfecta, dicenda sit Essentialis, & quidditatiua, an vero descriptiua, & accidentalis?

Magist. Rainaud. impugnat definitionē Generis exacta

2 Et circa Principalem difficultatem est prima sententia, negans prædictam Definitionem esse exactam, propterea, quod non continet Differentiam, per quam Genus constituatur in esse Generis, & distinguatur à quocunq; alio. ita sublinet Magister Rainaud in suis disputationibus specialibus disput. de Genere sect. 3. per totam; pro qua sententia nullum alium esse Authorem; sed eam sic probat. Vel Genus distingueret Speciem per hoc quod illud prædicatur de pluribus speciebus, hæc vero de pluribus individuis: vel quia habent diuersum modū prædicandi: hoc secundum dici non potest, quidem vtrumque prædicatur quid: Si dicatur primum, sicut Porphirius videtur annuere in textu tunc sic, ergo plura sunt Prædicabilia, quatuorque, quod est contra id, quod determinauimus in disput. præced. q. 3. art. 3. dub. vnic. probatur hæc vltima consequentia, quia in Differentijs Differentia intermedia prædicatur de pluribus Differentibus specie: Differentia vero ínfima prædicatur de pluribus Differentibus assecto.

Contra

3 Potest tamen sententia declaranda, aduertendū est, quod omnis vera, & propria Definitio debet constare ex vocibus tantum Generis, vel tantum Differentiæ; quod si vel ob penuriam vocabulorum, vel quia vtraque Differentiæ sint nobis ignotæ, non potest formari aliqua Definitio, constans ex vno

tantum Generis, & vnam tantum Differentiam licitum est assumere plures particulas, quæ sint veluti plures Differentiæ particulares, nõ statim veram integram, & adequatam Differentiam totalem, & hominibus Differentiæ vocatam ab Ægidio nostro Differentiæ exercitio quatinæ. Exempli gratia si nobis nõ innotesceret propria Hominis Differentia, possemus Hominem Definire sic: Homo est Animal implume magni cerebri, & ly Animal esset verum Genus: reliquæ vero particulæ collectim sumptæ, efficerent vnã, & adequatam Hominis Differentiam, sic ad propositum, quia vltimæ omnium Prædicabilium Differentiæ erant Porphirio ignotæ, propterea volens idem Porphirius Definire Genus Primum Prædicabile sic ait, est id, quod prædicatur de pluribus Differentibus specie in quid. vbi ly (Prædicatur) nõ idem est ac prædicabile, sed hoc Genus, in quo cõueniunt omnes intentiones Prædicabiles tanquam in Genere proximo: sed reliquæ omnes sequentes particulæ collectim, & simul sumptæ, conficiunt vnam, & adequatã Generis Differentiam, ita vt per omnes illas particulas, collectim sumptas constituatur in esse primi Prædicabilis, sed etiam à quocunque alio Prædicabili essentialiter distinguatur, & in primis distinguitur Genus à Individuis, quia Genus prædicatur de pluribus, Individua vero de vno tantum.

Item distinguitur Genus à Specie, quia Genus prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, species vero de pluribus Differentibus numero in quid. Item distinguitur Genus à Differentia, quia Genus prædicatur in quid, Differentia vero in quale quid, tandem distinguitur Genus tum à Proprio tum etiam ab Accidenti, quia Genus prædicatur de pluribus specie differentibus in quid, Proprium autem, & Accidens prædicantur de pluribus tantum in quale.

Explicatur definitio Generis

Hoc adnotato. Sit nostra sententia, & verior, & in vera quæ schola communior. Definitio Generis à Porphirio tradita, ne dum est exacta, & vndequaque perfecta, sed etiam quidditatiua, & essentialis, ita docet quo ad veram partem fundamentalis Doctor Ægid. in lib. Vniuersalium in explicatione textus capitis de Genere pagina 5 ad illa verba, nihilgitur super Sauum, &c.

Comentis Ægidii

tum

tam etiam capit de Differentia pag. 10. §. ad hanc Quæstionem, &c. probatur autem prima pars, quod data Generis Definitio sit exacta, quia Generis Definitio traditur à Porphyrio, constat ex propria Genere, & ex propria Differentia, vel saltem ex aliquo, quod teneat locum propriæ Differentiæ; ergo data Definitio est vnde quaq; sufficiens, & exacta. consequentia sequitur, probatur antecedens. & de Genere iam dictum est in præcedenti dubitatione; de Differentia probatur. Illa est Differentia propria respectu alicuius definiti, quæ taliter constituit ipsum Definitum in suo esse, vt illud faciat differre à quocunq; alio, quod non sit ipsam, sed ly ( *de pluribus differentibus specie in quid* ) taliter constituit Genus in esse Primi Predicabilis, vt illud faciat differre à quocunque alio Predicabili, ergo prædicta particula collectiuè sumpta, habent locum propriæ differentiæ: maior cum consequentia patent, probatur minor, quia omnes illæ particulæ non sunt accipiendæ disiunctim, & figillatim; ita vt quælibet earum seorsim sumpta habeat rationem Differentiæ: *particulæ loco differentiæ sunt accipiendæ collectim.*

nam per nullam aliam sufficienter distinguitur Genus à quacunque alia intentione: sed sunt omnes illæ particulæ accipiendæ copulatim, ita vt omnes simul sumptæ dicant conficere, & integrè vnum completum, & adæquatam Generis differentiam: & per illas copulatim sumptas (vt discurrenti facile patebit) sufficientissimè distinguitur Genus à quacunque alia secunda intentione.

5 Et ex hoc colligi potest probatio alterius partis, qd. si data Generis Definitio non sit Accidentalis, & descriptiua: sed potius quidditiua, & essentialis; quia Generi, & cuilibet secundæ Intentioni Prædicabili nihil est magis intrinsecum, & essentiale, quam prædicari. ergo ly ( Prædicatur) est Genus Intrinsecum, reliquæ species particulæ quamuis non sint propria Differentia Generis, cum propriè rerum Differentiæ sint ignotæ; sunt tamen Differentiæ circumloquutiuæ, quæ stant loco differentiæ propriè.

6 Secundo est, quod Definitio Generis, & idem dicatur de alijs Definitionibus harum intentionum. ) non est pure quidditiua:

nec

nec est dicenda Diffinitio perfectissima; cum perfectissima Diffinitio sit totius substantiæ secundum simpræ sciant: sed quod cognitum accepta est in alio, unde una & completa differentia, per quam exaguata Genus differt à Specie.

9. Ad argumentationem oppositam dicimus, Differentiam in Definitione Generis esse circumloquutionem, cum propria differentia sit ignota, & propterea integram Generis Differentiam esse omnes illas particulas (*de pluribus differentibus specie inquid*) quæ omnes particulæ sic copulatim sumptæ, ita constituunt Genus primum predicabile in suo esse, ut illud sciant differre à quatuor alijs secundis Intentionibus: & idem est dicere, Genus prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, ac dicere, Genus dicit totam essentiam specierum indeterminatè, sicut idem est dicere, Species prædicatur de pluribus differentibus numero in quid, ac dicere, species dicit totam essentiam individuorum determinatè. Quid sit autem Genus dicere totam essentiam specierum indeterminatè, speciem vero totam essentiam Individuorum determinatè? In-

sequenti articulo offendemus.

10. Sed rélatæ quidam Scrupulos contradicta: Quia Genus Primum Prædicabile non prædicatur nisi in quale tium Species Virtute Formalis: sed Species non prædicatur de pluribus differentibus specie, sed potius de pluribus differentibus numero: ergo Genus primum prædicabile non prædicabit de pluribus differentibus specie; Respondetur, quod dupliciter aliquid potest esse Species, primo essentialiter, & talis est secundum prædicabile, quod prædicatur de pluribus Individuis secundo potest aliquid esse Species denominative, & tale non habet esse nisi prædicari formaliter

## ARTICVLI SECVNDVS

### De significato Generis seu De Entitate quam dicit, vel significat Genus.

POst explicatam Generis Definitionem, immediate agendum, superest de significato eiusdem, seu de entitate, quam realiter significat Genus cuius rei, & quot modis significatio diuersa maximè difficultatis occurrant.

### Dub. III.
*An Genus sit compositum ex Genere & Differentia sit realiter ens rationis?*

### Dub. IV.
*Quomodo Genus, quod realiter est idem quoad entitatem totam, seu per omnia idem cum specie, dicatur esse pars?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### Vtrum Genus sit ex ista materia & Materia sit sua forma potentialis Species?

1 RAtionem Dubitandi pro vna parte dicunt verba Philosophi, eiusque Commentatoris in 7. metaph. vbi Venetiis dicitur, quod Genus sumitur à materia, differentia vero à forma, ergo Genus sua est materia Speciei, vt sit pura potentia eiusdem.

2 Ex alia vero parte videtur valde difficile, quomodo Genus sit materia tantum & pura potentia Speciei, quod est forma, non habere rationem entis, sed omnino fictionis sapere. Videtur

di-

nec est dicenda Differentia propriissima, cum propriissima Differentia sit solius substantiæ; eorum tamen sumpsit inficiant: sed quod essentialissima acceptæ sint aliæ, nempe vltimæ & completa differentia, per quam adæquatè Genus defertur Speciei.

9. Ad argumentationem oppositam dicimus, Differentiam in Definitione Generis esse dictam loquutionem, cum propria differentia sit ignota, & propterea integram Generis Differentiam esse omnes illas particulas (*de pluribus differentibus Specie inquid*) quæ ordine particulæ sic copulatim sumptæ, ita constituunt Genus primum prædicabile in suo esse, vt illud faciant differre à quacumque alia secunda intentione: Idem est dicere, Genus prædicatur de pluribus differentibus specie in quid, ac dicere, Genus dicit totam essentiam Specierum indeterminatè; Idem item est dicere, Species prædicatur de pluribus differentibus numero in quid, ac dicere, Species dicit totam essentiam Individuorum determinatè. Quidsit autem Genus dicere totam essentiam Specierum indeterminatè, Speciem vero totam essentiam Individuorum determinatè? in sequenti articulo offerendum.

§ Sed restat quædam Scrupulus contradicta. Quia Genus Primum Prædicabile non prædicatur nisi in quantum Species Vniuersalis formalis: Ted Species non prædicatur de pluribus differentibus Specie, sed potius de pluribus differentibus numero: ergo Genus primum prædicabile non prædicatur de pluribus differentibus Specie; Respondetur, quid duplicitèr aliquid potest esse Species, primo essentialiter, & talis est secundum prædicabile, quod prædicatur de pluribus Individuis differentibus Specie: Secundo potest aliquid esse Species denominativè; & tale non habet esse nisi vt prædicari possit de pluribus differentibus numero.

Modo Genus primum prædicabile verum est, quod non prædicatur nisi vt Species, id denominatiuè, non essentia liter.

(:†:)

## ARTICVLVS SECVNDVS

### De significato Generis seu De Entitate quam dicit, vel significat Genus.

POst explicatam Generis Definitionem, immediate agendum superest de significato, seu de entitate, quam tandem significat Genus, ut sit Praedicabile: quaestio dubia maximè difficultatis occurrit.

Dub. III.
*An Compositum ex Genere & Differentia sit reale an rationis?*

Dub. IV.
*Quomodo Genus, quod realiter est quoddam totum, esse possit per intellectum pars?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### Vtrum Genus sit de essentia Materiae, seu sit pura potentia Speciei?

1 RAtionem Dubitandi vna pars faciat verba Philosophi, eiusque Commentatoris in 7. Meth. vbi Vniuersaliter, dicitur, quod Genus sumitur à materia, differentia vero à forma: ergo Genus est materia Speciei, vt sit pura potentia eadem.

2 Ex alia vero parte videtur valde difficile, quomodo Genus sit materia tantum & pura potentia Speciei: nam quod est forma, non potest habere rationem puræ potentiæ; sed omnes partes definitionis sunt formæ, vt dicitur 7. Meth. ergo Genus

non potest esse materia tantum speciei. Deinde non potest Genus habere rationem materiæ naturalis, quæ est pars: quia cùm Genus nunquam posset prædicari de speciebus sicut ex materia naturali, quæ est pars compositi Physici, posset prædicari de toto composito naturali, nec posset Genus habere rationem materiæ artificialis: quæ est quoddam totum; quia nec ista materia artificialis, quamvis sit quoddam totum, potest prædicari essentialiter de eo, cuius est materia: Genus autem essentialiter prædicatur de speciebus, ergo Genus nullo modo est materia speciei.

3 Tamen, ut quid in hac difficultate dicendum sit, videamus; diligenter notandum est cum Ægid. in Quæstionibus super 7. primum prædicamenti q. 9. quod Genus, & differt à materia, & aliquo modo assimilatur materiæ: differt quidem, quia materia est potentia simpliciter, ellq; pars in actu, & secundum rem compositi Physici: Genus vero non est pars potentiæ, sed habet aliquem actum, propter quod tenet medium inter potentiam, & actum: nec est pars speciei secundum rem, sed potius realiter est quoddam totum; licet secundum rationem sit etiam pars, ex qua differentia nascitur, quod materia non prædicatur de eo, cuius est materia, quia si materia est simpliciter potentia, sic non est pars secundum rem; pars autem in quantum pars non prædicatur de toto: sic Genus enim non sit pura potentia, sed habeat aliquem actum, & teneat medium inter potentiam, & actum, sic est quoddam totum realiter; totum autem de toto potest optimè prædicari.

4 Sed contrariant Materia & Genus quatuplicitèr, primo, quia sicut materia quatenus est pars in actu, & secundum rem compositi Physici, est una non per viam formæ, sed per indifferentiam quandam ad omnes formas sic Genus quatenus est pars secundum rationem speciei, est unum non per viam formæ, & differentiam, sed per quandam indifferentiam ad plures differentias: non enim conceptus Generis, respondet hypothesis unius formæ, ut docuit Auerroes, in Comm. 3. super primum de anima: Secundo sicut Accidentia communia semper sequuntur materiam. Accidentia vero propria semper sequuntur sed-

5 similit. tudo materiæ. & Genus

nam: Dein Genere, nam accidentia communia semper sequuntur Genus; cum enim quis videt à longe aliquod obiectum, scit nunc, quod illud est aliquod corpus; sed cum non scit, illud esse corpus naturale, cum autem vicinius videt illud moveri, tùc scit, quod est Animal. Tertio. Si materia sub formis substantialibus ordinatis prius recipit formam Generis, quam speciei; etiam in hoc Genus assimilatur materiæ: nam quanto magis Genus est abstractum, & communius, tanto plus est immersum materiæ, quod prius cluit vita plantæ, quam Animalis, & prius vita Animalis, quam hominis. Quarto tandem si materia in ordine ad formas substantiales contrarias est in potentia ad vtramque, & determinationem recipit per alteram formam, ita Genus est in potentia ad vtramque Differentiam, & determinationem recipit ab altera ex ipsis differentijs: nam Genus est materiæ totius, idest non est materia, quæ est pars; sed est materia, quæ est totum; & cum teneat medium inter potentiam & actum, dicit idem, quod totum; sicut alio & alio modo, in sequenti dubitatione explicando; & in hoc Genus differt à materia artificialium, quia licet materia Artificialium etiam dicat totam substantiam artificialem; non tamen dicit formam illud, quod dicit res artificialis, quia materia artificialium non dicit formam artificialem; & propterea eadem materia artificialium non potest directè prædicari de artificialibus: Genus autem & est in potentia ad vtramque Differentiam, & determinationem accipit ab altera earum, & cum realiter sit quoddam totum, optimè potest prædicari de speciebus.

5 Hæc doctrina valde adnotata; accipite conclusionem, adæquatè præsenti difficultati respondentem. Genus habet quidem aliquam convenientiam, & similitudinem cum materia, quæ est pars compositi Physici; sed reuera non est materia tantum, nec ita sumitur à materia, vtit para potentia speciei, nullam habens actum. Hæc conclusio quo ad vtramque partem probatione non eget, sed prior pars est evidens ex conuenientia, & similitudine, quam maximam inter Genus & materiam. Altera vero pars est manifesta ex dictis in priori ad notatione, vbi etiam vi-

1. conuenientia.

2. similitudo.

4. conuenientia.

conclusio principalis.

dimus, differentiam, & distinctionem intervenire; quæ videatur Scotus q. 18 Vniuers. & D. Thom. De Natura Generis capite quarto.

4 Prior ratio dubitandi tantum probat, Genus habere similitudinem cum materia, quod concedimus, modo iam explicato. Aliæ verò rationes probant, Genus non esse simpliciter materiam, nec ita desinit dimateria: vt sit pura potentia specifica, quod etiam admittimus, & inferioribus dubitationibus latius ostendemus.

## DVBITATIO SECVNDA.

*Vtrum Genus secundum rem dicat totam essentiam speciei, ita vt à parte rei tantum dicat Genus, quantum species?*

1 HAec Dubitatio habet magnam connexionem cum præcedente, nec poterat ab illa seiungi, eligimus hanc quæstionem de Genere Principalis, quia ab eius solutione pendent ea, quæ dicemus tum in articulo præsenti de significato Generis, tum etiam inferiori de modo, quo Genus prædicatur de speciebus. Et quamuis ex Recentioribus non viderim, qui expresse sub his terminis hanc exitauerit difficultatem; pars tamen negans, præsertim primo suadet, Omnis differentia addit formam supra Genus ergo non dicit totam essentiam speciei, alias nihil adderetur supra Genus, & per consequens Genus dicit totam materiam. Secundo si Genus diceret totam essentiam speciei, ergo totam posset assignari differentiam inter Genus, & Speciem, probatur sequela, quia species etiam dicit totam essentiam inferiorem. Tertio Genus sumitur à materia, sicut Differentia sumitur à forma sed Differentia sumitur à forma, vt dicat tantum partem essentiæ formalem, ergo Genus sumitur à Materia, vt tantum dicat partem essentiæ materialem: non igitur Genus dicit totam essentiam speciei; sed tantummodo partem.

Argumenta primæ sententiæ.

2 Ceterum verius dicendum est, & in Veraque Schola magis receptum, Quod Genus realiter non dicit tantam partem essentiæ materialem, sed ita dicit totam quidditatem speciei, vt tantum

D. Thom. & Scot. citati in sequenti dubitatione.

tum dicat ipsum Genus, qui tum dicit ipsamet species, aqua solum differt, quod Genus dicit totam essentiam specifi indeterminatè, species vero dicit totam essentiam determinatè. ita Ægid. pluribus in locis, præsertim in lib. Vniuersalium cap. de Genere pag. 6., & in 7. metaph. q. 9. Ruffurin 1. sent. dist. 8. pa q. 3. & tandem in 2. sent. dist. 3. qu. 1. art. 3. Idemque tenet Scotus q. 16. Vniuersalium. Vt autem ex omnibus his locis rationem fundamentalem colligamus, qua veluti à priori probetur nostra sententia.

*Ægidius docet Genus dicere totam essentiã speciei.*

3 Notandum est primo id quod etiam annuimus in Dubitatione præced. scilicet Genus quamuis habeat aliquam similitudinem cum materia; reuera tamen nec est materia tantum, nec desumitur à sola materia, sed habet aliquem actum, & tenet medium inter potentiã, & actum, ita declarandi. quia Genus est vniuersale; Vniuersale autem est forma: vnde 7. metaph. dicitur, quod omnes partes diffinitionis sunt formæ; & quia Omnis forma est actus; ideo omne Genus dicit aliquem actum: sed cum Genus nõ dicat actũ tãtũ, quia alias non esset Genus, sed potius Differentia; nec dicat potentiam tantum; alias nõ esset Vniuersale, nec firmum: ideo sequitur necessario, quod Genus tenet medium inter potẽtiã, & actũ atq; adeo sit quodam totum respectu speciei, dicatq; totam essentiam eiusdem: nam ideo materia ita *est* pars compositi Physici, vt nullo modo sit totum, & ideo realiter est pars eiusdem compositi, quia materia ita est pura potentia, vt de se nullum habeat actum: sic igit Genus nec ẽ materia tantũ, qa non est pura potẽtia, & de se habet aliquẽ actum, quia est forma Vniuersalis, tenens medium inter potentiam, & actum, sed qua forma vniuntur multæ species tanquam in suo Vniuersali: iam manifestè sequitur, quod ipsum Genus ita sit quodam totum respectu speciei vt non dicat tantem partem eiusdem; sed potius totam essentiam, & quidditatem ipsius; videatur etiam D. Thom. de natura Gen. cap. 4.

*Genus sumitur à tota natura.*

4 Nunc sic efformatur ratio principalis nostræ conclusionis. Genus non est materia tantum, nec simpliciter pura potentia: sed habet aliquem actum, & tenet medium inter potentiam, & actum; ergo Genus nõ dicit simpliciter partem essentiæ;

*Fundamẽtum nostræ assertionis.*

specie, sed potius veram quilditatem antecedens è manifestum tum ex dictis in præcedenti dubitatione, tum etiam in præsenti allocatione prima; consequentia non potest negari: nam omnis forma, tenens medium inter potentiam, & actum, quodam totum est, dicitque totam naturam, & essentiam eius; quod sub ipso est: sed Genus, vt iam visum est, cum habeat aliquem actum, & sit forma Vniuersalis, tenet medium inter potentiam, & actum, ergo Genus quodam totum est, dicitque totam entitatem, & essentiam speciei, quæ sub ipso est.

confirmatio.

5 Et præterea confirmatur, quia ideo materia dicit partem secundum rem compositi Physici, quia materia est pura potentia, nullum includens actum, & propterea non prædicatur de composito Physico: sed Genus cum sit forma Vniuersalis, sub qua vniuntur species, habet aliquem actum: nam omnis forma est aliquis actus, & vlterius prædicatur in quid de speciebus: ergo Genus habens aliquem actum, tenet medium inter potentiam & actum, atque adeo ita erit totum respectu speciei, vt dicat totam essentiam, & quilditatem eiusdem.

6 Et hoc significare voluit Aegid. cum in lib. Vniuersal cap. de Genere inquit, ideo Genus esse totum, & dicere totam essentiam, quia prædicatur in quid: & si non diceret totam essentiam, non prædicaretur in quid, nam prædicari in quid est prædicari essentialiter, seu est dicere totam essentiam eius, de quo prædicatur, quia non posset prædicari essentialiter, nisi contineret in se totam essentiam, quæ est in subiecto; & propterea Differentiæ non prædicantur simpliciter in quid, sed in quale quid, quia Differentia non dicit totam naturam, sed solum modo partem formalem.

Solutio argumenti primi.

7 Nunc Argumentis in contrarium Respondeamus. Ad primum dicimus, quod ipsa Differentia non addit formam supra Genus: sed solum modo determinat Intellectum, qui prius erat indifferens. Ad secundum negatur sequela, quod si Genus dicit totam essentiam speciei; nullum posset assignari discrimen inter vtrumque; nam diuerso modo vtrique dicit totam essentiam, species enim dicit totam essentiam determinatè, sed Genus indeterminatè. Ad tertium latius respondebitur in quæst. de Differentia, art. 1. dub. 2. qui nunc dici-

dicimus, esse latum discrimen inter Genus, & Differentiam: nam Genus non est pura potentia, sed habet aliquem actum, tenetque medium inter potentiam, & actum, & propterea est quedam totum; & non sumitur ex parte naturæ; sed à tota essentia, dicitque totam quidditatem speciei: at Differentia, cum tantum habeat distinguere, & distinctio non fit nisi per actum, & actus non dicat nisi formam: propter hoc Differentia non dicitur sumi à tota natura, sed tantum à forma; unde Differentia non significat totam naturam, sed tantummodo partem naturæ, formam.

## DVBITATIO TERTIA.

### *An compositio ex Genere, & Differentia sit realis, an tantummodo rationis?*

Hæc dubitatio non est parum difficilis, propterea quod vel compositio ex Genere, & Differentia est simpliciter realis, omnino independens ab intellectu, & sic Genus esset pars speciei secundum rem: aut adeo esset sicut materia quæ est pars rei in actu, & secundum rem; nec diceret totam essentiam speciei, sed tantum partem materialem: quod esset contra iam determinata in præcedentibus dubitationibus: Si vero hæc compositio est omnino rationis; vel intellectus cum apprehendit Genus, esse partem speciei, tunc huiusmodi apprehensioni correspondet aliquid in re, vel nihil? Si nihil, ergo compositio ex Genere, & Differentia est rationis ratiocinantis, & sic est purum figmentum: si correspondet fundamentum à parte rei, vel hoc fundamentum est materia tantum, vel aliquid aliud distinctum à materia? si est materia tantum, ergo idem, quod prius, sequeretur, quod Genus esset materia tantum speciei, & quia materia non dicit totam essentiam: sed tantam partem naturæ, sequeretur, quod Genus non esset totum, nec diceret totam naturam speciei, sed solummodo partem: si fundamentum Generis à parte rei est aliquid aliud, distinctum à materia, ergo à parte rei nullo intellectu cogitante, est in specie aliquod reale, quod est pars Generica seu fundamentum, à quo denominatur Genus, & aliquid aliud, quod sit Differentia.

Primus dubitatio.

rentia, seu fundamentum à quo desumatur para differentialis: & sic in specie nullo intellectu cognitante, est realis compositio pluriū partiū, à quarum vna sumitur ratio Generis, & ex alia ratio Differentiæ.

2 Propter hanc rationem, non desunt ex Recentioribus, qui dicant, compositionem ex Genere, & Differentia esse omnino realem, & quæ ante intellectu nihil est in specie, à quo possit desumi ratio Generis, nisi materia, consequenter ad hæc, dicūt, Genus desumi à materia tantum, Differentiam verò tantum à forma, & ita sicuti Differentia est tantum forma speciei, dicitque tantum partem formalem; ita Genus est tantum materia speciei, & significat tantum partem materialem eiusdem. Authores huius sententiæ videri possunt in Suario 1. thom. meth. disp. 6. sect. 9. per totam, vbi referuntur etiam varij modi dicendi circa distinctionem Generis, & Differentiæ tam inter se, quam etiam à specie, quam componere rursus est huius sententiæ etiam Pasqual. 1. tom. meth. disp. 30. sect. 2., vbi pro se refert quam plures. Fundamenta autem; quibus probari solet, compositionem Generis, & Differentiæ esse omnino realem, & Genus desumi tantum à materia, Differentiam verò tantū à forma diuersa possunt adduci sed præcipua sunt sequentia.

Suarez. Pasqual.

3 Primo, tota radix à qua desumitur Genus præsertim in compositis physicis, est materia tantum, seu para potentia; ergo Genus est pars realis seu secundum rē ipsius speciei, ergo compositio ex Genere, & Differentia erit etiam realis, omnino independens ab intellectu. hæc vltima consequentia sequitur ex prima, nam si antecedenter ad intellectum conceditur, quod Genus sit pars realis speciei, seu pars rei secundum rem, necessario ante intellectum concedenda est etiam in specie altera pars Differentia, & ex consequenti talis compositio dicenda est procul dubio realis, & independens ab intellectu: prima consequentia sequitur eius antecedentis, quia si semel admittatur, Genus sumi à materia tantū, & quod tota radix, aqua desumitur ratio Generis, sit pura potentia, seu materia tantum, iam sequitur, quod Genus non dicat totam naturam speciei, sed tantum partem materialem: sicuti

1. argu. huius Sect.

ipsa

ipsa materia non dicit totam entitatem compositi Phisici, sed tantum partem materialem Solum superest probandum principale antecedens, siquidem ex eo pendet tota vis argumenti; illud autem sic efficaciter probatur. *In* specie seu in composito ex Genere, & Differentia non est nisi potentia, & actus; vel ergo Genus sumitur à potentia tantum, vel tantum ab actu, vel ab aliquo admixto ex potentia, & actu? non potest dici, quod Genus desumatur tantum ab actu, nam sic Genus non esset Genus, sed potius Differentia, quia solus actus est, qui distinguit, & solus actus est tota radix, aqua desumitur ratio Differentiæ, ergo Genus non desumitur tantū ab actu, nec potest dici, qd Genus desumatur ab aliquo admixto ex potentia, & actu propter eādem rationem nam tunc Genus non esset distinctum à specie, quia ambo desumerentur ab eodem Principio, & ab eo, quod est admixtum ex potentia, & actu; restat ergo, quod Genus tantum desumatur à pura potentia; sed pura potentia est de essentia materiæ primæ, vt omnes admittunt, ergo Genus seu ratio Generis non desumitur nisi tantum à materia, seu ab aliquo, quod est de essentia materiæ, & per consequens, sicut materia est pars rei in actu, ideſt pars realis, & secundum rem, & non dicit totam essentiam compositi Phisici, sed tantum partem materialem, faciqne cum forma compositionem realem Phisicam: ita Genus est pariter pars rei in actu, ideſt pars rei realis, & secundum rem, nec dicet totam essentiam Speciei, sed tantum partem materialem, nec faciet cum Differentia aliam compositionem nisi realem metaphisicam.

4 Sed pro resolutione notandum quod in rebus compositis, quæ nec sunt potentia tantum, nec actus tantum, sed admixta ex potentia, & actu: in huiusmodi ratio Generis non sumitur à materia tantum; nam & si nulla esset materia, ad hoc in eis reperiretur ratio Generis (vt patet in Angelis) nec sumitur à parte naturæ; sed potius à tota natura compositi, propterea tamen ibi reperitur ratio potentiæ, & Speciei seu ratio speciei etiam desumitur à tota natura compositi, propterea tamen ibi reperitur ratio admixta ex potentia, & actu: Itaque si quis petat, quæ nā sit radix, à qua desumitur

In compositis rō genus nō sumitur à tota natura.

ſitis

ratio Generis in rebus compositis? Ratio responsio est in promptu, quod Genus in quibuscunque rebus tam simplicibus, quam compositis nunquam sumitur à materia tantum: nam in simplicibus nulla est materia, & tamen ibi est ratio Generis: in compositis autem quamuis sit materia, Genus tamen, quia non est materia tantum, quia nec est potentia tantum, sed tenet medium inter potentiam, & actum; vt in præcedentibus dubitationibus ostensum est, ideo nec Genus sumitur tantum à materia: sed in quibuscunque compositis semper Genus sumitur à tota natura compositi, quatenus ibi reperitur ratio potentiæ; & species etiam sumitur à tota natura compositi, quatenus ibi reperitur ratio admixtæ ex potentia, & actu: radix ergo, à qua sumitur tota ratio Generis in quibuscunque compositis, est ratio potentiæ.

5 Sed quia potentia est de essentia materiæ primæ, propter quod quis posset inferre, quod si Genus sumitur à potentia, etiam dicetur sumi à materia; ideo nec secundo, quod Potentia duplex est, altera dicitur potentia pura, nullum includens actum: & hæc est de essentia materiæ, nam vt infra ostendemus, materia prima ita est pura potentia, vt nullum includat actum: altera potentia est non simpliciter pura, ita vt nullum habeat actum; sed dicitur potentia Vniuersalis, includens aliquem actum: atque adeo huiusmodi potentia est forma admixta ex potentia, & actu: & hæc non est de essentia materiæ, siquidem potest reperiri in rebus, nullam materiam includentibus: vnde in Angelis, qui sunt formæ simplices, reperitur quidem natura admixta ex potentia, & actu: eorum tamen in eisdem nulla est materia: quando ergo dicimus, quod Genus sumitur à potentia, & Differentia ab actu; non accipienda est potentia primo modo, ita vt sit sensus, quod Genus sumitur à potentia pura, quæ est pars: nam tunc idem esset dicere, quod Genus sumitur à potentia; ac dicere, quod Genus sumitur à materia: quod simpliciter negandum est; sed dicimus, Genus sumi à potentia, idest ab ea potentia, quæ est totum, estque forma Vniuersalis, admixta ex potentia, & actu: seu dicimur Genus sumi à potentia, idest ab ea potentia, quæ in-

cla-

pura
quæ
non
est
actus

Extat prefla Ægidij.

cludi. Quoniam actus & potentia medium inter potentiam, & actum, quæ potentia non est pars compositi secundum rem, sed potius secundum rem est quodam totum, cum dicat potentiam, & actum, dicitque secundum rem totam naturam compositi; licet secundum rationem habeat rationem partis, & hoc est aduertendum valde, siquidem ex eo pendet totius difficultatis resolutio vide conclusionem, quod potentia, à qua sumitur ratio Generis, non est potentia, quæ est pars, seu potentia pura, sed potentia, quæ est totum, & potentia, ex qua sumitur ratio Generis, non est potentia simpliciter, quæ est pars rei secundum rem, dicit quæ realiter tantum partem naturæ; sed est potentia, quæ realiter & secundum rem est quodam totum, quia secundum rem dicit totam naturam speciei, quamuis secundum Intellectum sit pars.

6 Hinc notatis conclusio nostra est. Compositio ex Genere, & Differentia nullo modo est realis, vel independens ab Intellectu, nisi fundamentaliter; formaliter tamen est omnino Rationis. Ita Ægidius lib. Vniuersalium capit. de Genere pag. col. 2. & ibidem, dupli-

Nostra conclusio.

cem esse compositionem, alteram naturalem, quæ est ex vera materia, & vera forma, alteram Rationalem, quæ non fit ex vera materia, & vera forma, seu ex aliquo, se habente loco materiæ, & ex aliquo, se habente loco formæ est etiam expressa S. Thomas in locis præsertim de Verit. q. 27. art. 1. ad 8. vbi hanc compositionem vocat Rationis. Præterea capit. de Ente & Essentia ait, quod hæc compositio non fit, nisi per res duabus rebus ratione tantum; sed ita vt res duobus intellectibus constituatur tertius Intellectus. Præterquam quod in 1. parte q. 30. art. 2. ad secundum, inquit, quod in substantijs spiritualibus non est aliud, a quo sumitur Genus, & aliud, a quo sumitur Differentia, sed Genus, & Differentia accipiuntur secundum idem, id est ambo sumuntur à tota natura, licet diuerso modo: Ruffus Opusc. de Natura Generis ca. 7. hæc ait: Ad horum euidentiam considerandum est, quod cum Genus de tota prædicetur, vt Animal de homine, ratio Generis non sumitur à materia pro vt est pars. Tandem in 7. metaph. lect. 17. sic quidam dicit: Sciendum est autem, quod licet idem secundum nomen pos-

Loca S. Th. pro nostra sententia.

sit esse Genus, & materia: non tamen idem eodemmodo acceptum: materia enim est pars integralis rei: & ideo de re prædicari non potest, quin de illa dicatur, quando homo sit caro, anima, &c. Genus autem prædicatur de speciebus vnde oportet quod sit aliquo modo totum & alterius denominatur natura, licet per intellectum enucleatur permodum partis. Et quidem omnibus locis modo citato videtur constare omnium eorum, quæ in præcedentibus Disputationibus attulimus: Quod si Genus non sit materia tantum, nec dicat tantum partem naturæ sed potius totam naturam, sed adhuc patet manifestè S. Thomam in proferiti resolutione esse nobiscum.

Subtilis citat nobiscū

7 Potest esse aliquod dubium de Mente Subtilissimi, an à communi cum Principijs Ægidij sed certè videndum apertè tamen Magistros in sensu non discrepare. & in primis, quòd Genus non sit materia tantum, sed potius forma Vniuersalis, docet expressè Scotus Apud Sarnanum q. 16 Vniuers. vbi hæc habet; *Genus non est materia, sed forma, iuxta dicta Philosophi 7. meth. Quod enim de Partes Definitionis sunt sicut forma: cum igitur Genus sit pars Definitionis, erit Genus forma, & non materia. Quod si dicatur, quod forma distinguit, ad hoc Respondetur, quod Genus non est forma completa, qua distinguit, sed est forma media.* Et paulo post respondens ad quandam propositionem Porphirij, dicentis Genus esse materiam speciei, sic exponit Porphirium *Genus propriè non est materia, sed est simili modo materiæ sicut subiectum est similitudo eius, quia sicut materia est indeterminata, & determinatur per formam, ita Genus dicit indeterminationem, & sicut forma determinat per Differentias habemus ergo hoc aspice, quod de Mente Subtilissimi Genus non est materia, sed forma. & hoc nos ducimus in dubio primo.* Quod vero etiam ex mente Scoti, Genus non sit pars rei secundum rem, nec dicat tantum partem naturæ: sed realiter sit quodam totum, & dicat totam naturam speciei, id manifestè colligi potest ex his, quæ idem Subtilissimus docet apud Sarnanum in eadem q. 16 Vniuers. vbi distinguit duplicem formam s. formam totius: & ait, quod Genus non est huiusmodi partis, alias non posset

Locus Subtilissimi proxime citatus.

pro-

prædicari de Specie. Sed eſt forma totius, & propterea prædicatur de composito. Rursus idem Scotus paulo post ad dicta subsequitur, quod duplex est materia, & duplex est pars; quædam est materia, & pars realis, & hæc non prædicatur de toto, nec Genus est hoc modo materia, vel pars: alia est materia, & pars rationis, & ita prædicatur de toto; & sic est Genus. quid clarius ad intentum dicimus? quod tandem compositio ex Genere, & Differentia in sententia Subtilis non sit compositio simplicis nec realis, nisi fundamentaliter tantum, sed propriè sit compositio rationis; ex eo patere potest, quia apud Subtiles Genus, & Differentia non componunt Speciem, nisi pro vt sunt secundæ Intentiones. Secunda autem intentio in omnium sententia propriissimè cadatur ab intellectu per actum intelligendi reflexum. Deinde apud eosdem Subtiles Genus non est pars rei secundùm rem, quia Genus nec realiter est materia tantum; licet habeat similitudinem cum materia, sed est pars speciei, hoc est per intellectum, qui apprehendit Genus per modum partis potentialis. ergo compositio ex genere, & Differentia nec dicenda est apud Scotum simpliciter realis sed potius rationis: & dici potest realis solum fundamentaliter. Quomodo autem singulariter potest, quod Genus, & Differentia secundum Scotum sint distinguantur formaliter ex natura rei, & tamen compositio ex Genere, & Differentia sit rationis? ex dicendis in Tractatu tertio disp. 2. de Passionibus entis, q. 1. de Vnitate, art. 3. de distinctionibus rerum dubitabis, & deinceps latius patebit.

8 Ex quibus locis tum Ægidij, tum etiam S. Thomæ, & Scoti sic colligitur ratio fundamentalis pro superiori nostra posita assertione: Genus non est materia tantum, nec desumitur à parte naturæ, vel ab ea potentia; quæ est pars secundum rem, & realiter distinguitur à toto; sed desumitur ab aliquo, quod habet tantum similitudinem cum materia, seu desumitur ab illa potentia, quæ includit aliquem actum, eo quod aliter quodammodo totum, ergo compositio ex Genere, & Differentia non est simpliciter realis, sed potius rationis cum fundamento in re, antecedēs attentis his, & dictis tam in præcedentibus Dubitationibus, cum etiam in præsen-

Ratio fundamentalis pro nostra conclusione.

ti, est ita evidens, et maiori probabilitate dum negatur: nunc prolatur consequentia, illa tantum compositio dicatur realis, & independens ab intellectu, cuius partes componentes sunt partes, & realiter distinguuntur intra compositum, nec sunt ipsum totum, imo nec possunt predicari de toto: sed Genus, & Differentia huius sunt partes tot reales, & secundum rem, nec realiter distinguuntur à toto, imo essentialiter predicatur de toto, falsum illa pars, quæ est Genus, ergo huiusmodi compositum non potest dici realis: sed dici potius rationis. Relat argumentum impositum refpondere, & primo ad Principalem rationem dubitandi dicimus, compositionem hanc ex Genere, & Differentia esse rationis non absque tamen fundamento à parte rei unam vbique dicebant in argumento: si talem esse inadæquatum in re potentialis compositio esset hypothetica; Quando autem petitur, an illud fundamentum à quo desumitur ratio Generis, sit materia tantum, vel aliquid diuersum à materia? Respondendum est, inter ea, quæ dicta sunt, non esse materiam tantum, nec

A l pri cipalem rõné du bitãdi

potentiam pertransire, quæ est pars realis, sed potentiam Vniuersalem, quæ tenet medium inter potentiam, & actum: & dicitur realiter vnum participans speciei, dicit indeterminato, & tantum per intellectum apprehenditur vt pars. Itaque à parte rei nullo intellectu cognitum est in specie realis potentialitas, & etiam realis actualitas: cum omne ens realiter sit admixtum ex potentia, & actu: non tamen potentialitas à parte rei, est pars realis, realiter distincta ab actualitate: quia à parte rei sola potentia materiæ, quæ est potentia pars, distinguitur realiter ab actu scilicet a forma. Sed potentia, de qua loquimur, & a qua desumitur ratio Generis, cum sit potentia Vniuersalior, non est potentia, quæ est pars realis, nec potentia, quæ est materia tantum, sed est potentia, quæ est forma realiter mediante potentia materiæ, & actum, & cum includat aliquem actum, est potentia, quæ realiter est quodam totum, distinguens realiter totam partem speciei, licet deinde per intellectum concipiatur per modum partis: quando autem Genus, quod realiter est quo-

quodam totum, possit per intellectum fieri pars speciei? in sequenti dubitatione declarabitur.

10 Ad Argumentum pro hac sententia abiolute negandum est antecedens, quod scilicet dicit, quod definiatur ratio Generis, sit materia tantum, ad cuius probationem, distinguenda est maior, in specie nihil aliud est, à quo possit desumi ratio Generis, nisi potentia, & actus. Si fermo sit de potentia pura, seu de potentia, quæ est materia tantum, & realiter est pars, id simpliciter negandum est; si vero fit fermo de potentia Universali, seu de potentia quæ est forma, & realiter est quoddam totum, id verum est; ad minorem autem, cum dicitur, quod potentia est de essentia materiæ, eam eadem distinctione Respondendum est; potentia pura, seu potentia, quæ est pars, est de essentia materiæ, concedo minorem: potentia Universalis, quæ realiter est totum, est de essentia materiæ, falsa est minor.

Solutio affirmativa.

11 Eodem modo Respondendum est ad confirmationem; Genus enim non sumitur tantum ab actu, à quo sumitur ratio Differentiæ: nec sumitur ab eo, quod est admixtum ex potentia, & actu; à quo similiter sumitur speciei; sed sumitur Genus à potentia, non à potentia pura, quæ est materia, est pars realis, excludens omnem actum, sed à potentia Universali, quæ est forma, estque realiter quoddam totum, includens aliquem actum indeterminatè.

## DVBITATIO QVARTA

### *Quomodo Genus, quod realiter est quoddam totum, possit per Intellectum fieri Pars?*

1 Videtur satis difficile, quomodo idem Genus, quod realiter à parte rei est quoddam totum, possit per intellectum fieri pars? nam quando intellectus apprehendit Genus ut partem, vel tunc huiusmodi apprehensum correspondet fundamentum à parte rei, vel nihil: si nihil, ergo intellectus apprehendere Genus ut partem, est quasi ens rationis ratiocinantis: & ex consequenti compositio, quam facit intellectus ex Genere, & Differentia, est pura figmentum. Si aprehen-

Gratis non dabitur.

hen-

henſioni correſpondet aliquod fundamentum, vel tale fundamentum eſt potentia, quæ eſt pars, vel eſt potentia, quæ eſt totum; ſi eſt potentia, quæ eſt pars, ergo ima à parte rei cuilibet intellectu cognitante datur compoſitio realis ex gradu Generico (ut potentia) & gradu differentiali (ex actu, contra ea, quæ iam diffuſe determinatum eſt in præcedentib⁹ præterquam quod fundamentum Generis à parte rei eſſet potentia, quæ eſt pars, ſequeretur etiam, quod Genus eſſet materia tantum iuxta potentia, quæ eſt pars, eſſentialiter eſt materia; hoc autem eſſet contra iam dicta in Dubitatione prima; ſequeretur tandem, quod Genus diceret partem eſſentiæ, & non totam eſſentiam ſpecies; quod eſſet oppoſitum ad dicta in dubitatione ſecunda. Si dicatur, quod fundamentum Generis à parte rei eſt potentia Vniuerſalis, quæ eſt totum, ergo quomodo intellectus apprehendit Genus vt partem? Si fundamentum Generis ſit Genus fundamentaliter eſt totum, quare intellectus apprehendit idem Genus vt partem?

2 Fateor hanc dubitandi rationem eſſe difficilem: ſed ſi aduertamus aliqua cum magiſtro Scholæ communia, procedendo ſatis facilis euadet. Notandum igitur diligenter id, quod docet Ægidius in 1. Sent. diſt. 3. q. 2. quod ſicut Intellectus noſter quando confingit ſecundas Intentiones, & Vniuerſales Entia Rationis Ratiocinata, tunc concipit id, quod eſt, non tamen eo modo, quo eſt: nec propterea tunc conceptus ſunt falſi, quia quantum ad rem intellectam ſemper correſpondet immediatum fundamentum à parte rei, quantum vero ad modum intelligendi, & ſi non correſpondeat immediatum fundamentum correſpondet tamen mediatè: ſi-

sicut ergo cum Intellectus concipit Ens Rationis Rationatæ, tunc concipit id, quod est, non tamen eo modo quo est, ita quando Intellectus concipit compositionem ex Genere & Differentia, apprehendit potentiam, distinctam ab actu, & actum separatum à potentia; cum tamen à parte rei, nec potentia, aqua sumitur ratio Generis, sit separata ab actu nec manus ipse actus, à quo desumitur ratio Differentiæ, sit separatus à potentia & sicut quando intellectus concipit Ens Rationis Rationatæ, tunc quantum ad rem intellectam correspondet in re fundamentum immediatum, quantum vero ad modum Intelligendi correspondet fundamentum mediatũ; ita quando Intellectus apprehendit potentiam separatam ab actu, tunc quantum ad rem cognitam, correspondet immediatum fundamentum à parte rei, & ipsa potentia, quæ realiter est à parte rei, cui ergo à quo sumitur ratio Generis; quantum vero ad modum intelligendi etiam respondet fundamentum à parte rei saltem mediatum, quia in ipsa potentia, quæ est à parte rei, est realiter, quod sic potest apprehendi; sicut denum, quando Intellectus concipit secundam Intentionem, vel Genericam, vel speciei, &c. tunc apprehendit naturam vt Vniuersalem; cum tamen a parte rei non sit formaliter Vniuersalis, sed potius habeat esse singulare; ita quando Intellectus in compositione Logicali apprehendit potentiam separatam ab actu, & actum separatum a potentia, tunc vocat potentiam partem materialem, & actum partem formalem, cum tamen a parte rei ipsa potentia non sit pars, sed potius sit quidam totum, vt dicat totam naturam speciei.

3 Hoc adnotato. Sit Assertio principalis. *Ideo Genus quod à parte rei est quoddam totum, apprehenditur ab Intellectu tanquam Pars Speciei, quia Potentia illa, à qua desumitur ratio Generis, apprehenditur per intellectũ separata ab actu: cum tamen à parte rei non excludat actum, sed potius teneat medium inter potentiam, & actum.* Hæc Assertio deducta est ex principijs Scotistæ doctrinæ tom in loco supra citato, tum etiam alibi & quamuis non egeat speciali probatione, cum sit ex adnotata doctrina iam clara: ea tamen sic poterũ amplius de-

Principalis Assertio.

declaratillis potentia, à qua desumitur ratio Generis, apprehenditur ab intellectu abstracta, & præcisa ab actu; ergo quamuis à parte rei talis potentia sit quodam totum, potest tamen ab Intellectu apprehendi per modum partis: antecedens est manifestum ex Notabili dato: probatur consequentia, ideo illa potentia, aqua desumitur ratio Generis, est à parte rei quasi totum, dicitque totam Entitatem naturæ, quia est conjuncta cum actu, includitque aliquem actum, propter quod tenet medium inter potentiam, & actum: sed quando eadem potentia concipitur ab Intellectu, ut apprehenditur non eo modo, quo est à parte rei, sed abstrahitur ab esse reali; ergo eadem potentia, quæ à parte rei est quodam totum propter inclusionem actus, quando apprehenditur ab intellectu per modum potentiæ, tunc concipitur per modum partis.

Ratio dubitandi

4 Nunc ad rationes dubitandi Respondetur, quod quando intellectus concipit Genus ut partem, tunc hujusmodi conceptui semper respondet fundamentum in re; & quidem quantum ad rem intellectam respondet fundamentum immediatum realis potentia, quæ realiter in omni ente creato est quodam totum: quantum vero ad modum intelligendi, & illud respondeat fundamentum immediatum, quamvis sit potentia à parte rei, sicuti cognoscitur; tamen eodem modo intelligendi respondet saltem à parte rei fundamentum mediatum, quia in potentia, quæ est à parte rei, est principaliter, ut sic potest apprehendi, scilicet sine actu.

5 Nec est necesse, ut illa potentia, aqua desumitur ratio Generis, sit à parte rei pars realis, adhuc ut sit fundamentum conceptionis Intellectus: nam si talis potentia esset à parte rei pars realis, & secundum rem, non opus esset, ut fieret pars per Intellectum. Deinde talis potentia, aqua desumitur ratio Generis, prout est à parte rei, includit actum, propter quod non potest esse pars secundum rem, cum potius realiter sit totum: adhuc ergo ut Intellectus concipiat Genus ut partem Speciei, sufficit apprehendat potentiam, præscindendo ab actu; & adhuc ut talis conceptus nec sit vanus, nec falsus, satis est, ut à parte rei quantum ad rem Intellectã correspondeat ipsa realis po-

ten-

tentia, quæ tenera antecedenter ad omnem intellectum est in quocunque Ente creato: quamum vero ad modum intelligendi, quia non sic est potentia a parte rei, sicuti cognoscitur; satis est, quod ipsa potentia quamum est esse possit sic intelligi.

## ARTICVLVS TERTIVS

### *De Modo; quo Genus predicatur de suis inferioribus.*

CIrca modum, quo Genus predicatur de suis inferioribus, vrgentiores sæpe occurrunt explicandæ difficultates, quam in articulis præcedentibus, & præcipuæ sunt sequentes.

---

### ARTICVLI TERTII

### *De Modo, quo Genus predicatur de speciebus.*

### *Dubitationes Quatuor*

*Dub. I.*

*V. Genus predicetur de suis Inferioribus in quantum pars actualis; vel potentialis?*

*Dub. II.*

*V. Genus possit consistere in Vnica Specie?*

*Dub. III.*

*V. Genus contineat in se omnes Differentias Essentiales?*

*Dub. IV.*

*V. Genus per se predicetur de Differentijs?*

---

### DVBITATIO PRIMA

### *Vtrum Genus predicetur de suis Inferioribus in quantum pars actualis, vel potentialis?*

1 PRima sententia affirmat Genus predicari de suis Speciebus ne dum vt partem actualem cuiuslibet speciei, sed etiam vt partem potentialem eiusdem: ita sciebant docuisse Caietanum & Paulum Venetum cap. de Specie: sed certius prima sententia citari potest Pasqual. tom. 1 sum meth. disp. 13. sect. 3. num. 5 cuiuscunque tamen sit, sic illa suadeti potest Primo Authoritate Arist. 1. Post cap. 4., Vbi docet, integram Diffinitionem & singulas eius partes per se predicari de Diffinito: sed

sed partes Diffinitionis sunt partes actuales, ex quibus altera est Genus, & alia est Differentia, ergo Genus tanquam pars actualis predicatur de Speciebus, & multo magis, vt pars potentialis, quia cum est pars potentialis, tunc est natura abstracta, & ex consequenti Vniuersalis. Secundo id idem probatur ratione; quia hoc est discrimen inter Genus, & Speciem, quod predicatio speciei est completa, id est Species predicatur de individuis, vt quodam totum: predicatio vero Generis est incompleta, idque non propter aliud, nisi quia Genus predicatur de Speciebus, vt pars vel actualis vel saltem potentialis.

2. à rõc

3. argu.

2 Tertio partes Physicæ, vt materia, & forma, magis distinguuntur inter se, tum etiam à toto, quam Genus, & Differentia: nam ibi sunt duæ res distinctæ, etiã à parte rei; istæ vero non sunt nisi duo conceptus sed partes physicæ inconcreto significant, verè prædicantur de toto: quia verè dicimus, Homo est corporeus, Homo est animatus: ergo melius prædicabuntur Genus, & Differentia inconcreto significata, de Specie: quam componunt; atque adeo vera erit hæc propositio, Homo est Animal, etiam si ly (Animal) accipiatur tanquam pars: sicuti etiam vera est hæc alia; Homo est Rationalis, cum tamen ly (Rationalis) non sit totum respectu Hominis, sed potius pars actualis eiusdem.

3 Altera sententia huic primæ contraria, negat, Genus prædicari posse de suis inferioribus, vel vt partem actualem, vel vt partem potentialẽ, & hæc est fere omnium Recentiorum, quos citant, & sequuntur tum Rubius cap. 2. de Genere quæst. 5. tum etiam Magist. Bruna disputat. 4. sect. 6. §. sed ando nunc &c. Fundamẽtum autem pro hac secunda sententia sunt huiusmodi. Genus quatenus est pars actualis, vel potentialis non est Vniuersale formaliter: ergo vt sic nequit de pluribus prædicari: consequentia tenet; nam omne, quod prædicatur debet esse Vniuersale formale; probatur antecedens, tunc Genus dicitur pars vel actualis, vel potentialis; quando vel est contractum per Differentiã specificam ad esse huius vel illius speciei, quam alterius; vel saltem est in potentia, vt possit contrahi: sed quãdo Genus sic sumitur, tunc non

2. Sẽtia negãs.

Rubius Bruna

1. argu. pro 2. dicta sẽtia.

non est Vniuersale formale, ergo Genus quatenus pars actualis non est Vniuersale formale: maior, & consequentia patent, minor probatur, quia cum Genus sit contractum, vel potest contrahi ad esse vnius speciei: tunc non est alteri Speciei communis, quia repugnat posse aliquam naturam superiorem contrahi per plures differentias ad plura esse Species distinctas simul, & semel, ergo natura Generica quatenus pars vel actualis, vel potentialis non est Vniuersale formaliter, & per consequens quatenus pars actualis vel potentialis predicari non potest.

4 Secundo materia prima quatenus actu est determinata per vnam formam substantialem ad esse compositi Phisici, non potest predicari de toto composito Phisico; ergo Genus quatenus actu contractum per vnam Differentiam ad esse vnius speciei, nec potest predicari de ipsa Specie. Antecedens est certissimum. Probatur consequentia, ideo materia prima dum est contracta, & determinata per vnam formam, non potest predicari de toto composito Phisico, quia est pars actualis illius, & pars in quantum pars predicari non potest de toto, sed Genus vt actu contractum per Differentiam ad esse vnius speciei, est pars actualis ipsius compositi methaphisici, ergo Genus vt pars actualis speciei predicari non potest. 1. argu.

5 Tertio Probatur id de Genere quatenus est pars potentialis. Nulla natura, que predicatur essentialiter, & in quid, potest predicari vt pars nec actualis nec potentialis de eo, cuius est pars: sed Genus inter omnia predicabilia ex omnium doctorum beneplacito predicatur essentialiter, & in quid, ergo Genus nullo modo predicatur vt pars vel actualis, vel potentialis speciei: minor & consequentia sunt certissima: probatur maior: omne quod predicatur essentialiter, & in quid, debet continere sub se totum id, quod est in subiecto, de quo essentialiter predicatur: sed Genus in quantum pars vel actualis vel potentialis speciei non continet sub se totum id, quod est in Specie, quia nunquam pars continet in se totum id, quod est in toto, alias non esset pars: ergo vel Genus de Specie non predicatur in quid: vel nunquam predicatur, nec vt pars actualis, nec vt pars potentialis. 2. argu. Pro 1. sententia.

6 Hanc controuersiam quamuis Difficilem, satis fa-

cile componens, ſi cum ſanctiſſimo Egidio tum in 7. meth. quæſt. 9 tum in ſecundo ſent. diſt. 3. p. 1. qu. 1. art. 3. tum tandem in lib. Vniuerſalium cap. de Genere pag. 6. ſummatim notauerimus hic, quæ ſuis diſtinctionibus eum eodem diximus, & cum Magiſtris Vtriuſque Scholæ in articulo præcedente ſtare percenſuimus. In duplici ſenſu intelligi poteſt, quod Genus ſit pars actualis, vel potentialis Speciei; primo ita vt ſit pars realis, & ſecundum rem; eo modo, quo materia prima eſt pars actualis, ſeu pars rei in actu, & ſecundum rem compoſiti Phiſici. & in hoc ſenſu nullo modo Genus prædicari poteſt de ſuis inferioribus, nec vt pars actualis, nec vt pars potentialis propter rationes ſecundæ ſententiæ, quæ non aliud probant. Secundo intelligi poteſt, quod Genus ſit pars actualis vel potentialis ſpeciei non ſecundum rem ſeu realiter, ſed tantummodo per rationem; ita vt Genus ſecundum rem, & ante operationem intellectus ſit potius quodam totum, dicatque realiter totam naturam ſpeciei; & per intellectum apprehendatur vt pars actualis, actualiter ſpeciem componens, vel vt pars potentialis, poteſt Speciem componere, & in hoc ſenſu bene poteſt Genus prædicari de ſuis inferioribus, non ſolum in actuali prædicatione, ſed etiam vt pars potentialis, vt bene probant argumenta primæ ſententiæ præſertim primum deſumptum ab auctoritate Philoſophi. Poteſque reddi ratio a priori, quia Genus vt pars, ſiue actualis, ſiue potentialis ſecundum rationem eſt Vniuerſale formaliter; cum ſit ſecunda intentio, & aliis realiter eſt quodam totum, ergo nihil deeſt, adhoc vt prædicetur de ſpeciebus.

5 Solummodo vltimum Argumentum primæ ſententiæ indiget aliquali explicatione, qua declaratione ſuppoſita, magis roborabitur quod à nobis eſt dictum. Erat eſt enim argumentum, quod partes phiſicæ ſiſtem in concreto ſumptæ prædicantur de toto, quia verè dicimus, Homo eſt corpus, ſeu corporeus. Homo eſt animatus, ergo eodem modo partes ſpeciei ſi Genus, & Differentia etiam ſumptæ inconcreto poterunt prædicari de tota ſpecie: atqui adeo hæ prædicationes eſſent veræ, Homo eſt animal, Homo eſt Rationalis. Sed Reſpondetur, quod ſi ſumatur pars phiſica

tempe corpus, pro composito ex materia, & forma corporeitatis, sic verè corpus predicatur: sed tunc corpus non est pars, imò realiter est totum: si verò sumatur corpus pro vna parte animalis, tunc corpus minimè predicari potest de composito Physico, quia pars in quantum pars nunquam predicatur de toto. Vel Respondetur secundo, & erit similiter doctrina fundamentalis Ægidij, à nobis relata in Quæst. 3. huius disputationis, quando agemus de modo, quo predicatur Differentia. quod aliud est dicere, Homo est corpus, Homo est animatus: priores propositiones omnino sunt falsæ, quia pars in quantum pars essentialiter non predicatur de toto: ast posteriores propositiones sunt veræ: quia ly corporeus, & ly animatus, quamuis significent partem, & partem; vterque tamen implicat totum: ita vt ly corporeus includat totum illud, quod implicat Homo; sic etiam ly animatus quamuis significet partem, scilicet animam; includit tamen totum illud, quod includit Homo, quia ly corporeus, & ly animatus sunt termini connotativi, significantes formam, & connotantes subiectum, in quo ait forma. sed hanc doctrinam latius Deo dante exponemus cum agemus de Differentia.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum Genus possit esse seruari in vnica tantum Specie?*

1 PRima sententia docet, Genus nullo modo posse saltem sub vnica tantum specie; sed necessario requirere plures Species: ita expresse Pater Toletus q. vnica cap. de Genere, Sanchez in Comment. ad Logicam capit. de Genere quæst. 49. concl. 5. & 6. Rubius cap. 3. de specie quæst. 3. §. Nostra igitur sententia, & plures alij, quos citat, & ordine sequitur Pater Pasqualigius 1. tom. meth. disput. 56. sect. 2. fundamenta autem pro hac sententia pharisant. Primum desumitur ab Authoritate Philosophi 4. top. cap. 3. vbi sic ait. *Dum autem tantis Generis plures sint Species, insipiendum fuerit extingere alterum Speciem esse dicti Generis: nam si non est, manifestum, quoniam non erit Genus omnino: quæ-*

Authores 1. sententiæ.
Tolet. Sanch. Rubius Pasqual

ver-

verba hanc sensum habent, ideſt ad cognoſcendam, an aliquod prædicatum ſit Genus, vel ne, videndum eſt, an habeat plures Species; & ſi non habet; iam non eſt Genus, ergo ex mente Philoſophi Genus non poteſt ſaluari in vnica tantum Specie.

Argumenta pro hac ſententia

2 Secundo prædicari de pluribus Speciebus, ponitur in diffinitione Generis, ergo prædicari de pluribus Speciebus eſt de intrinſeca ratione Generis, ergo Genus in vnica tantum Specie ſaluari non poteſt eſſentialiter. Tertio Boetius in libro diuiſionum, inquit, quod Genus nec infinitas habet Species, nec paucioresduabus, ergo ſaluari non poteſt in vnica tantum Specie. Quarto id idem confirmari poteſt authoritate Porphir. dicentis, diuiſionem Generis ſemper eſſe in plures Species, ergo, &c. Quinto Differentiæ, quæ diuidunt Genus ſemper ſunt inter ſe oppoſitæ, ergo non poteſt vnum Genus reperiri cum vna tantum Differentia, niſi etiam ſimul reperiantur cum alia oppoſita, quia Ariſt. 2. de Cœlo text. 18. docet, quod exiſtente vno contrario, debet etiam aliud exiſtere.

3 Secunda ſententia eſt extreme contraria, & aſſerit, quod ad ſaluandam Generis rationem, non requiruntur neceſſario plures Species; ſed vnica tantum ſufficiat, in qua repetiatur ipſum Genus. Quæ ſententia ſua habet pariter fundamenta; quorum primum eſt. A ratione Generis inquantum Genus nihil aliud requiritur, niſi vt veniat in compoſitionem Speciei tanquam pars materialis ipſius: ſed totum id poteſt habere, etiam ſi non ſit in pluribus Speciebus, ſed tantum in vna; ergo Genus vt Saluetur in ratione Generis, non requirit plures Species. Secundo ſupponatur in mundo, non eſſe niſi vnum Hominem vel fortem: tunc verißimum eſſet dicere, ſi Sortes eſt; Homo eſt. & ſi Homo eſt, Animal eſt: ſed Animal tunc eſſet Genus, ergo Genus optime ſaluari poteſt in vnica Specie. Tertio, ita ſe habet Genus ad Species; ſicut Species ad individua: ſed Species optime ſaluari poteſt in vno tantum individuo, ergo & Genus etiam ſaluari poteſt in vna tantum Specie.

4 Pro deciſione tamen obſeruandum eſt, cum Ægidio in lib. Vniuerſalium cap. de Genere, pag. 7. col. 2. quod de intrinſeca ratione Generis

ris in quantum Genus, non est actu predicari, nec de pluribus pectibus, nec minus de vna: nam actualis predicatio est accidens Generi per intellectum; sed essentia Generis est, esse aptum, seu habere aptitudinē, vt possit predicari de multis: vnde cum inquit Porphirius, Diffiniendo Genus, quod scribit, quod predicatur, &c. ly (Predicatur) non dicit actum predicationis, ita vt de essentia Generis sit actu predicari de pluribus; hoc enim esset falsum: cum posse dari verum Genus, absq; eo, quod actu predicetur de pluribus Speciebus, vepatet in die iudicij, cum de/tructis omnibus animantium Speciebus, sola Specie humana remanente; etiq; ipsa erit substantia corporea animata sensitiua: accipiendum est ergo ly (Predicatur) in diffinitione Generis, quatenus dicit aptitudinem predicandi; ita vt sit sensus, quod Genus est illud, quod aptitudinem habet, ad hoc, vt possit predicari de pluribus; & propterea Philosophus diffiniens Vniuersale in comuni, inquit, Vniuersale est illud, quod aptum est predicari de multis.

5 Hac obseruatione premissa, duplici conclusione

Satisfaciendum est quæsito.

Prima conclusio. Genus etiā vt Vniuersale formale non requirit plures Species actu existentes, sed optime saluari potest in vnica tantum Specie, quæ existat; in hoc sumus cum secunda sententia, cuius argumenta non aliud probant. Possitque aliunde ad maiorem eius corroborationem, quia possibile est, esse in mundo vnam tantum Speciem, absque alia sibi opposita; sed non potest dari Species absque Genere, ergo bene potest Genus saluari in vnica tantum Specie existente: minor, & consequentia sunt certe, probatur maior, ex Arist. in post Prædicamentis dicente, quod destructis omnibus Ægris, sanitas quidem erit, Ægritudo autem non, ergo potest esse vna Species sine alia sibi opposita; quid enim prohibet, quod in rerum natura nullum sit nigrū, nec aliquod sit medio colore coloratum; sed quod omnia entia sint tantum albedine colorata? poterit ergo esse in mundo sola albedo, absque eo, quod in mundo sit alia Species, sibi opposita: & in die iudicij sola remanente Specie naturæ humanæ omnes alię peribunt.

6 Secunda conclusio. Ge-

t. nō-tra cōcl.

nus

one non potest Genus sub una tantum Specie possibili, sed necessario requirit plures Species, non actu omnes existentes, sed vnam existentem actu, & plures alias possibiles: in hoc essentialiter prima sententia; eiusque argumenta hoc tantum concludunt, præcipuè primum, quod huic sensui habet, scilicet ad cognoscendum, an aliquod prædicatum sit Genus, vel ne? videndum est, an tale prædicatum habeat aptitudinem ad prædicandū de pluribus Speciebus? & si non habet aptitudinem, procul dubio non est Genus: nam hoc ipsum esse debet, vt possit prædicari de multis Speciebus; pluralitas ergo Specierum non est necessaria actu, ad hoc vt Genus sit, sed sufficit vna tantum Species actu existat, plures autem satis est, quod sint possibiles. Sic intelligendum est secundum, nam prædicari de pluribus positum in Diffinitione Generis, non dicit actualem prædicationē, sed significat aptitudinem prædicandi. Dicitur Genus quantum ad actū dividendi, seu quantum ad actualem eius divisionem nec habeat infinitas Species, nec pauciores duabus; quia vt actu dividatur, necesse est adsint plures, quod sint ibi Species seu duæ Differentiæ Specificæ, actu ipsum dividentes: non est tamen necesse, vt semper ipsum Genus actu dividatur: & propterea conservari potest in vnica Specie, actu existente, dummodo plures aliæ sint possibiles.

## DVBITATIO TERTIA

### V. Genus contineat in se omnes Differentias actu?

1 NOn desunt, qui affirment Genus ex his ductis rationibus, quia dissumam actu habet sua dimidia: sed Genus dividitur per Differentias, ergo actu habet illas. Deinde Genus dicit totam naturam speciei, ergo etiam includit actu Differentias, nam si actu non includeret, sequeretur, quod actu non diceret totam essentiam speciei.

2 Nihil hominus vera, & communis sententia apud omnes Philosophos est, Genus non includere actu ipsas Differentias; sed in potentia tantum. Ita expresse Magister Ægidius in lib. Vniuersal. cap. de Differentia, pag. 10. Diuus Thom. de ente

Communis sententia Ægid. D. Thom. Scot. & Porph.

té cap. 3. relatus à Sancheq & Scotus apud Sarnanum in quæst. 25. Valuetialium. Ita etiam Porphir. cap. de Differ. vbi loquens de Genere, sic ait. *Possitne quidem habere eorum quæ sub se sunt Differentias; actu vero nullas.* Et ratio à priori esse potest, quia duo opposita simul, & semel actu in eodem esse non possunt: sed Differentiæ sunt oppositæ: ergo in eodem Genere actu non possunt esse.

3 Pro solutione tamen argumentorum in oppositum, aduertendum est, quod licet Genus realiter dicat totam naturam speciei, illam tamen non dicit per modum totius, sed per modum partis, nec per modum partis actualis, sed per modum partis potentialis, idest Genus sumitur quidem à tota natura speciei, sed quatenus in tota natura est ratio potentiæ: vnde quamuis Genus sumatur à tota natura, non tamen sumitur ab actu speciei, quia ab actu sumitur tantum ratio Differentiæ; & propterea Genus nõ dicitur actu cõtinere Differẽtias sed in potentia tantum per hæc patet ad secundum.

Genus sumitur à tota natura tamen in ea est rõ potẽtiæ.

4 Ad primum autem Respondetur; negando absolute maiorem, quod scilicet Diuisũ actu habeat multa diuidentia. partes namque ita continuo sunt solum in potentia, & tantum per diuisionem sunt actu.

5 Sed dices. Nullum perfectum est in potẽtia respectu alicuius formæ: sed Genus cum sit quodam totum, & sic quædam potentia includens actum, est quodam perfectum, ergo non est in potẽtia respectu Differẽtiæ, & per consequens, nec ex Genere & Differentia fit vnum per se. Respondetur cum Aegid. in lib. Valuert. cap. de Genere pag. 6. ad 2. argum. quod aliquod perfectum non potest esse in potentia ad aliquam formam, realiter à so distincta: potest tamen esse in potẽtia respectu intellect' seu cõcipeus determinati cuius forma non sit Differens realiter ab ipso perfecto; & sic quia Genus est quodam perfectum indeterminatè, hinc potest esse in potentia ad formam determinatam, quia hæc non erit forma realiter ab ipso toto per se sto distincta.

Respondet Ægi.

## DVBITATIO VLTIMA.

### V. Genus essentialiter, & per se prædicetur de Differentijs?

1. EX determinatione dubitationis præsentis magis confirmabitur, qd dictum est in præcedenti. Sentiunt ergo non nulli, Genus per se, & essentialiter prædicari de Differentijs: ita referunt, ducere Scandum 3. met. q. 1. ar. 1. & potest hæc sententia sic suaderi primum. Si Genus non prædicaretur de Differentia essentialiter, maxime quia Differentia est pars speciei, & summe nō à tota natura speciei, sed tantum ab una parte illius; sed hoc est falsum, ergo, &c. maior est certa, quia non potest assignari alia ratio, probatur minor. Differentia prædicatur de Specie ergo Differentia non est talium pars speciei: si n Differentia esset tantum pars, nō posset prædicari de Specie, quia pars in quantum pars prædicari non potest: sed prædicatur, ergo non est

1. argu.

2. argu. pars. Secundo Genus nō prædicaretur essentialiter de Differentijs, sequeretur, quod illud prædicaretur de Differentijs accidentaliter: nam inter duas mediat inter prædicationem essentialem, & accidentalem est consequentia falsum, ergo, &c. probatur minor: nam sequeretur, quod ex Genere, & Differentia resultaret unum per accidens, quod falsum est, probatur hæc secunda sequela: quotiescunq; vel substantia prædicatur de accidente, vel accidens de substantia, vel accidens de accidenti, semper fit vnum per accidens. Tertio si Genus per accidens prædicare- 3. argu. tur de Differentijs, ergo Genus esset per accidens prædicaretur de Specie sed hoc est falsum, ergo & antecedens probatur sequela: quando aliquod prædicatum prædicatur essentialiter de aliquo subiecto, quicquid prædicatur de illo prædicato, prædicatur eodem modo de omni eo, de quo illud subiectum prædicatur sed Differentia prædicatur essentialiter de Specie, ergo Genus, quod per accidēs prædicatur de Differentia, & per accidens etiam prædicatur de Specie, de qua Differentia prædicatur essentialiter. Vltimo, quilibet Dif- 4. argu. ferentia vere existibile essentialiter est Ens, quia Ens essentialiter prædicatur de qua

libet

libet res; vel ergo rationalis est substantia, vel ejus accidens? non hoc secundum, ut patet ergo primum: ergo substantia, vel est corporea, vel incorporea? non hoc secundum, ergo corporea: ergo vel animata: vel inanimata? si animata, vel sensibilis, vel insensibilis? si rationalis per se sensibile, ergo per se est animal.

2 Sed pro Resolutione est in memoriam revocanda illa doctrina, quam tetigimus in art. præced. dub. 2. notab. 2. & latius declarabimus in q. 3. de Differentia, quod scilicet rebus compositis ex materia, & forma, Differentia non sumitur à tota natura specifica; sed tantum à parte naturæ, tantum ab actu: nam Differentia ex se non habet nisi distinguere, & quia omnis distinctio est ab actu, & actus dicit formam: ideo Differentia in rebus compositis à forma tantum desumitur, & sic Differentia non dicit, nec significat totam naturam speciei sed solummodo partem illius, formam.

3 Qua doctrina supposita, sit nostra conclusio, apud Viranq; Schola veram, & communiter receptam, Genus non prædicatur per se, & essentialiter de Differentiis sed tantum denominative. Rationem sumamus, huius

Ægid. assertionis dat plene Ægid. in 2. sent. dist. 3. p. 1. q. 1. art. 3. ubi postquam ostendit, in Angelis esse compositionem ex Genere, & Differentia: hæc determinat assignare inter Differentiam, quæ est in entibus simplicibus, ut in Angelis; & Differentiam, quæ est in compositis: in Angelis quidem, quia natura non habet partem, & partem: propterea ratio Differentiæ sumitur à tota natura: sed in entibus compositis, ubi natura habet partem, & partem, ratio Differentiæ sumitur non à tota natura, sed à parte naturæ tantum à forma: ex quo primo discrimine colligit Ægidius duo alia, quæ adequate declarant dubitationem præsentem.

4 Alterum, quod est secundum in ordine, est, quod in Angelis Genus essentialiter prædicatur de Differentiis, quia cum Differentia in Angelis dicat totam naturam, sicut entia, & Genus ipsum potest in Angelis Genus prædicari de Differentia; quia illud idem, quod in Angelis significatur per Genus, significatur etiam per Differentiam, licet sub alia, & alia ratione; sed in illis corporalibus (hæc probatio à priori nostræ conclusionis) quia illud, quod significatur per

Differentiam, non est aliud idem, quod significatur per Genus: quia per Genus significatur tota natura specifica: per Differentiam vero tantummodo pars naturæ: ideo in his corporalibus Genus non predicatur essentialiter de Differentijs, quia totum nunquam predicatur de parte, Anima enim non est animal, & pars non est domus, & materia non est homo, &c. Si enim totum predicaretur essentialiter de parte: cum unum totum sint multæ partes, sequeretur, quod unum totum esset multa totaliter, quam falsum sit, patet: & ideo 4 rop. ap 2. dicitur, quod si Genus predicaretur de Differentia, vna anima esset multa animalia: in his ergo corporalibus Genus nunquam essentialiter predicatur de Differentijs: quia cum Differentia significet tantum à parte naturæ, & forma non significet totam naturam, sed tantummodo partem formalem: hinc verum est, quod Genus pareit predicari de eo, quod importat Differentiam, vnde recte dicimus, quod anima non est animal.

Differentia non predicatur de Genere.

Discrimina inter differentias in Angelis & compositis.

5 Aliud discrimen, quod infert: Quid inter Differentiam Angelorum, & Differentiam horum corporalium? Quod Differentia in his corporalibus predicatur denominative de Specie tantum: Differentia nam cum dicat tantummodo partem naturæ specificæ (Forma) predicatio non potest essentialiter fieri, nisi de specie, quæ dicit totum, Homo enim non est Anima: sed est animatus. In Angelis vero, quia Differentia dicit totam naturam, optime potest essentialiter predicari: hæc Regula ibi.

Differentia in compositis predicatur denominative.

6 Rationibus modo in contrarium non est Difficile respondere. Ad primam concedo maiorem, quod Genus non predicetur per se de Differentijs, quia Differentia non dicit totam naturam, sed tantummodo partem formalem: sed negando est minor: ad cuius probationem, dicimus, quod Differentia predicatur de Specie tantum denominative non essentialiter, propter rationem supra dictam.

Ad rationes in contrarium.

7 Ad secundam concedimus maiorem: Quod si Genus non predicatur essentialiter de Differentijs, quod de eisdem predicatur accidentaliter: sed negatur minor, quod id sit falsum asserere, ad cuius probationem negatur sequela: quando si Genus accidentaliter predicabile de Differentia, tunc ex Genere

&

Quando Genus predicatur de differentijs per accidens.

& Differentia sitret vnam per accidens: nam prędicari per accidens, fiat dupliciter primo per accidens prędicamentale, ita vt prędicatum sit accidens de prędicamento accidentis, & hęc prędicatio semper arguit vnã per accidens; vt quando dicimus, Homo est albus; Petrus est musicus, &c. alio modo potest dari prędicatio per accidens Quintum Prædicabile, quæ prędicatio potest etiam conuenire substantijs: Vnde quãdo dicimus, Rationale est animal, hęc propositio accidentalis est propter subiectum assignatum in consequente: quia tamen eadem natura, quam Differentia substantiales, & vna est in potentia, vt perficiatur per actum, ideo ex vtraque fit vnum per se.

Ad tertiũ negatur prima sequela, quod si Genus prędicatur per accidens de Differentia, quod per accidens etiam prędicetur de Specie; ad probationem autem distinguenda est maior, si illud prædicatum prędicatum de hoc, mediante tali obiecto, concedo maiorem: secus vero, si illud subiectum non sit ratio prędicandi: quia ergo Differentia non est ratio, quare Genus prędicetur de Specie, quia adhuc circumscripta omni Differentia à Specie, adhuc Genus essentialiter prędicaretur de illa; hinc fit, quod optimè *Arist.* Genus prędicari accidentaliter de Differentijs: de Specie vero essentialiter. Deinde falsa est minor, quia Differentia, eò sic pars, non essentialiter; sed tantum denominatiue prædicatur de speciebus. Ad vltimũ Respondetur supponẽdo prin, q Differentia cum non dicat totam essentiam speciei; sed tantum partem formalem; non ponitur directe in linea prędicamentali sed tantum ad latere: deinde Ens in tota latitudine sumptum, non prędicatur essentialiter simpliciter de vltimis Differentijs: sed essentialiter denominatiue, idest intra essentiam admodum quales: eandem fidem *est*, substantiam prædicamentalem immediate diuidi in substantiam corpoream, & incorpoream: quibus suppositis, ad formã argumenti distinguendum est primum cõsequens, Ergo Differentia *Rationale est* substantia, quæ est Genus, negatur, est substantia, quæ est Analogũ, cõcedo; quomodo autem id sit intelligendum? in tractatu sequenti q. 2. de substantia clarius patebit; & hæc satis de Genere.

QVÆ-

# QVAESTIO SECVNDA
# DE SPECIE

POST explicationem Primi Prædicabilis, quod est Genus, agendum venit de secundo Prædicabili, quod est eiusdem Generis correlativum, & dicitur Species: De hoc autem Prædicabili triplex consideratio esse potest: primo secundum se, secundo in ordine ad Genus, cui subijcitur, tertio in ordine ad Individua, de quibus prædicatur, & ideo secundam hanc de Specie Quæstionem in quatuor sequentes Articulos dividemus.

## QVÆSTIONIS SECVNDÆ
## *De Specie*
## *Articuli Quatuor*

*Artic. I.*
*De Specie secundum se.*

*Artic. II.*
*De Specie subijcibili seu in ordine ad Genus.*

*Articulus III.*
*De Specie Prædicabili seu in ordine ad Individua.*

*Articulus IV.*
*De Individuis, vt sunt correlativa Speciei.*

## ARTICVLVS PRIMVS
## *De Specie secundum se.*

DE Specie secundum se, non quæremus, an sit cõposita ex Genere, & Differentia; nam pars affirmativa supponẽda est vt certa; quia quando apprehenditur Species per modum totius, iam tunc implicitè concipitur habere partes: solum sub hoc Articulo tria sequentia dubia sunt videnda.

## ARTICVLI PRIMI
## *De Specie secundum se.*
## *Dubitationes Tres.*

*Dub. I.*

*V. Species, quæ est secundum Prædicabile, sortiri rectè diffinitionem quidditatiuam.*

*Dub. II.*

*V. Species præscindendo tam ab ordine ad Genus, tam ad Individua, sit formaliter Vniuersale?*

Dub.

Dub. III.

*Quotuplex sit Species, & an subalterna sit eiusdem rationis cum infima?*

## DVBITATIO PRIMA

*Vtrum Species, quæ est secundum Prædicabile, rectè fuerit definita pluribus Definitionibus Quidditatiuis?*

1 TOta præsens difficultas est, quomodo vna, & eadem res possit pluribus, diuersisq; Definitionibus definiri? & rationem dubitandi petigit Aegid. cum in explicatione textus, tum etiam in Dubijs citra litteram de Specie, vbi ait, quod vnius rei vnica tantum est esse; sed Definitio indicat, quod quid est esse rei, ergo vnius rei vnica tantum est Definitio, ergo male Porphirius triplicem tradidit de Specie Definitionem.

dicitur contra Aegid.

2 Ad quam Difficultatem solet communiter responderi, quod vnius rei vno modo cõsiderata, vnica tantum est Definitio; sed Vnius rei diuersimode concipiatæ, possunt esse plures Definitiones, & quia Species, quamuis sit vnaret, potest tamen considerari, vel vt Correlatiua Generis, vel vt Subijcibilis, vel tandem vt Prædicabilis, ideo diffinita diuersis Definitionibus.

3 Sed neq; hæc communis Responsio vim difficultatis enervat; quia vna, & eadem res, siue vno, siue pluribus modis consideretur; dummodo tamen sit vnius tantum Generis, non potest habere nisi vnicam Definitionem quidditatiuam, vt discurrenti per singula patere potest; homo enim quamuis possit considerari pluribus, diuersisq; modis, non propterea habet plures Definitiones essentiales; idque non ob aliam rationem, nisi quia homo vnius tantum est Generis.

4 Quod si dicatur, eandem rem, quæ est modus, posse habere vnã Definitionem essentialem, & per ordinem ad passum habere aliam etiam essentialem, & quidditatiuam dico hanc eandem instantiam urgere Difficultatem, Res enim quæ est motus, ideo per ordinem ad Agens habet vnam Definitionem essentialem, & per ordinem ad passum

aliam

aliam Diffinitionem essentialem, quia Actio, & Passio sunt duo diuersa Genera Generalissima; & propterea eadem res non potest in vno Genere, habere vnam Quidditatem; prout vero est in alio, habet aliam diuersam: Sed quod vna, & eadem res prout est in vno, eodemque Genere, possit habere plures quidditates, hoc est impossibile, etiam si talis res consideretur diuersis respectibus: nam quod est sub vno tantum Genere, est vna tantum Species, ergo quatenus est sub vno tantum Genere, non potest habere nisi vnicam tantum Diffinitionem essentialem, & quidditatiuam. Cum igitur Species sit tantum vnius Generis, siue consideretur vt subijcibilis, siue vt Predicabilis; sitq; Genus Omnium Intentionum ly Vniuersale formale, vel ly formaliter Predicabile, hinc videtur impossibile, quod Species quomodocunque consideratur, habeat vel habere possit plures Diffinitiones quidditatiuas, & exconsequenti videtur, quod Porphirius male de Specie Triplicem tradat Diffinitionem.

5 Et propterea in Presenti Dubitatione Nostra Principalis conclusio est. Speciem vnica tantum Diffinitionem essentiali, & quidditatiuam fuisse, à Porphirio diffinitam, quæ fuit vltima tradita de Specie specialissima: alias vero duas antecedentes fuisse tantum eiusdem Speciei Descriptiones. Ita expresse docuit Ægidius in lib. Vniuers. in dubijs super litteram de Specie ad Quartum Argumentum. Cuius ratio fundamentalis est, quia cuilibet rei, quatenus est sub vno Genere, non potest dari nisi vnica essentialis Diffinitio: Sed Species est vnius tantum Generis, sub vna Intentione Vniuersalis formaliter, vel formaliter Predicabilis: ergo quatenus est sub vno tali Genere, non potest habere nisi vnicam Diffinitionem quidditatiuam, eaque est illa vltima (quæ predicatur de Pluribus Differentibus numero in quid) Reliquæ ergo censendæ sunt Descriptiones potius Speciei quam Diffinitiones eiusdem.

Ægidius ibi.

6 Si quod autem contra hoc obijci potest: argumentum, in secundo sequenti articulo proponemus, & persoluemus.

DV-

## DVBITATIO SECVNDA

*Vtrum Species præscindendo tum ab ordine ad Genus, tum ad Individua sit formaliter Vniuersalis?*

1 ORdo, quem natura specifica potest habere siue ad Genus, cui subijcitur: siue ad Individua, de quibus prædicatur: accidit naturæ, quia vterque respectus illi prouenit ab Intellectu, & propterea nota absque fundamento quærimus, an natura specifica antecedenter ad omnem respectum, tum ad Genus, propter quem dicitur subijcibilis, tum ad Individua, propter quem est Prædicabilis, sit essentialiter, & formaliter Vniuersalis?

2 Et pro vna parte videtur, quod natura specifica præscindendo ab illis respectibus nullo modo sit formaliter Vniuersalis. Quia Vniuersalitas formaliter dicit intrinsecum ordinem ad Inferiora, de quibus possit natura tanquam prædicatum superius prædicari; sed hic ordo ad Inferiora prouenit naturæ tantum ab Intellectu; ergo antecedenter ad talem ordinem natura specifica nō potest dici essentialiter Vniuersalis.

3 Pro alia vero parte, videtur, quod natura specifica sit intrinsecè Vniuersalis formaliter, etiam independenter ad Omnem respectum tam ad Individua, de quibus potest prædicari, quam etiam ad Genus, cui subijcitur, quia Quælibet natura specifica quantum est ex vi suæ essentiæ, etiam antecedenter ad omnem respectum est Obiectum Intellectus sed obiectum Intellectus est Vniuersale: ergo natura specifica etiam præscindendo a quocunque respectu est intrinsecè Vniuersalis formaliter.

4 Sed ex his, quæ dicta sunt in Disputatione de Vniuersalibus in comuni, facile est respondere ad quæstionem: dicimus ergo, quod natura specifica antecedenter ad omnem actum reflexum, quomodocunque cognoscatur ab Intellectu actu directo, est intrinsecè Vniuersalis formaliter, non tanquam secunda Intentio: sed tanquam Intentio Prima. hoc tantum continuit secunda ratio dubitandi.

3 Cum quo etiam stat, quod natura Specifica antecedēter ad omnem comparationem non est Vniversalis formaliter tamquam secunda intentio, quia omnis secunda intentio tantum sit per actum intellectus reflexum: Et hoc probat prior ratio dubitandi.

## DVBITATIO TERTIA.

### *Quotuplex sit Species, & an Species subalterna distinguatur ab infima?*

Species vel subalterna, vel infima.

1 COmunis dictio Speciei est in Speciem subalternam, seu intermediā, & in speciem infimam, seu Specialissimam. Intermedia illa dicitur, quæ licet sit Species per ordinem ad Genus: ita dicitur Genus per ordinē ad Species inferiores, inūmavero illa est, quæ ita est Species, vt nullo modo sit Genus: atque hoc discrimen expressit Porphirius capite præsenti de Specie, dum inquit: *Homo vero Species quidem est rationalis Animalis, non autem Genus participantium Hominum, sed solum Speciei.* Sit hoc idem etiam docuit Arist. 3. methaph. text. 11. dum ait: *non est Homo Genus singularium Hominū*, & potest ratio adduci, quia nulla natura esse potest Genus nisi sub se contineat plures Species, quibus communicetur: sed hoc non potest fabricari in qualibet Specie: nā vt euitetur processus in infinitum, debet concedi aliqua Species, quæ non possit in alias vlteriores Species subdividi; alias nunquā deueniretur ad aliquam naturam vltimo completam in suo esse essentiali, quæque immediate esset capax individuationis.

2 Quod si cum Rodulpho obijciatur Authoritas Philosophi in libro de longitudine, & brevitate vitæ, dicentis, *Genus Hominum diutius viuere, quam Genus pecorum.* Respondetur ibi Aristotelem loqui de Genere naturali, non autem de Genere Logico; idest simile Genus pro Natura, & idem est, ac si dixisset; Naturam Hominis diutius viuere, quam Naturam aquarum. Arist. fu mit genus pro natura.

3 Hac autem diuisione supposita, adhuc restat dubitatio, An Species subalterna, & infima differant inter se aliquo modo in ratione Speciei, præscindendo à quocunque ordine tam subijcibilitatis, quam Prædicabilitatis

tatis? & Pater Pasqualigius 1. tom. meth. disp. 73. sect. 1. n. 6. acerrime sustinet, differe inter se speciem infimam, & subalternam in ratione speciei, quod sic probat, species subalterna est aliquod totum, adhuc perfectibile per vlteriorem Differentiam; Species vero infima est aliquod totum, ita complete actuatum, vt vlterius non sit perfectibile: cum igitur Species in quantum Species formaliter dicat aliquam naturam per modum totius: omnis diuersitas, quæ est in natura, pro vt sic habet admodum totius, erit diuersitas in ratione speciei formaliter acceptæ, siquidem est diuersitas, quæ ineſt formali constitutiuo speciei.

Verior sententia

4 Hæc tamen sententia cū nostris Principijs non coniret, nisi aliter explicetur: quia vel supponimus, Genus a parte rei dicere tantum partem essentiæ speciei, perfectibilem vlterius per Differentiam: & hoc iam relegatum est in 4. præcedenti art. 2. dub. 2. vel supponimus, Genus a parte rei dicere totam naturam speciei, & solum per rationem vnum differre ab alio, quatenus Genus concipitur per modum partis: Species vero per modum totius: & tunc non video, quo fundamento dicatur, Speciem subalternam, & infimam etiam in ratione speciei differre: nam Species subalterna semper est Genus speciei infimæ: sed Genus a parte rei dicit totum id, quod dicit Species: ergo Species subalterna secundum rem non distinguitur in ratione speciei ab infima: sed quia subalterna per intellectum dicit totum perfectibile per vlteriorem actum, vt bene probat ratio facta pro prima sententia; Species vero infima dicit totam ita complete actuatam, vt vlterius non sit perfectibile, id eo solum per intellectum constituit potest aliqua Differentia inter Speciem mediam, & infimam in ratione speciei.

## ARTICVL' SECVNDVS

### *De Specie subijcibili, seu in ordine ad Genus.*

DE Specie in ordine ad Genus, propter quem respectum dicitur subijcibilis, plures essent agitandæ difficultates; sed præcipuæ sunt sequentes.

## ARTICVLI SECVNDI

## De Specie subijcibili?

### Dubitationes Duæ.

*Dub. I.*

*Vtrum subijcibilitas seu habitudo speciei ad superiora sit intentio distincta ab habitudine eiusdem speciei ad inferiora?*

*Dub. II.*

*Vtrum Species subijcibilis inquantum subijcibilis sit formaliter & universalis?*

### DVBITATIO PRIMA

*VTrum Habitudo Speciei ad superiora distinguatur ab habitudine eiusdem Speciei ad inferiora?*

1 SPecies cum habitudine ad Prædicata superiora dicitur species subijcibilis; cum respectu vero ad individua dicitur Species prædicabilis; nunc difficultas est, an Species vna, & eadem habitudine referatur ad individua, respectu quorum dicitur prædicabilis, & ad Genera, respectu quorum dicitur subijcibilis?

A petitur vera distinctio.

2 Et Rationem dubitandi faciunt verba Porphirij in textu valde difficilia. Enimvero Porphirius cap. de Speciebus, cum docuisset, quod Genera intermedia habent duas habitudines, ad superiora, respectu quorum sunt Species, & ad inferiora, respectu quorum sunt Genera, concludit, quod extrema vnam tantum habent habitudinem, ita vt Generalissimum tantùm habeat habitudinem ad inferiora, respectu quorum est Genus; Specialissimum verò tantum habeat habitudinem ad superiora, respectu quorum est Species, eaque verba sunt hæc, (*Specialissimum autem omnino habet habitudinem, tantum ad superiora, quorum est, Species: vltimam vero, quæ est ad inferiora, non diversam habet; sed vnidinem omnino dicitur Species sed Species quidem dicitur in diuidendo vnum, velut ex continens: species vero superiorum, quæ ab illa continetur.* Hæc Porphirius ex quibus verbis sic formatur occasio discurrendi. Species Specialissima ex textu Porphirij vnam tantum habet habitudinem, (ad superiora: ergo Species specialis-

Porph. allegatus

cialissima non refertur ad inferiora per habitudinem distinctam ab illa, qua eadem Species refertur ad superiora. Probatur haec consequentia, quia si Species referretur ad inferiora per habitudinem distinctam, iam non vna, sed duas haberet habitudines.

3 Ex alia vero parte videtur penitus impossibile, quod ordo ad superiora sit idem cum ordine ad inferiora: nã relationes dissimilium numerum, cum sint oppositæ, Specie distinguuntur: sed Relatio ad superiora, per quam Species est subijcibilis, & relatio ad inferiora, per quam Species est praedicabilis, sunt relationes dissimiles, & ex consequenti oppositæ, ergo tales habitudines Specie distinguuntur: quæ autem distinguuntur Specie, etiam distinguuntur numero; ergo nõ est vna, & eadem habitudo Speciei ad superiora, & ad inferiora, & ex consequenti Species subijcibilis est secunda intentio, distincta à Specie Praedicabili.

4 Nostra tamen sententia explicari non potest, nisi prius aliqua supponamus, quæ partim tractata sunt, & latè discussa in disp. de Entibus rationis q. 3. art. 1. dub. 4. & 5. partim sunt discutienda ex professo in 2. tract. huius Operis disp. 1. q. 4. de Relatione, art. 3. dub. 1. 2. & 3. Supponimus igitur primo, quod quælibet secunda intentio non est pura Relatio rationis: sed est latum discrimen inter veramque & quãcumque secundam intentionem negatur à Relatione rationis: nulla tamen est secunda intentio, quæ aliquem respectum non includat: vnde loco supra citato, dicimus Secundas intentiones esse Relationes secundum dici Specificantur: & distinguuntur intentiones eodem prorsus modo, quo distinguuntur Relationes.

Relatio secundæ intentionis non sumit Speciẽ à quo dicitur

5 De distinctione autem tam Specifica, quam numerica Relationum, plura suo loco dicentur: pro nunc autem supponimus, quod si cuti multiplicatio, & distinctio Specifica relationum non sumitur ab esse, seu à fundamento, sed tantum à quidditate; ita vt illæ Relationes dicantur Specie distinctæ, quæ habent terminos oppositos, Specie distinctos, seu quæ habent diuersas quidditates; ita illæ Relationes multiplicantur numero, quæ habent diuersum esse, seu diuersa fundamenta.

6 Rursus diligenter obseruandum est id, quod docet

Aegid.

Doctrina Ægid.

Ægid. in 1. sent. dist. 19. quæst. 3. quod ea, quæ sunt in eodem subiecto, etiamsi differant numero per ultimum modum, primo, & per se, sed ex consequenti, & secundum aliquem modum nihil prohibet. ea differre numero, quod sic declaratur; quæ sunt in eodem subiecto, etiamsi habent diuersum esse, & ideo talia nunquam distinguuntur numero primo, & per se: possunt tamen distingui numero propter reales differentias; vt puta, quia distinguuntur vel Specie, vel aliter: exempli gratia: Grammatica, & musica in eodem subiecto habentur, non distinguuntur numero primo, & per se, & per omnem modum, cum in eodem subiecto habeant idem esse; quia tamen Grammatica, & musica distinguuntur specie propter diuersas quidditates; ideo ex consequenti distinguuntur etiam numero: sic ad propositum loqui possumus de habitudine speciei ad superiora, & de habitudine eiusdem speciei ad Inferiora; etenim quia habitudines fundantur in eadē Specie, seu in eodem esse Speciei specialissimæ (species enim siue referatur ad Genera, siue ad Individua, semper habet esse species) ideo habitudo speciei ad inferiora, & habitudo eiusdem ad superiora vna, & eadem est secundum numerum aliquo modo, quatenus vtraque habitudo fundatur in eodem esse Speciei: & sic intelligendus est Porphirius, cum inquit intextu, quod Species specialissima vnam tantum habitudinem habet tum ad superiora, tum etiam ad Inferiora, intelligē quantū ad esse, & fundamētū. Ast quia habitudo ad superius, & habitudo ad inferius sunt Relationes dissimilium nominum, & propter oppositionem, quam habēt, distinguuntur specie; ideo ex consequenti etiam dicuntur distingui numero: An autem, quæ aliquo modo sunt vnum, & aliquo modo distinguuntur, possint ad inuicem affirmari, & negari, saltem denominatiuè, alibi declarabitur, pro nunc ecce

## Concordia Opinionvm

2 Habitudo speciei ad Individua, per quam dicitur Species Prædicabilis, quātū ad esse, & fundamentum nō est distincta primo, & per se, & per omnem modum ab habitudine eiusdem Speciei ad Genera, per quam dicitur subiicibilis.

Hoc

Hoc communiter tenent Porphirij, eiusque ratio eum confirmatione. ratio fundamentalis est. quia vtriusque habitudinis vnum est esse, & fundamentum; cum individua non habeant formam propriam, nullam addunt actualitatem supra Speciem: ergo propter vnitatem fundamenti, et esse; Vtraque habitudo est vna numero secundum aliquem modum.

9 Habitudo vero Speciei ad Genera per quam dicitur subijcibilis, specie distinguitur quantum ad referri, & quidditatem ab habitudine eiusdem Speciei ad Individua, per quam dicitur Predicabilis, & propter talem distinctionem specificam, etiam vtraque distinguitur numero exconsequenti. & hoc communiter ratio superius facta innuit.

10 Non sic de habitudine speciei subalternæ ad Genera superiora, & de habitudine eiusdem Speciei ad Species Inferiores: nam huiusmodi habitudines simpliciter distinguuntur etiam quantum ad esse, & fundamentum: nam Species Inferiores cum habeant propriam formam, addunt aliquam actualitatem supra Speciem subalternam: & propterea Species subalterna, quæ respecta superiorum dicitur Species, respecta inferiorum dicitur Genus.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum Species Subijcibilis vt Subijcibilis sit formaliter Vniuersalis, & prædicabilis?*

1 PRima sententia negat omnino, Speciem Subijcibilem, vt Subijcibilem esse formaliter Vniuersalem, & Prædicabilem: ita fere Omnes Recentiores, paucis exceptis, & specialiter Ruuius cap. 3. de Specie q. 1. Pasq. 1 tom. meth. disp. 72. sect. 3. & 4. Mag. Bruus disp. 5 sect. 1. §. hoc adnotato. Fundamenta autem pro hac Opinione sunt sequentia. Primo. Hi duo respectus, ad Inferiora, & ad Superiora sunt omnino oppositi, & incompossibiles, ergo non possunt reperiri simul in eadem natura: sed Species Subijcibilis vt talis respicit Genus superius, ergo vt sic nequit simul respicere inferiora, & exconsequenti vt sic non potest esse Vniuersalis formaliter: probatur hæc vltima consequentia, quia de in-

prima ratio Pasq. Bruus.

intrinseca ratione Vniuersalis formalis est inferiora respicere. Secundo. Species Subijcibilis vt talis non est Species Prædicabilis, ergo Species Subijcibilis vt talis non est Vniuersalis formaliter: consequentia sequitur, quia Prædicabilitas vel est propria passio Vniuersalis, vel saltem Vniuersalitate non reperitur: probatur antecedens. quia Species Subijcibilis, vt talis tantum respicit superiora, ergo prout sic non respicit inferiora, & ex consequenti non est Prædicabilis.

2 Et si dicatur, Speciem prout ordinem ad Superiora esse Vniuersalem subijcibilem; prout ordinem vero ad inferiora esse Vniuersalem prædicabilem, contra hoc viget satis non lenis obiectio, eritque in ordine tertium argumentum. Subijcibilitas secundum suam rationem formalem pugnat cum Vniuersalitate, ergo implicat esse Speciem Subijcibilem, & esse Vniuersalem, consequentia sequitur ex vi antecedentis, antecedens autem sic probatur. Subijcibilitas pugnat cum prædicabilitate, ergo Subijcibilitas pugnat cum Vniuersalitate; antecedens à nemine potest negari: nam sicuti subiectum opponitur Prædicato; ita Subijcibilitas pugnat cum prædicabilitate. probatur consequentia, quia Vniuersalitas, & prædicabilitas vel sunt idem omnino, vel saltem se habent sicuti essentia; & propria passio

3 Altera sententia in hac Difficultate affirmat, Speciem Subijcibilem etiam vt Subijcibilem esse formaliter Vniuersalem: quæ Opinio quamuis paucos pro se habeat defensores, præsertim ex Recentioribus, illa tamen habet fundamenta satis longè difficiliora, quam præcedens & Primum Argumentum sic formatur. Quælibet secunda Intentio qualemcunque respectum includat, est intrinsecè, & essentialiter Vniuersalis formaliter: Sed Species Subijcibilis in quantum Subijcibilis est secunda Intentio cum respectu ad superiora, ergo Species Subijcibilis in quantum Subijcibilis est formaliter Vniuersalis; de minori non est dubitandum, quia Species in quantum Prædicabilis est secunda Intentio cum respectu, & habitudine ad Inferiora: ergo Species in quantum Subijcibilis est etiã secunda Intentio cum respectu ad su-

Secũda ẽtia affirmat,

1. fundamẽtũ in ẽtia

pe-

petiora: Maior, in qua est tota difficultas, efficaciter sic probatur; secunda intentio qualecumque respectum inclu dat, habet esse formale in Intellectu; ergo secunda intentio sub quocumque respectu est formaliter Vniuersalis. Antecedens est certissimum in omnium sententia. Probatur consequentia: Obiectum dicendum, & primum intellectus est Vniuersale; ergo omnis intentio, quæ habet esse formaliter in intellectu, formaliter est Vniuersalis. Secundo Species Praedicabilis inquantum Praedicabilis est formaliter Vniuersalis, ergo Species subijcibilis in quantum subijcibilis est etiam Vniuersalis formaliter; de antecedenti nullus est dubium; consequentia sic probatur: Habitudo Speciei ad inferiora indistincta, prout dicunt praedicabilis, non est habitudo, distincta ab habitudine eiusdem speciei ad superiora, per quam dicitur subijcibilis; ergo Species inquantum praedicabilis est Vniuersalis formaliter, eadem enim formaliter Vniuersalis in qualcumq; subijcibili. Item. Species, Relatiua debent collocari sub eodem Genere tanquam sub primo Genere subiecto Relationis, sed etiam proximo, & subalterno Genere, quod negari non potest; ergo Species subijcibilis est etiam Vniuersalis formaliter, de antecedenti manifestum, quia Species subijcibilis est etiam primum praedicabile immediate collocatur sub Vniuersali formali, ergo, & Species subijcibilis etiam in quantum talis collocatur immediate sub vniuersali formali.

4 In hac controuersia supponendum est in primis, quod Species praescindendo a quocunq; respectu tam ad Genera, quam ad indiuidua, semper est Vniuersalis formaliter saltem tanquam prima intentio; hoc iam ostendimus in articulo praecedenti dub. 3. Rursus supponendum est, habitudinem Speciei ad indiuidua, per quam dicitur praedicabilis, & habitudinem eiusdem Speciei ad superiora Genera, per quam dicitur subijcibilis, nec omnino esse idem, ita vt nullo modo operantur; nec per omnem modum sunt distingui, vt nullo modo sint idem; sed tantum vertuntur habitudo sit radicaliter in eodem esse, & fundamentaliter. Species enim hoc ipso quod refertur ad indiuidua, siue ad Genera, semper est Species; idem vna habitudo non distinguitur per omnem modum ab alia habitudine, nec minus distinguitur primo, sed per se, cum vera, habitudo habeat idem esse vbicunque sit; igitur habitudo vna habitudo quantumcumque ad esse, quia vero est ad

ad inferiora sunt relationes oppositæ, sicut oppositorum, vt simul, & semel sem̃ possint in eadem natura respectu eiusdē; propterea ambæ habitudines realiter distinguntur, vt essentialiter bona sit alia.

5 Rursus diligenter obseruandum est, quod nō est aliqua secunda intentio, quæ aliquo modo non sit Vniuersalis formaliter, & formaliter. Prædicabilis namq; omnis secunda intentio cum immediatum fundamẽtum habeat in Anima; & causetur ab intellecta per actum intelligẽdi reflexum, sic q; formaliter ab intellectu: cuius obiectum est Vniuersale formale tanquam prima intentio; non potest non esse Vniuersalis formaliter, & formaliter prædicabilis: tanto magis, quod essentia Vniuersalis non est aliud respicere plura; sed aptitudo; & quia quælibet secũda intentio habet aptitudinem, vt prædicetur de pluribus: ideo quælibet secunda intentio potest dici Vniuersalis: Beneuerum est, quod Vniuersale formale vel prædicatur omnino extra essentiam, & sic q; Vniuersale essentiale, & sic est Genus, & Species: vel prædicatur intra essentiam, sed admodum Accidentis, & sic est sola Differentia, quæ prædicatur in Quale quid: Vel prædicatur omnino extra essentiam, & sic que Vniuersale non essentiale, sed Denominatiuum, & sic est Proprium, & Accidens. Nec est assignabilis aliqua alia secunda intentio, quæ non ex his Quinq; Prædicabilibus non reducatur: Vnde sicut illa secunda intentio, quæ prædicatur in quid, & simpliciter intra essentiam, vel de pluribus Speciebus, vel de pluribus individuis, essentialiter est vel Genus, vel Species, vel saltem reducitur ad vnũ ex his duobus Prædicabilibus: ita omnis illa secunda intentio, quæ prædicatur de pluribus tantum in quale, & simpliciter extra essentiam, essentialiter est vel Proprium, vel Accidens: vel saltem reducitur ad vnũ ex his Prædicabilibus; & propterea cum Ægidio dicebamus in Disputatione Præcedenti de Vniuersalibus in Communi Quæst. 3. Art. 3. dubitatione Vn., quod secunda intentio individui, quæ Prædicatur de pluribus naturis individualibus omnino extra essentiam: (dicimus enim, Franciscus est individuum, Paulus est individuũ, &c.) reducitur ad Quintum Prædicabile, ita vt secunda intentio individui sit formaliter

liter

liter Vniuersalis, & formaliter praedicabilis, sicuti est ipsam Accidens Quintum Praedicabile.

6 Hoc admisso. Ecce

CONCORDIA OPINIONVM

Species subijcibilis nõ est essentialiter Vniuersalis formaliter; nec formaliter Praedicabilis intra essentiam eorum, de quibus potest praedicari: hoc tantum probant Argumenta Prioris sententiæ & ratio à priori esse potest, quia Species subijcibilis vt subijcibilis non praedicatur de suis inferioribus essentialiter, & in quid: quia nec praedicatur praedicatione Generis primi praedicabilis, nec minus praedicatione Speciei secundi praedicabilis, vt de se constat.

7 Cum hoc tamen stet, Quod Species subijcibilis est Vniuersalis formaliter, & praedicabilis tantum denominatiuè, & simpliciter extra essentiam, quia Species subijcibilis, vt subijcibilis est secunda intentio, quæ habet esse formaliter in intellectu, & potest praedicari saltem denominatiuè de hac, & illa natura subijcibili; & in hoc sumus cum secunda sententia, cum argumenta nec aliud probant.

## ARTICVLVS TERTIVS

## *De Specie praedicabili seu in ordine ad inditidua?*

IN Priori Articulo huius Quæstionis disputantes de Specie secundum se, occurrerunt nobis difficultates aliquius momenti: sed in secundo sequenti, in quo eliminauimus de Specie subijcibili, dabimus elaborationes habemus grauiores: nunc in tertio præsenti rest: nunc in tertio præsenti in quo agendum est de Specie praedicabili, nobis declaranda superstunt duo sequentia dubia difficillima.

## ARTICVLI TERTII

## *De Specie Praedicabili*

### *Dubitationes Duæ.*

*Dub. I.*

*An sola Species infima praedicetur de Individuis, & ea Difficultas, quam Porphyrius tradidit de Specie praedicabili fuerit sufficiens?*

*Dub. II.*

*An illa natura Specifica, cui repugnat omnino multi-*

*plicatio numerica, nec dici Species Prædicabilis?*

## DVBITATIO PRIMA

*An Sola Species infima prædicetur de individuis, ejusque Definitio, quam Porphyrius tradidit de Specie Prædicabili, sit adæquata sufficiens?*

Prior sententia.

1 PRior sententia refert posse quærendam afferentiam non solam Speciem infimam prædicari de individuis, sed etiam Genus: nam cum dicitur, *Petrus est animal*, tunc illa Prædicatio *est* formalis; & cum nec sit prædicatio speciei, nec differentiæ, nec alterius Prædicabilis, necessario sequitur, esse Prædicationem Generis, ergo non est sola Species, quæ prædicatur de pluribus individuis. Ita procedēs juxta sua Principia videtur sentire M. Brunes disp. 4. sect. 2. in fine §. ex quo colligo. Hāc etiam sententiam Rumsteibair Auicenna, eādem; expresse sequitur Hurtadus in Log. disp. 6. sect. 5. & plures alij.

Brunus Hurta. Auicen.

2 Quod si dicatur, Genus prædicari de Individuis mediate, mediante Specie, non vero immediate, hoc quod est prædicari de Individuis immediate, solum competere speciei, contra hoc, & si secundum Argumentum. Si prædicari immediate est de ultima Speciei, ergo debuit explicare poni in eius Diffinitione, sed à Porphirio talis pactio non fuit apposita, ergo Diffinitio, tradita à Porphirio de Specie, fuit diminuta.

3 Præter quæ quod etiam Genus prædicatur de Individuis immediate, quod sic probatur, & sic retorqueo Arguementum; si aliquod Individuum animal, & percipiam aliquam operationem, quæ indicet esse animal, non tamen hoc, vel illud Animal: tunc Animal, quod est Genus, immediatè prædicatur de illo Individuo; nam tunc cognosco rationem Animalis esse Individuam, non cognoscendo, in qua Specie sit; & possum de tali Individuo enunciare Animal, non vero tale Animal, ergo non est sola Species, quæ prædicatur immediatè de Individuis, & ex consequenti data de Specie diffinitio non est recta. Ar-

gu-

gitur quæro Sol, & Luna sunt Species, quæ tamen non prædicantur de plurib. Individuis; ergo data Diffinitio de Specie est imperfecta.

4 Nihilominus vera sententia, Nobisque sola placet, Genus non prædicari per se ipsum immediate de Individuis, sed solum mediante Specie, & hac mediante prædicari de Individuis, immo quo contradistinguitur ab Specie, quæ sola immediate prædicatur de Individuis, quæ audeo dicimus, Speciei Diffinitionem à Porphyrio traditam, optimam esse, & vnicam, quam exactam ita Sanchez in commentarijs super Log. cap. de Specie qu. 3. conc. 1. & cum eo omnis Schola Thomistica. Ita etiam Scotus apud Sarnan. quæst. Vniuersal. Vbi hæc habet: *Secunda ratio quare hæc est Diffinitio Speciei secundum se, est quia sumpta transmittit à Porphyrio est conuertibilis, & conuenienter datur de quibus intelligitur hæc perficitur.* Diffinitio Speciei *hæc non intelligenda est, quod sit Genus prædicatur de pluribus Differentijs tantum solum, seu immediate: Genus autem non prædicatur de Individuis immediate: sed mediante Specie.* Hæc

est huius sententiæ Albert. Mag. tract. 4. de Prædicabil. c. 1. Zanell. cap. 2. *Species de dicitur, &c. Demum hanc pro hac veritate Mag. Algid. in lib. Vniuersal. cap. de Specie pag. 8.*

5 Vt autem hæc vera sententia ratione probetur, Notandum est, quod Genus licet secundum rem sit quoddam totum, est tamen totum indeterminatè, & secundum rationem seu per Intellectum concipitur, per modum partis potentialis: vnde Genus secundo intentionaliter sumptum non potest immediatè prædicari nisi de eo, quod sit quoddam totum, habens essentialiter potentiam, & actum: quodque ratione actus potest complere potentialitatem suæ Generis: & quia sola Species est illa, quæ licet sit pars potestatiua Generis, est tamen quoddam totum, includens essentialiter potentiam, & actum, potestatiuam rationem fortiùs, quam includit, complere, & determinare potentialitatem Generis: ideo sola Species potest immediatè esse subiectum, de quo prædicetur Genus: Species verò è contra quia totum apprehenditur ab Intellectu, vt quoddam totum completè actuatum, ita vt non indigeat amplius perfi-

ci

ci, bene potest prædicarie eo subiecta, quod est pars Logica; quodque nullam includit formam, quæ possit actuare suum prædicatum; & propterea Species bene potest prædicari immediatè de Individuis: nam licet Individuum non dicat nisi rationem individuales, & nō includat Differentiam essentialem: per hoc tamen tantum sequitur, quod Individuum non possit esse immediatum subiectum, de quo prædicetur Genus; quia cum Genus apprehendatur per modum partis, si prædicatur de Individuo, non est in Individuo forma essentialis, per quam possit actuari potentialitas Generis; & hæc est ratio potissima, & à priori, ob quam Genus non possit immediatè prædicari de Individuis.

6 Nunc probatur vera nostra sententia. Terminus immediatus relationis Generis solum est illud, quod est compositum ex Genere, & Differentia essentiali: quodque ratione formæ potest complere potentialitatem Generis: sed Individuum non est compositum ex Genere, & Differentia essentiali, ut patet, nec habet propriam formam, per quam possit complere potentialitatem Generis; ergo Individuum non potest terminare immediatè relationem Generis.

Pl aller tio vera

7 Ad Argumenta autem primæ sententiæ sic respondendum est. Ad primum dicimus, quod Genus nunquā prædicatur de Individuo immediatè propter rationem assignatam tum in probabili, tum etiam in probatione conclusionis: & cum Animal v.g. dicitur de Petro, nunc talis prædicatio est quidem Generis de Individuo, sed mediante Specie, vt benè annuitur post primum argumentum. Ad replicam autem, quæ erat secundum argumentum, dicimus, quod prædicari immediatè de Individuo, est omnino de essentia Speciei, nec talis partitio erat necessario exprimenda, quia nullum prædicabile præter Speciem immediatè prædicatur de Individuo.

& Argumenti 1. 2.

8 Ad tertium Respondetur; quod licet cognitione distincta prius cognoscatur minus Vniuersalia, quam magis Vniuersalia, ita cognitione confusa totum è contra; & quia casus positus in Argumento, procedit de cognitione confusa, ideo secundam talem cognitionem non incongruit, Vniuersalio ra prius affirmari de Individuo de-

dnis, sed secundum cognitionem distinctam numquã id erit immediate.

9 Ad vltimum Respondetur, quod Sol, & Luna licet non predicentur de pluribus individuis actu, predicantur tamen aptitudine. Et ex hoc colligi potest, quod Species bene saluatur in vno tantum individuo existente, quamuis plura requirantur possibilia eo modo, quo dictum fuit in quæst. precedente de Genere art. vltimo.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum illa natura Specifica, cui repugnat multiplicatio numerica, possit dici Species Predicabilis?*

1 SEnsus Dubitationis est, an data hypotesi, quod aliqua natura specifica, vt natura Michaelis nec per potentiam Dei absolutam possit numero multiplicari: tunc talis natura posset dici Species predicabilis?

1. affirmans. 2 Et Prima Sententia affirmans. celebris Scotistarum asserens, quod facta illa hypotesi impossibili, quod aliqua esset natura specifica, cui abstracto repugnaret; omnis multiplicatio numerica: tunc in tali casu talis natura talio modo posset dici vel Vniuersalis formaliter, vel formaliter species predicabilis; nec minus ei conuenire posset illa Diffinitio de Specie prædicabili, a Porphyrio tradita. Ita communiter omnes moderni antiquioribus, tum etiam recentioribus præsertim Scotus in 2. sent. dist. 3. q. 7. Aclarus a Pasqualig. in disp. 1. n. 4. Argẽ. miller q. 1. Henricus Quodlib. 11. q. 1. Vasq. 1. disp. 1. c. 3. Suarez in meta. Disp. 6. sect. 2. num. 8. Conimbric. in Log. q. 3. in præfat. Porphyr. 3. Rubius q. 4. de Specie n. 9. Hurtad. in Log. disp. 3. sect. 3. Aueria in q. 11. Logicæ sect. 1. & alij plures: quorum Præcipua fundamenta sunt hæc. Primo in ea casu, quod alicui naturæ Specificæ repugnaret multiplicatio numerica, tunc talis natura repugnaret diffinitio tam Vniuersalis formaliter, quam etiam Speciei prædicabilis, ergo in tali casu eidem naturæ repugnaret etiam esse Vniuersalem, & Speciem prædicabilem: consequentia sequitur: probatur antecedens, quia illi tantum naturæ potest conuenire diffinitio Vniuersalis, & Speciei Prædicabilis, cui conuenire potest, plura individua re-

Ita Scot. Argent. Henric. Vasq. Suarez Conib. Rubius Hurtad Auersa-

spi-

spectare tanquam sua inferiora: sed illa natura, cui repugnaret omnis multiplicatio numerica, non haberet plura inclusiva inferiora, ad quæ posset referri, ergo in eo casu eidem naturæ non conveniret Diffinitio Universalis, & Species Prædicabilis. 2. Species

1 rō. Prædicabilis, cum sit forma da Intentio, & essentialiter Relativa, vel saltem includit medium Relativum, ergo Species Prædicabilis intrinseco, & essentialiter habet respicere suum correlativum; ita vt ablato per impossibile omni correlativo Speciei, nulla maneat Species Prædicabilis, sicuti ablato Filio correlativo, nullus manet Pater Relativus; sed correlativum Speciei Prædicabilis sunt plura Individua, ergo Species Prædicabilis in quantum relativa essentialiter habet respicere plura Individua correlativa; ita vt ablatis per impossibile Individuis correlativis, nulla remaneat Species relativa: atque adeò cum in casu Quæstionis nullum sit correlativum Speciei, quia tunc nulla essent Individua, quibus posset Species communicari, sequitur quod in tali casu nec vlla esset Species Prædicabilis.

3 Secunda Opinio antiqua contraria præcedenti, asserit, omnem naturam creatam, compositam ex Genere, & Differentia, quantumcunque illi repugnet omnis multiplicatio numerica, bene posse dici Universalem formaliter, & Speciem formaliter prædicabilem: ita Thomistæ, quos citat, & sequitur Fasq. in Meth. Disp. 75. sect. 1. & 2. stat etiam pro hac 2. sententia Sanchez in Logica q. 35. concl. 2. & plures alij: nec desunt pro hac Opinione validissima fundamenta, Eorumque Primum est hujusmodi: Illa natura specifica, cui repugnat omnino multiplicatio numerica, siue dicatur in Prædicamento, cum constaret ex Genere, & Differentia specifica; sed talis natura non esset in Prædicamento tanquam Individuum, quia supponimus, esse naturam specificam, abstractam ab omni Individuatione, nec esset in Prædicamento tanquam Genus, quia non esset vlterius prædicabilis per alias Differentias essentiales, ergo esset in Prædicamento tanquam Species; ergo esset Vniversalis formaliter. Secundo illa natura, cui repugnat omnis multiplicatio numerica, esset omnino composita ex Genere, & Differentia; ergo essentialiter esset

1. Ita Thom. alijque

2. ratio & fun. 3. Ita.

4 ratio.

ser Species Prædicabilis: de antecedenti nullum est dubium, consequentia probatur, & quod sit Species, nemo negabit, cum tota Species sit composita ex Genere & Differentia; quod autem sit Species Prædicabilis, sic probatur, talis Species esset Vniversalis formaliter, nedum quia haberet esse formale in Intellectu, sed etiam quia partes talis Speciei essent Vniversales formaliter ergo & ipsa Species esset Vniversalis, & prædicabilis formaliter.

4 Iam reales sunt Placita Doctorum, sibi invicem oppugnantia: Nunc videamus, quid cum Ægidio dicendum sit pro Concordia Veritatis: *Supponendum in primis est* quæstionē ēē de natura specifica, composita ex Genere, & *Differentia*: nam si sermo sit de omni alia natura, vel increata, vel etiam creata, sed omnino simplici, vel non composita ex Genere, & Differentia, iam non essemus in casu; Supponendum est rursus, talem naturam specificam non esse omnino, & simpliciter incommunicabilem, quia quod est omnino incommunicabile, est tantum natura singularis, atq; adeo non specifica: nec composita ex Genere, & Differētia.

*Supponuntur aliqua præcordia Veritatis.*

5 Quod si dicatur, hoc esse posse fieri disputandi gratia hypothesim de re impossibili, sicuti fit in Theologia, cum quæritur, an si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, distingueretur ab illo? Respondeo in Philosophia, quando quæritur de Indivisibili, ait supposito, quod Indivisibile esset separatū à quanto, posset per se moueri? Dico, posse quidem fieri aliquam Quæstionem adhuc facta hypothesi de re impossibili; sed hypothesis impossibilis non debet destruere essentiam illius rei, de qua Quæstio agitatur: vnde quādo Quæritur, an si Spiritus non procederet à Filio, distingueretur ab illo? hypothesis est quidem impossibilis: cum sit omnino impossibile, *Spiritum Sanctum* non procedere à Filio: attamen hypothesis non destruit essentiam Spiritus Sancti, quia etiam si Spiritus Sanctus non procederet à Filio: iam supponeretur procedere à Patre, & tunc de Spiritu Sancto, procedente tantum à Patre, & non à Filio, moueretur quæstio, an distingueretur à Filio? sic de Indivisibili, est quidem impossibile, quod pūctum separetur à Quanto: sed talis hypothesis non destruit essentiam

*Hypothesis impossibilis non debet in valere repugnantia cum ea quæ quæritur.*

ponit, quia fundamentum consistit in sola vnione cum Quanto; sed extra vnionem eis paribus quantitatibus, ad hæc aliud, & de tali aligeo, si posset separari à Quanto, egitaretur quæstio, an posset per se monstrari in casu nostro si supponatur, naturam Specificam compositam ex Genere, & Differentia esse simpliciter incommunicabilem? Nam non solum hypothesis esset impossibilis; sed talis hypothesis destrueret totum esse illius rei, de qua esset quæstio: sicuti si quis quæreret, an Spiritus Sanctus nec procederet à Patre, nec à Filio, distingueretur ab vtroque? hic casus ne dum est impossibilis, quia impossibile est, Spiritum Sanctum non procedere nec à Patre, nec à Filio; sed talis hypothesis impossibilis tollit essentiam Spiritus Sancti, quia si Spiritus Sanctus non procederet nec à Patre, nec à Filio, nihil esset: sic ait propositum, si supponeremus, naturam specificam esse omnino, & simpliciter incommunicabilem? iam tunc talis natura non esset specifica: sed potius singularis: quia quod omnibus modis est incommunicabile, ita vt ei ab intrinseco repugnet omnis communicatio, nullo modo esse potest natura specifica: concludo igitur, hic esse Quæstionem de natura composita ex Genere, & Differentia, & de ea supponimus, simpliciter non esse incommunicabilem, licèt in alio sensu supponamus, quod illi repugnet multiplicatio numerica.

6 Quomodo autem vna, & eadem natura specifica simul, & semel possit realiter dici incommunicabilis, & incommunicabilis? id quidem nõ est facilè declaratu: & in eo consistit tota controuersia quæstionis: vnde si ostendere poterimus, eandem naturam Specificam posse in vno sensu esse communicabilem, & simul etiam incommunicabilem iam resolvemus adæquate difficultatem, omnemque controuersiam componemus.

7 Notandum igitur secundo, & maxime, quod Quodlibet Relatum secundum dici, & potest considerari secundum id, quod est, & potest etiam considerari secundum id, quod includit, si cõsideratur secundum id, quod est, semper pertinet ad aliquod Prædicamentum absolutum, si vero considereretur secundum id, quod includit, semper pertinet ad prædicamentum Relationis: & ideo aliqua prædicata illi conue-

nire

nire possint secundum id, quod est, quæ eidem nō possunt conuenire consideratæ secundum id, quod includit: & è contra; explico rem exemplo. Scientia est relatiua secundum dici, & quantum ad id, quod est, est accidens reale de prædicamento Qualitatis, quantum verò ad modum respectiuum, quem scientia includit, ita scientia dependet à scibili, vt si per impossibile nullum esset scibile, nulla profectò esset scientia. Aliquando hoc ipsum idem scientia diuerso modo considerata, & est dependens à scibili, & non est dependens: est dependens à scibili, quantum ad respectum, quem includit, non est dependens, quantum ad id, quod est.

8 Nunc constituamus Quæstionem conditionalem in hoc nomine scientiæ. De facto omnis scientia creata dependet realiter à scibili: & ita dependet, vt si nullum esset scibile, nulla profectò esset scientia creata, de hoc nulli dubium est: sed demus per impossibile, quod fit aliqua scientia creata de aliquo obiecto, quæ nullo modo dependeat à tali obiecto, ad medium scientiæ Diuinæ: tūc petо: talis cognitio indepēdens à suo obiecto, esset ne propriè dicenda scientia? Respondebit Aegid. in Quolib. 4. q. 3. quod in tali casu illa scientia de tali obiecto, quātum ad esse, esset vera scientia: sed quantum ad modum respectiuum, non posset dici scientia, quia deficeret respectus realis ad scibile, à cuius ordinatione omnis scientia creata habet quidditatem, & rationem formalem scientiæ.

Constituit casus in scientia.

9 Nunc ecce

## Concordia Opinionum

Hæc omnia nomina (Vniuersale, Prædicabile, Species, & quælibet secunda intentio) sunt relativa secundum dici, & considerata secundum id, quod sunt, seu quantum ad esse, intrinsecè sunt communicabilia, quia secundum id, quod sunt, sunt naturæ Vniuersales, directè cognoscibiles ab intellectu humano sine omni singularitate; ergo natura specifica, de qua est principalis Quæstio, etiā supposito, quod ei repugnaret multiplicatio numerica; tamen quantum ad esse, saltem per esset Communicabilis, tum quia intrinsecè esset composita ex constitutiuis Vniuersalibus, sex Genere, & Differentia, tam etiam, quia di-

re ille esset cognoscibilis ab intellectu humano sine conditionibus individuantibus, ergo quæro adhuc vnum esse, esset vniuersale formaliter, & secundum se predicabile: hoc supposito secunda sententia, cuius argumenta nihil aliud probant.

20 Ad quintum admodum respondetur, quod intrinsecè includit quidlibet relatiuum secundum dici; quia supponimus, naturam specificam nec respicere actu ista individua, nec posse per Diuinam potentiam multiplicari numero, tunc in tali casu talis natura quantum ad respectum non esset communicabilis, & ex consequenti, nec esset Vniuersalis, & predicabilis tanquam secunda intentio. Hoc tantum concludunt argumenta primæ sententiæ; quibus adhuc potest admodum rei roborationem, quia relatiuum quo ad suam quiditatem intrinsecè pendet à termino, ita vt deficiente termino, cesset omnis relatio quantum ad quiditatem; Pater enim in quantum Pater quo ad quiditatem Relationis intrinsecè pendet à filio, ita vt si nullus esset filius, nullus etiam esset Pater quantum ad quiditatem seu quantum ad respectum, & relatum; sicut adhuc deficiente filio, esset Pater quantum ad vltimum. Cum igitur Vniuersale, vel Species predicabilis sit Relatiuum secundum dici, facta suppositione, quod talis natura specifica nullis respiceret individuis: tunc talis natura multo modo esset Vniuersalis, & predicabilis, quantum ad modum respectiuum, quam intrinsecè includit omne Relatiuum secundum dici; esset tamen Vniuersalis, & predicabilis quantum ad esse.

## ARTICVLVS QVARTVS

### *De Individuis?*

QVoniam Individua sunt correlatiua speciei, & Relationem naturæ ea est, vt cognitio vno debeat cognosci, & aliud: propterea hic post explicationem speciei, agemus de individuis, de quibus vnica sequens dubitatio videnda est.

## DVBITATIO VNICA

### *Vtrum Individua possint diffiniri propriè, & per se Diffinitione Doctrinali?*

1 NOn absque positione in titulo, An individua

nida possint per se, & proprié dissimili? nam certum est, Individua habere Diffinitionem in suo Vniuersali, & in Specie: sicenim particularia aliquo modo cognoscuntur in suo Vniuersali, sic etiam in suo Vniuersali possunt patitur Diffiniri: sed potissima Difficultas est, an particularia per se, proprié possint Diffiniri Diffinitione definali?

2 Et prima sententia affirmat; ita Rouius cap. 3. de Specie q. 6. n. 32. vbi profert quam plures: probatq; hanc opinionem primo sic. Si Individuum non posset Diffiniri; maximè quia individuum nun habet conceptum communem omnibus Individuis: sed hoc est falsum, ergo, &c. probatur minor, a quacunq; conuenientia realiter abstrahi potest conceptus realis vniuocus: sed Individua conueniunt realiter in modo essendi particulari; ergo tales modos abstrahi potest ab eis, & in eo quod licet conueniant; ergo falsum est, Individuum non habere conceptum, omnibus Individuis communem. Diffinibilem per veram Diffinitionem. Maior, & vltima consequentia sunt note: probatur minor, quia eodē conuenit cuilibet Individuo particularis modus essendi, per quem determinatur naturæ specifica, vt sit singularis in illis, ergo Individua conueniunt vnius eē in mō particulari essendi.

3 Quæ ratio cōstituitur potest hoc modo; conficiatur hic syllogismus in Dari. Omne incommunicabile est incommunicabile: Petrus ē individuū, ergo, &c. hic syllogismus, non esset verus; si nihil esset commune omnibus individuis, ergo si omnia Individua habent aliquod realiter commune bene possunt propriè Diffiniri.

4 Secunda sententia est communium Recentiorum, (quos tantum excepti, quos Rouius citat), eliq; omnino negans, individua posse propriè Diffiniri. quæ his fulciuntur fundamentis. Individuū quomodocunq; sumatur, est aliquid singulare, ergo Individuum quomodocunq; sumatur, non potest propriè Diffiniri. Consequentia tenet, nam singularia non habent aliam Diffinitionem, nisi suę speciei, seu sui Vniuersalis. Et confirmatur, quia omnis Diffinitio debet constare ex Genere, & Differentia, vel saltem ex aliquo, se habente loco Generis, & ex aliquo, se habente loco Differentiæ, quæ ex necessitate debent esse communia: sed omnibus in-

Rouius affirmat individua posse diffiniri.

negat individua posse diffiniri

Individuis nihil potest dari commune vniuocum præter Speciem, vel Genus; ergo Individua vt Individua non sunt per se propriè Diffinibilia.

5 Facile tamen hanc controuersiam componemus, si primo aduertamus id, quod dixerat Æg. Loco sup. citato, quod tota ratio Diffinitionis sumitur a forma, ita vt vbi nulla sit, vel esse possit Diffinitio, vbi nulla est forma: nec obstat, si dicatur, quod in quibusdam entibus ratio Diffinitionis sumitur à materia, vt patet in entibus naturalibus, compositis ex materia, & forma: nam in his entibus ratio Diffinitionis non sumitur à materia quomodocumq; sumpta, sed à materia pro vt informata, seu prout actuata per formam; vnde si materia nullam haberet formam, nullatenus per solam materiam posset haberi Diffinitio: id ergo vt certum supponendum est, quod tota ratio Diffinitionis tantum sumitur à forma: ita vt illa entia, quæ nullo modo habent formam, etiam si alioquin sint incorruptibilia, vel eterna &c. non sunt Diffinibilia; quia si non habet propriam formam, non possunt ab intellectu directè cognosci; & ex consequenti nec propriè Diffiniri, cum ad solam intellectum pertineat Diffinire; nunc videndum est, an individua in quantum talia habeant formam, sibi ipsis propriam, idest an Differentiam individualem, per quam vnum individuum differt ab alio, possit dici propriè formata.

Doctrina Æg. notata

6 Et propterea aduertendum secundo, quod individua dupliciter possunt considerari, primo quatenus sunt quædam res extra animam: secundo considerari possunt quatenus substernuntur secundæ intentioni Individui: primo modo considerata nullatenus habent propriè formam primo, & per se; nec illa Differentia Individualis, per quam vnum Individuum differt ab alio, dici potest propriè forma, alias Individua nedum differrent numero; sed etiam Specie: quia quæ differunt formis, differunt Specie: & licet Individua differant inter se, & omnis diffinitio sit per formam, vnde videtur sequi, quod Individua habeant propriè formas, per quas distinguantur: tamen Individua non distinguuntur per formas primo, & per se, sed per accidēs, quatenus. Forma est in materia signata: nec forma tanc per se distingueretur: quia si forma esset separata à tali materia

Individua non distinguuntur per formas hoc est per accidens.

ria signata, non distingueretur: & ideo licet vna, & eadem res sit hic Homo, & Homo, vel tamen Arist. 7. Met. quod vnius, & eiusdem rei vno modo considerate est Diffinibile, & alio modo non est Diffinibile: Diffinitur quidem, in quantum ipsa forma nõ est signata per materiam: sed cum forma est in materia signata, tunc non Diffinitur: & adduci potest ratio, quam idem Philosophus innuat; quia nempe particularia nõ determinantur primo, & per se per ipsam formam, imo accidit ipsi formæ determinari & distingui in particularibus: quia vera Species Specialissima determinatur per formam; ideo Speciei Specialissimæ est Diffinitio: concludimus ergo, quod Individua quatenus habent esse extra animam, non habent formas primo, & per se, & si distinguntur per formam, hoc tantum est per accidens, quatenus forma est in materia signata; neq; secundum hãc considerationem dantur individua Specifica, Generica, &c. sed secundum esse reale extra animam, quodlibet individuum est signatum: At si considerentur individua, quatenus subjiciuntur secundæ intentioni Individuationis, sic individua aliquo modo habent formam, quæ est ipsa intentio Individui, in qua omnia particularia conueniunt vniuoce, vniuocatione saltem, quæ potest accidentibus conuenire, & in hoc sensu possunt concedi individua Generica, Specifica, Differentialia, &c.

7 Quæstione diffinitionem dicimus Primo. Individua quatenus sunt quædam res, nullo modo possunt propriè diffiniri Diffinitione doctrinali: in hoc consentimus cũ Secunda Sententia; cuius ratio fundamentalis, & à priori esse potest, quia Individua secundum esse, quod habent extra animam, non habent primo, & per se formãm nec possunt diffiniri ab Intellectu cognosci, ergo propriè diffiniri non possunt, cum solummodo ad Intellectum pertineat diffinire rerum discursu patet ex adnotata doctrina.

8 Conclusionem dicimus secundo; Individua secundo intentionaliter sumpta, quatenus subjiciuntur secundæ Intentioni Individuationis, possunt aliquo modo diffiniri probatur ex contrario fundamento, quia quæ habent aliquo modo propriam formam, possunt habere propriam Diffinitionẽ eo modo, quo habent pro-

priam

Individuũ vt subjicitur intẽtioni, põt diffiniri

priam formam; sed Individua secundo Intentionaliter capta habent propriã formã & continent vniuersã naturam, i. in Secunda Intentione Individui, ergo secundo Intentionaliter possunt vtiq; diffiniri.

9 Et in hoc sensu potest admitti prima Sententia Rami, quod si idem doctor aliter sumat illam medium esse di particularem, proculdubio eius sententia fundamentum non habet: nam ille modus essendi particularis in tantum dici potest communis, in quantum subijcitur secundæ intentioni Individuationis: quod si consideretur secundum se, itave præscindat à quacunque secunda Intentione, tunc talis modus essendi non potest dici vniuersè de omnibus individuis, sed tantum Analogicè, quia Substantiæ & Accidenti nihil esse potest commune vniuocum.

10 Atque ita responderi potest ad illum Syllogismum in Barij, quod s. tale Syllogismus is tantum est verus, quia Individuum sumitur ibi secundo Intentionaliter; quod si Individuum sumeretur vt quædam res extra animam tunc medius terminus esset parum æquiuocum, vel ad summum Analogum, & propterea non concluderet. Et hæc de Specie dicta sufficiant.

QVÆ-

# QVAESTIO TERTIA

# DE DIFFERENTIA

POrphirius caput de Differentia in duas dimidie partes, in prima tradit quinq; Diuisiones de Differentia: in secunda vero dat totidem Diffinitiones de eadem, quia tamē de Differentia potest esse quincuplex consideratio, ideo tertiam hanc de *Differentia* Quæstionem in quinque sequentes Articulos diuidemus.

## QVÆSTIONIS TERTIÆ

### *De Differentia*
### *Articuli Quinque*

*Artic. I.*
*De Differentia secundum se.*

*Artic. II.*
*De Differentia per ordinem ad Genus.*

*Articulus III.*
*De Differentia per Comparationem ad Species.*

*Articulus IV.*
*De Differentia per comparationem vnius ad aliam.*

*Artic. V.*
*De Differentia per ordinem ad ea, de quibus Predicatur.*

## ARTICVLVS PRIMVS

### *De Differentia secundum se.*

DE *Differentia* secundum se, & absolutè sumpta plura essent dubia proponenda; sed præcipua sunt sequentia.

## ARTICVLI PRIMI

### *De Differentia secundum se.*

### *Dubitationes Tres.*

*Dub. I.*
*An eadem dividatur Differentia in Communem, Propriam, & Propriſſimam: & diuiſum ſit ipſa natura realis, an vero ſit mera Intentio; & an talis Diviſio ſit ſufficiens?*

*Dub. II.*
*An Differentia ſumatur ex tota natura, an vero tantum a forma?*

Dub. III.

*V. Secunda Difficultas Differentiæ à Porphyrio tradi tæ fuit exulta.*

## DVBITATIO PRIMA

*An cum dividitur Differentia in Communem, Propriam, & Propriissimam, Divisum sit ipsa natura realis, an vero secunda Intentio: & an talis Divisio sit sufficiens?*

SI dicatur, quod divisum in tali Divisione est ipsa natura realis, statim apparet, Divisionem esse insufficientem, quia tunc aliqua erunt sub membris dividentibus, quæ non erunt sub toto diviso; quod sic ostenditur. Differentia propriissima est secunda intentio, ergo una pars illius divisionis non est sub toto diviso, ergo divisio est insufficiens; probatur antecedens, quia Differentia propriissima est ea, quæ constituit tertiam prædicabile: si vero dicatur, divisum in tali divisione esse illam secundam intentionem, quæ est tertium Prædicabile, manifestum sequitur, eandem divisionem esse insufficientem, quia sub membris dividentibus ponitur Differentia Propria, & Differentia communis, quæ nullo modo pertinere possunt ad illam secundam intentionem, quæ est tertium Prædicabile: probatur antecedens, sicuti Differentia propria est Accidens inseparabile, quod pertinet ad quartum prædicabile: sic Differentia communis est Accidens separabile, quod pertinet ad Quintum: ergo in assignata divisione sub membris dividentibus ponitur Differentia propria, & Communis, quæ nullo modo pertinent ad illam secundam intentionem, quæ est tertium Prædicabile.

3 Supposita tamen, & benè adnotata ea doctrina, quã docuimus in Quæst. de Genere art. 1. dub. 3. vbi diximus, quod in Definitionibus Prædicabilium, nec divisum est ipsa natura, quatenus est quædam res; nec sola secunda intentio: sed natura prout subiectata secundæ intentioni: facile nunc resolvemus dubitationem præsentem. Dicimus ergo, quod divisum in prima divisione Differentiæ tradita à Porphirio, non est ipsa natura Differentialis, qua-

quatenus est quedam res: nec est ipsa secunda intentio precisè considerata: sed est ipsa natura Differentialis, quatenus subiecta secundæ intentioni Differentiæ, & propterea talis diuisio est vt dequæ sufficiens, & perfecta: ita colliges ex Scotto in lib. Vniuersalium, & prima pars huius dicti potest eadem ratione probari, qua tam ollendimus in Diffinitionibus prædicabilium esse naturam, vt subiectam secundæ intentioni, & eadem ratio vtriusq; Alteratio vero pars, quod nimirum dicta diuisio de Differentia sit vndequaque sufficiens, inde probari pōt, quia obseruat omnes conditiones ad bonā diuisionem requisitas vt in solutionibus argumentorum patebit.

4 Ad rationes in contrariū sic Respondetur. Ad primum dicimus, quod si diuisum in prima diuisione Differentiæ esset ipsa natura in quantum res, vtiq; sequeretur illa insufficientia diuisionis, quæ obijcitur in argumento, sed non dicimus diuisum eiusdē diuisionis esse naturam, quatenus res absolutè, sed esse naturam Differentialem, prout subiectam secundæ intentioni Differentiæ iuxta quā acceptionē nec est aliquid subdistendibas, quando non de sub diuisio, nec contra.

Ex. 1. obiect.

5 Et ex data doctrina sequitur etiam resolutio illius dubitationis, an diuisio Differentiæ in communem, propriā & propriissimam sit Vniuoca, vel Analoga? Dicimus, nō quod Differentia quatenus quædam res extra Animam, nec diuidatur vniuocè; sed Analogicè in propriam, propriissimam, & communem, quia subiectatiue, & Accidentaliter communem dari potest. Sed Differentia prout subiecta secundæ intentioni Differentiæ, optimè diuidetur vniuocè in Differentiam propriam, propriissimam, & communem. Nam licet de natura Generica prout subiecta secundæ intentioni Generis possit intellectus tradere vnam Diffinitionem essentialem, quæ vniuocè conueniat omnibus naturis Generalis tam substantialibus, quā accidentalibus, quæ accedunt talibus, ita de eadem natura Differentiali prout subiecta secundæ intentioni Differentiæ potest idem intellectus concipere vnam Diffinitionem, quæ vniuocè conueniat omnibus naturis Differentialibus tam substantialibus, quā accidentalibus.

DVBITATIO SECVNDA

*Vtrum Differentia significet totam naturam speciei, vel tantum formam?*

1 MEminimus aliqua tetigisse, spectantia ad hanc difficultatem in Quæst. de Gener. art. 2. dub. 1 & 3. sed quia præsens dubitatio est aliquantulum gravis, & habet apud Recentiores controversiam non levem, ideo illa hic est exactè discutienda.

2 Estque tota ratio dubitandi, quia Differentia prædicatur essentialiter de Specie, ergo Differentia dicit totam naturam speciei. antecedens est certum, probatur consequentia, quia ideo Genus dicit totam naturam speciei, quia prædicatur essentialiter de illa. Secundo. Genus non est minus pars intrinseca speciei, quam sit ipsa Differentia: sed non obstante, quod Genus sit pars speciei, adhuc tamen dicit totam naturam speciei: ergo Differentia non obstante, quod sit pars eiusdem speciei, non propterea dicet partem naturæ, sed potius totam essentiam. Tertio. Nulla pars integrantium potest prædicari de toto: sed Differentia prædicatur de Specie, ergo Differentia non est pars integrans: non potest negari, quia si pars integrans quantum pars potest prædicari de toto, cum in toto sint plures partes, unum tantum essent plura tota: sed autem Differentia prædicetur de Specie, est ipsa lucem clarius: dicimus enim Homo est rationalis.

Rõnes dubit.

3 Demum urget non parum propositio quædam Ægidij in prologo 1 sent. qu. 1. Vbi quærens, V. Theologia sit scientia communis, vel specialis? in corpore Articuli hæc habet. *Differentia, per quam differunt singula, dicit totam speciem, & totam substantiam diffiniti, et videtur velle Philosophus in 7. Metaph. cap. de Vnitate Diffinitionis)* ex quibus verbis formari potest hæc ratio. *Illud*, quod dicit totam Speciem, & totam substantiam Diffiniti, non dicit tantum partem naturæ, nec sumitur tantum à forma: sed Differentia ex Ægidio dicit totam speciem, totamque substantiam diffiniti: ergo Differentia, non sumitur tantum à forma: sed à tota natura.

Prop-

4 Propter has rationes fere omnes Recentiores hodie relati à Paſqualig. quos ipſe etiam ſequitur in meth. diſp. 69. ſect. 2. vnanimi conſenſu videntur aſſerere: nec Genus ſumi tantum à materia, nec Differentiam tantum à forma: ſed vtrumque à tota natura, diuerſimode conſiderata.

5 Sed cum Aegidio ſtandum præcipuè eſt obſeruantiam, quod etiam nos animus in Quæſt. de Genere art. 2. dub. 1. & 2. quod non eſt eadem ratio de Genere, & de Differentia. Nam Genus cum dicat aliquod medium inter potentiam, & actum; & ex ſui ratione dicat potentiam, includentem aliquem actum, realiter eſt quodam totum; Differentia vero nō ſic, quia Differentia cum non habeat niſi diſtinguere. (eſt enim Differentia, qua Differentia ſe ſingula:) & omnis diſtinctio ſit tantum ab actu ſequitur, quod ratio Differentiæ non ſumitur ex potentialitate: ſed tantum ab actu: nec Differentia ſumitur à materia tantum, nec à compoſito ex materia, & forma: ſed tantum à forma: quia hic non loquimur de Differentijs quomodocumque, ſed ſolum quatenus per eas diuiditur Genus; iuxta quam acceptionem Differentiæ non ſunt materiales; ſed formales, quia non dicimus, Differentiam eſſe id, quod differt, ſed id, per quod vna ab alia differt. propter quod licet ipſa compoſita ex materia, & forma inter ſe differant, quatenus non differunt formaliter per ſe totæ ſed per formam; ideo in compoſitis nunquam Differentia ſignificat totum, ſed ſolummodo formam.

6 Et pro ſolutione argumentorum in oppoſitum, omnium que Auctoritatum, tum Angelici, vel ſubtiliſſimi, tum etiam Aegidij, vel Ariſtotelis, notandum vtcrius. Quod Differentia duplici modo accipi poteſt, primo ſignificatiuè, ſed formaliter: ſecundo implicatiuè & materialiter: Priori modo ſcilicet ſignificatiuè, & formaliter, Differentia non dicit, nec ſignificat niſi partem ſcilicet formam: implicatiuè tamen, & materialiter, ſemper includit totum, quia omne concretum quatenus ſignificatiuè dicat tantummodo partem: implicatiuè tamen ſemper dicit totum.

7 Ex his notabilibus hæc concluſio noſtra colligitur. Differentia nunquam ſumitur à tota natura: nec vnquam for-

Cõclusio principalis

formaliter, & significatiue dicit totam essentiam Speciei; sed totum id, quod dicit formaliter, significat per modum actus; concretiue tamen: seu implicatiuè, & materialiter dicit totam essentiam Speciei. Ita expresse quo ad vtramque partem Ægid. tam in q. 2. super 7. meth. tum etiam in 2. sent. dist. 3. p. 1. q. 1. art. 3. & Ratio primæ partis huius nostræ cõclusionis, illa esse potest, quia Differentia in quantum Differentia non habet nisi differre: sed distinctio non est a potentia, sed tantum ab actu; ergo Differentia in quantum Differentia precisè, & formaliter, non sumitur à potentia naturæ, nec à potentia, sed tantum à parte naturæ, i. ab actu. Maior propositio est euidens, quia hoc est de essentia Differentiæ, vt. i. faciat distinguere, & differre vnum ab alio: minor verò etiam est manifesta, quia potentia, vt potentia non distinguit, imo contraria in quantum sunt in potentia, non distinguntur, & Philosophus docet, quod eadem est materia contrariorum: distinctio ergo nunquam sumitur à potentia, sed ab actu, & per consequens Differentia, quæ habet distinguere, non sumitur à tota natura, sed tantum à forma.

6 Alteram partem eiusdem nostræ conclusionis probant argumenta in oppositum adducta; ad quorum formas breuiter respondendum est. Ad primam rationem dubitandi negandum est absolutè antecedens, quod. i. Differentia prædicetur essentialiter de Specie: nam Differentia cum sua dicat totam essentiam: sed solummodo partem, non prædicetur de Specie nisi denominatiuè, quia pars inquantum pars nunquam de toto prædicatur essentialiter, sed tantum denominatiuè. Ad secundam concedendum est antecedens, quod. i. Genus dicat totam naturam Speciei: sed negatur consequentia, quod idem dicendum sit de Differentia: differentia autem inter Genus, & Differentiam iam data est supra. Ad tertiam distinguendo est maior. Pars inquantum pars non potest prædicari de toto essentialiter, conc. maiorem: denominatiuè neg. maiorem: ad maiorem, dico, quod Differentia prædicatur quidem de Specie non essentialiter, sed tantum denominatiuè.

9 Ad vltimam denique in Authoritate Ægidij Respondetur cum distinctione

Dicit-

Differentia dicit totam Speciem & Substantiam diffiniti, significatiuè, & formaliter, negatiuè, implicatiuè, sensu concretiuè, & materialiter, concedimus, neque hæc distinctio data est ad libitum, sed illa ad litteram deducta est ex doctrina Aegidij in locis supra citatis, & expressius in Primo sent. dist. 2. q. 1. in corp. vbi hæc habet. Genus secundum vnum dicit totum, quod dicit Speciem, & Differentia dicit totum, quod dicit Species, & Diffinitio dicit totum. Sed Genus dicit totum per vnionem materiæ, non per modum materiæ, quæ sit pars, sed per modum materiæ, quæ est totum: quia sicuti distinguitur inter formam partis, & formam totius, ita potest distingui inter materiam partis, & materiam totius: Differentia autem dicit totum per modum formæ, non formæ partis: quæ non dicit totum, quod ratio significationis eius sumatur à tota, quia sumitur à parte: sed dicit totum, quia implicat totum, & idem prædicatur denominatiuè, & radicaliter cum prædicatione formaliter directa: Diffinitio autem dicit totum per modum utriusque. Hæc Aegidius dubitationis satis.

## DVBITATIO TERTIA

*Vtrum Differentia sit rectè à Porphirio diffinita per illam secundam Diffinitionem, scilicet (est id, quod prædicatur de pluribus differentibus Specie in quale quid?*

1 DVas graues Difficultates continet explicandus ille Differentiæ Diffinitio, qua dicitur (est id, quod prædicatur de pluribus Differentibus Specie in quale quid) 2. prior difficultas consistit in illis verbis, (de pluribus Differentibus specie) de qua specialiter in Art. 4. dub. 3. vbi quæremus an Diffinitio de Differentia data à Porphirio, conueniat etiam Differentijs vltimis?

2 Altera non leuis Difficultas, quæ est in prædicta Diffinitione, consistit in vltimis illis particulis (in Quale quid) ex quibus verbis desumitur vrgens ratio dubitandi, Quomodo Differentia possit simul prædicari in qua-

ratio dubitandi

quale quid? nam Quale, & Quid sunt modi prædicandi, se invicem destruentes, quia prædicari in Quid est prædicari essentialiter: prædicari verò in Quale, est prædicari extra essentiam: sed prædicari extra essentiam, & prædicari essentialiter sunt rationes incompossibiles: ergo male dicitur, quod Differentia simul & semel prædicatur in Quale quid.

Nota valde.

¶ Multa congerunt Doctores: vt hunc nodum persoluant. Sed prætermissis omnibus alijs dicendi modis; nos iuxta Ægidij Principia dicimus: Quod sola Differentia habet hoc peculiare, vt simul & semel prædicetur in Quale quid, quia sola Differentia ingreditur rei quidditatem, & non dicit totam essentiam, sed tantummodo partem: Nam Genus, & Species ingrediuntur quidditatem essentiam; sed singula nomina dicunt partem; quia tam Genus, quam Species sumuntur à tota natura, dicuntque totam rei quidditatem; vt suo loco monstratum est. Proprium autem, & Accidens sunt simpliciter extra essentiam: At Differentia & ingreditur quidditatem, quia cuilibet rei essentia constituit ex Genere, & Differentia, sed non dicit totam rei quidditatem, cum nulla tur tota natura, sed tantum a forma. Differentia igitur quatenus ingreditur rei quidditatem prædicatur in quale: quatenus verò non dicit totam quidditatem, sed solum modo partem formalem, prædicatur in Quale, quia omnis forma, cum sit species Qualitatis, habet modum Qualis.

4 Quoniam verò adhuc est difficile intelligere, quomodo una, & eadem res possit esse simul & semel substantia, ita vt habeat modum quid, & forma accidentalis, ita vt habeat modum Qualis; propterea Adnotandum secundo, quod sicut datur Substantia secundum esse, & substantia secundum dici, & Accidens secundum esse, & Accidens secundum dici; & Vtrumque satis doctè & fundamentaliter explicat Ægid. in Quodlib. 4. q. 8. Idemque late nos declarabimus in Prædicamento Quantitativ. art. 1. de Quantitate in Communi: Quamuis autem Substantia secundum esse opponatur essentialiter cum Qualitate secundum esse, vnde simul & semel non possit vna, & eadem res esse Substantia secundum esse, & Qualitas secundum esse, quia quidditas vnius Prædicamenti opponitur essentialiter cum Quidditate alterius:

Quomodo vna res simul & semel possit esse substantia & Qualitas.

us: Substantia tamen secundum esse, non opponitur cum Qualitate secundum dici, quia una, & eadem res potest esse Substantia secundum esse, & simul etiam esse Qualitas secundum dici, ita vt habeat modum qualitatis: sicut Qualitas secundum esse opponitur quidem essentialiter cum Quantitate secundum esse, cum substantia secundum esse, & cum quolibet alio Predicamento secundum esse; vnde quod est Qualitas secundum esse, non potest simul, & semel esse substantia secundum esse, quia ex modi dicebamus, quidditas vnius Predicamenti essentialiter opponitur cū quidditate alterius prædicamenti; Qualitas tamen secundum esse non opponitur cum substantia secundum dici; vnde quodlibet Accidēs in abstracto est Accidens secundum esse, induit tamen modum substantiæ.

5. Sic ad propositum, & ex conclusio quæstionis. Differentia quarumcumque Differentia est substantia secundum esse, quia saltē a latere, secundum quidditatem pertinet ad Prædicamentum substantiæ, & propterea inquit Porphirius, quod Differentia prædicatur in quid; sed quia eadem Differentia non dicit eorum essentiam speciei, nec sumitur à tota natura; sed tantummodo dicit partem essentiæ formalem, vt ostendimus, & probauimus tertia hic; præcedēti forma, cum sit species Qualitatis, habeat modum qualitatiuum; ideo Differentia, & prædicatur in quid, & habet modum qualis; prædicatus in quid, quia Differentia secundum esse est substantia; participat à latere Prædicamenti substantiæ habet etiam modum qualis, quia formaliter, & significatiue nō dicit totam naturam, & quidditatem speciei; sed tantummodo partem formalem. Et per hæc patet solutio ad rationem dubitandi.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *De Differentia in ordine ad Genus.*

DE Differentia per comparationem ad Genus tria sequentia dubia sunt. Difficilia sunt declaranda.

## ARTICVLI SECVNDI

### De Differentia per ordinem ad Genus

### Dubitationes Tres.

Dub. I.
*Vtrum unicuique Differentiæ specifficæ respondeat unum Genus?*

Dub. II.
*Vtrum addenda Differentia Generi, illud augeat?*

Dub. III.
*Vtrum Differentia sit tantum penes vnum Genus?*

### DVBITATIO PRIMA

### *Vtrum omnis Differentia specifica respondeat vni Genere?*

1 ADiuncta Dissentientem assumimus explicandam, in qua prima sententia affirmat, secunda negat.

2 Audiamus Priorem. Tenet hæc prior sententia, omnem Differentiam simpliciter esse imperfectiorem Genere, & Genus esse præstantius Differentia. Cuius potissimam fundamentum, ad quod reliqua videamus reducenda, sic formatur. Pars est quantum pars semper est ignobilior toto: sed Differentia quomodocunque sumatur: datur in compositis materialibus, est pars, Genus autem est totum; ergo Differentia in quantum Differentia semper est ignobilior Genere; de maiori autem est dubium: minor autem sufficientissime probata est in præcedentibus dubitationibus.

Prior sententia docet differentiam esse ignobiliorem Genere

3 Secundo. Genus in quantum Genus in quocunque Prædicamento ponitur directe; & in recta linea Differentiæ verò tantum oblique: ergo Genus in quantum Genus semper est præstantius, & nobilius Differentia.

4 Tertio. Genus prædicatur essentialiter, & in quid: Differentia verò prædicatur denominative, ergo Genus simpliciter est perfectius Differentia: antecedens ex Diffinitionibus Prædicabilium patere potest. Hæc prima sententia.

5 Nunc audiamus secundam. Ruuio cap. 4. de Differentia q. 6. Paulus in metha. disp. 59. sect. 3. & alij plures, quos ipsi citant; asserunt, simpliciter quamcunque Differentiam semper esse nobiliorem suo Genere: & rediis non multis authoritatibus

hom. num. 5. I hom. in 1. sent. dist. 3. 1. q. 1. art. 6. ad 1. & in 1. p. q. 75. art. 7. ad 2. sum etiam Aristotel. Ratio fundamentalis, ad quam reduc̃untur omnia alia argumenta pro hac sententia, sic formatur: Omnis actus præstantior ex suo Genere, & nobilior est potentia: sed Genus se habet vt potentia, Differentia vero vt actus: ergo secundum hanc rationem Differentia semper est nobilior ipso Genere; minor est manifestas; maior vero contradictionis abominabilis; & ex tali principio communiter laberetur quod quanto magis aliquid accedit ad actum, & recedit a potentia, tanto magis est perfectum.

6 Iam vidimus sententias discordantes; nunc audiamus, quomodo præceptor Ægidius concurdet vtramque. Dupliciter Genus, & Differentia possunt sibi inuicem comparari; primo in esse physico seu reali existentiæ, secundum illud esse, quod habent à parte rei. Secundo prout sunt in esse Logico, quatenus habent esse formale in intellectu.

7 Ex hac supposita distinctione. Ecce

## Concordia Opinionum.

Si Differentia comparetur cum Genere in esse physico seu reali existentiæ, quatenus vtrumque habet esse reale extra animam; sic Differentia semper est nobilior Genere, & Genus semper est præstantius Differentia: in hoc conuenimus cum priori sententia, cuius ratio fundamentalis est, quia totum in quantum totum semper est præstantius quolibet parte: sed Genus à parte rei est realiter totum, & Differentia est realiter pars: ergo Genus secundum esse, quod habet à parte rei, semper est nobilius Differentia, & Differentia secundum esse, quod habet extra animam, semper est ignobilior ipso Genere. Hoc tantum probat argumenta primæ sententiæ.

8 Sed si Differentia comparetur cum Genere in esse logico, idest secundum illud esse formale, quod vtrumque habet in intellectu, sic Differentia semper est nobilior ipso Genere: ipsum enim Genus semper est imperfectius: Hieremias hoc affectionem semper; intentio ani-

ſua ratio? primi illa eſt, quæ tangitur in vltimo argumento ſtudiosi ſententiæ.

## DVBITATIO SECVNDA

### Vtrum addenda Differentia Generi ſint negatiua?

1 FOnte Retractores hanc dubitationem pertractant ſub illis terminis (an ſcilicet Differentiæ poſſint præfindari à Genere?)

2 Et potiſſima ratio dubitandi non procedit in illorum ſententia, qui tenent, Genus tantum dicere partem materialem, Differentiam verò partem formalem, ſed illos torquet nonnullos, qui docent, Genus dicere totam naturam, totam quidditatem eſſentiam ſpeciei, cuius ratio fit, quia prima ratio eſſendi eſt, Genus eſſentialiter dicere totum id, quod eſt in ſpecie, ergo Genus eſſentialiter non ſolum dicit illam partem ſpeciei, quæ eſt materialis, ſed etiam eſſentialiter dicit illam alteram partem, à qua ſumitur ratio Differentiæ; ergo addendo Differentiam Generi, ſit negatio. Antecedens hunc argumentationis ſupponitur

ceſſum; prima conſequentia ſequitur; nam ſi Genus dicit totam naturam ſpeciei & in ſpecie ne dicit eſt pars materialis, aqua deſumitur Genus, ſed etiam pars formalis, aqua deſumitur Differentia; ergo Genus non ſolum tantùm dicit partem materialem, ſed etiam partem formalem.

3 Et poteſt hæc dubitandi ratio ampliari, quia vel Differentia eſſentialiter eſt idem cum Genere, vel eſt aliud à Genere; ſi Differentia eſt aliud à Genere, ergo ex Genere, & Differentia nunquam fit vnum per ſe, ſed potius vnum per accidens: Socrates ex humanitate, & albedine fit vnum per ſe; ſed vnum per accidens; quia albedo eſt aliud ab homine, & non eſt de eſſentia hominis, ſi dicatur primum, quod ſcilicet Differentia eſſentialiter eſt idem cum Genere, & eſſentialiter includit Genus, ergo Differentia addita Generi, facit negationem cum illo, quia illud, quod eſt de eſſentia primi, immediatè coniungitur cum illo, ergo ſicut dicendo animal homo, vel homo animal fit negatio, quia animal eſt de eſſentia hominis; ita dicendo

augetur rō dubitandi.

do animal rationale, fiet negatio, quia rationale est de essentia animalis, & includitur inconcepu illius.

4 Veritas tamen nobis defendenda est, Differentiam additam Generi, non facere negationem cum illo; ita Magister Egidius in 1. dist. 8. q. 1. Ve autem hanc assertionem ratione fundamentali probemus, supponendum est, quod Negatio duobus tantum modis fieri potest primo, si eadem vox bis iniuicem repetatur; vt cum dicimus, Animal, Animal, vel Homo, Homo: Secundo quia Differentia non habet eandem vocem cum Genere vt hoc nomen non communicat naturam negationis, vt si Animal est de essentia hominis semper intelligitur in homine negatio, si adsit Differentia Generis: hoc certum est. Secundo potest committi negatio, quando vnum est de essentia alterius, & mente datur conjunctum illi, vt in exemplo posito in principali ratione dubitandi, quia animal est de essentia hominis, & non potest intelligi homo, quin in eius conceptu includatur animal: idem sequis adderet animal bipes, dicendo homo animal, vel e contra, Animal homo, semper includeret negationem: nec ita si animal est de essentia hominis semper intelligitur in homine, & per consequens cum dicimus, homo animal, idem est, ac si diceremus, animal rationale animal: vel si dicatur contra Animallo non idem erit ac dicere, animal Animal Rationale, quæ propositio vtrobique est aperta negatio: si ergo obiciendo poterimus, quod nec Differentia est de essentia Generis, nec Genus de essentia Differentiæ, facilime negotio apparebit, quod addendo Differentiam Generi, non committitur negatio.

5 Præsupponendum secundo (1) quod late sitesiamdo est aliquis modus, quod scilicet Genus realiter est quoddam totum vniuersale, quia totam essentiam speciei; Differentia vero realiter est pars, quia Differentia formaliter definitur tantum à forma, nec significat nisi partem: quamuis autem totum magis abstractionis essentialiter predicetur de toto, quam pars, tamen quandoque id illud, nec pars essentialiter predicatur de toto, quod declaratur totum in tertio abstractionis, quia non intelligitur in toto minoris abstractionis, ideo totum vniuersalius essentialiter

liter

ter prædicatur de toto minus *Vniuersali*, sic prædicatur Genus de Specie: sit totum minoris abstractionis, quia non alia, sed eadem in potentia est in toto subiecto, ideo non prædicatur de illo vt de specie eandem prædicatur de Genere.

6 Quod verò totum eumquam essentialiter prædicetur de sua parte, inde patere potest, quia nullum totum dicitur intelligitur in sua parte, & si totum prædicaretur essentialiter de parte: cum in uno eodemque sint plures partes, sequeretur, quod vnum totum esset plura entia & propter eadem quæ Philosophus 2 Top. cap. 3. quod si Genus essentialiter prædicaretur de Differentia, vt Animal est mortale animalia: in illis ergo propositionibus de eo, quod significat Differentia, non prædicatur Genus, quia anima non est animal: sed de eo, quod implicat Differentiam, potest prædicari Genus, quia bene dictum est, quod anima est animal. Tandem nec pars quæcumque, essentialiter prædicatur de toto, quia quod prædicatur essentialiter, debet cõtinere totum id, quod est in subiecto: pars autem ex parte non continet totum, & præterea nulla pars essentialiter põt prædicari de toto

Nõ vl. la pars essentialiter põt prædicari de toto.

Tale

7 Si ergo nec Genus de intellecta Differentia, nec Differentia de intellecto Genere, quia neutrum pertinet in definitione alterius: nec minus Genus prædicatur essentialiter de Differentia, nec è contra, quia nec totum prædicatur essentialiter de parte, nec pars essentialiter prædicatur de toto, sed nec Differentia est de essentia Generis, nec Genus de essentia Differentiæ, & per consequens, cum Differentia additur Generi, tunc nulla fit vnitas.

8 Ad Rationes Respondetur, & ad primã concesso antecedenti, distinguendum est consequens, ergo Genus essentialiter dicit non solum partem speciei materialem, à qua sumitur Genus, sed etiam partem formalem, à qua sumitur Differentia, si hæusmodi partes sumantur collectiue, seu indeterminatè, concedẽdum est consequens; si verò quælibet pars sumatur separatim seu determinatè, sic falsa est consequentia: nam sufficienter alterum est, quin nec totã essentialiter est sua pars, nec pars essentialiter ipsum totum.

9 Ad secundam Respõdet Ægid. in 7 met. q. 1 c. quod Differentia & est aliud à Genere, & non est aliud ab illo, est aliud, quia Differentia nec essen-

Satisfit rationibus obiectis.

essentialiter Genus, nec è contra, sicimul etiam Differentia non est aliud à Genere; simpta implicatione, quatenus simpliciter totum, quod in potentia est in Genere: per hoc autem, quod Differentia dicatur esse aliud à Genere, non propriè sequitur, quod ex ipsa, & Genere non fiat vnum per se, quia Genus respectu Differentiæ se habet vt potentia: & Differentiare respectu Generis se habet vt actus.

## DVBITATIO TERTIA

### *An Differentiæ sit tantum propria Vniuersalitas Generis, sit ut constituat vnam tantùm tantùm Speciem?*

Espêca que tit. sin dubitationem

1 DEnde est quæritel, an Differentia sit propria vniuersalitas Generis, ac inquirere, an Differentia sit minus Vniuersalis, quam sit ipsum Genus, an vero sit vniuersalior, vel saltem æq; Vniuersalis, ac est idem Genus? & an Differentia constituant tantum vnam Speciē, an vero vna, & eadem Differentia possit constituere duas Species, sic materiæ Differentes? Et prima sententia affirmat omnem Differentiam esse Vniuersalitatem, & ampliorem ipso Genere, nec Differentiā esse propriam vnius tantum Generis, sed omnium Differentiā latius patere quam ipsum Genus, & per consequens posse vnam Differentiam secundum adhærere diuersis Generibus: sed vt consideretur diuersas Species, tribuimus hæc primæ sententiæ Auersa in Log. q. 13. sect. 3. item Soncin. 4. met q. 2. arti. 2. Burlæo c. de Differ. & alijs nonnullis, & fundamentum principium desumitur ab inductione: nā quādo corpus substantiale diuiditur in viuens, & non viuens, Differentia viuentis est magis ampla, quā in corpus substantiale, & reperitur in alio Genere nempe in substantia spirituali sicut Quantitas continua quādo dividitur in permanentē & successiuam, hæ Differentiæ non sunt propriæ tantum ipsius Quantitatis continuæ, sed reperiuntur in Quantitate discreta, & constituunt duas Species Numeri, nempe Orationem, Differentia quoque intelle Qualitatis cōcipiens secundum actibus intellectus: sed etiam habentibus materiam intellectus: ergo Differentia comparata ad Genus, videtur esse amplior, & Vniuersalior Genere, ergo vna Differen-

ren-

rentia eſt tantum propria vnius Generis, ſed poterit vna, & eadem Differentia poteſt adeuenire pluribus Generibus.

2 Secundam fundamentum ſpecialiter probat, Differentiam non eſſe propriam vnius tantum ſpeciei ſed poſſe vnam Differentiam conſtituere plures Species, quia Porphyrius Diffinuit Differentiam per prædicatum de pluribus, Differentibus Specie, ergo vt mente Porphirij Differentiæ non ſunt propriæ vnius tantū ſpeciei. Deinde idem Porphirius capite de his, quæ Genera, & Differentiæ communia ſunt inquit, *Species eſſe communes videntur, plures autem Differentiæ.* Tandem in cap. de Differentia idem met Author ait ad explicandam naturam ſpeciei infimæ, ſumpſerit plures Differentias, vt ad explicandam naturam Hominis ſumpſit rationali, & mortali. Quamuis hæc quoq; videtur eſſe mens Arij quoniam 2. poſt cap. 14. de ingreſſu de Diffinitione ſpeciei, inquit: *Singulæ partes Diffinitionis eſſentiales ſingulas eſſentiales Differentias habere videntur.* Quæ tamen ſententia Porphirij cap. 3. ait Ioannes, & Differentiam eſſe prædicatum communem pluribus ſuis Speciebus. Et lib. 6. eiuſdem operis cap. 3. docet, Speciem numquam poſſe prædicari de Differentijs, quia hæc de pluribus prædicantur, quam Species. Denique lib. 1. de partibus animalium cap. 3. indicat, neceſſe eſſe, admittere ex Differentias vltimas, quot ſunt Species.

3 Secunda ſententia eſt ſecundum quam Differentia, quæ eſt, & ſequitur Paſqual. Dis. 67. ſect. 2. concl. 3. num. 17. & alſorit, omnem Differentiam eſſe propriam vnius tantum Generis, & ſpeciei, vt vnico tantum Generi poſſit adeuenire, nunquam tantum Speciē conſtituere; nec eſſe aliquam Differentiam, quæ ſit magis ampla, quam ſit ipſum Genus, vel ipſa Species: quæ ſententia ſic ſuadetur. De ratione Differentiæ eſt, vt ſit diuiſiua Generis, vnde debet diuidere ea, quæ ſunt vnum; non vero quæ ſunt ſimilia re ea, quæ ſunt diuiſa: ergo è contra rationem Differentiæ eſt, quod conueniat pluribus Generibus, vel quot plures conſtituat Species.

3. Hæc dicit, nullam Differentiā eſſe vniuerſalem.

4 Nobis tamen Ægid vtra que ſententiam ſic compoſuit in lib. Vniuerſalium cap. de Differentia pag. 11. col. 3. adnotando primo id, quod idem Doctor deſumpſit ex Boetio in lib. Diuiſionum: quod

Aegid.

quod differentiæ essentiales sunt nobis ignotæ, & ideo vt plurimum per aliqua vocabula circumloquimur illas differentias essentiales; sicuti Rationale, & mortale circumloquuntur differentiam essentialem hominis, ita etiã tantus Doctor annuit in 2. sent. dist. 3. p. 1. q. 1. art. 3. lit. A. Vbi sic inquit (*Sciendum autem quòd nostræ Differentiarum, per quas diuidimus Genera, & per quibus definimus, aliquando videntur importare accidens, cùm essentialis sint generatum, & Volatile, & aliquando aliquid materiale, vt mortale, & corporeum, hoc est, quia sunt nobis ignotæ substantiales formæ, & ideo eas circumloquimur vel ex accidentibus sequentibus substantiales formas, vel ex substantijs finem ex materia, in quibus sunt aptæ natæ suscipi tales formæ*:) Ex qua doctrina colligendum est, esse duplex Genus differentiarum, seu quælibet Differentiam esse duplicis ordinis, vel n. Differentia tam subalterna, quam infima est essentialis, & propria tum Generis, quod diuidit, tum etiam Speciei, quam constituit, vel est circumscripta, & velati accidentalis, seu potius communis, per quam circumloquimur essentialem.

Datur duplex Genus differentiarum.

§ Nunc ecce

## CONCORDIA OPINIONVM.

Differentia essentialis non est Vniuersalior suo Genere, nec vnquam potest aduenire pluribus Generibus: sed ita est propria vnius tantum Generis, vt semper à suo Genere comprehendatur, & vnã tantum constituat Speciem: hoc tantum probat secunda sententia.

6 Differentia vero circumscripta, seu potius circumloquutiua; per quam circumloquimur Differentiam essentialem, illa aliquando est Vniuersalior Genere, nec est ita propria vnius Generis, vt nõ possit constituere plures species: in hoc sensu assentimur priori sententiæ: cuius rationes non aliud concludunt.

## ARTICVLVS TERTIVS

### De Differentia per ordinem ad Speciem, quam constituit.

DE Differentia per comparationem ad Speciẽ, quam constituit, supponimus non esse Vniuersalem Speci-

cabilem: sed solum quodam Vniuersale Prædicatum Topicum: & sequens Vestra dubitatio est videnda.

## DVBITATIO VNICA

*V. Si Differentia diceret totam essentiam speciei, sicut Genus, posset cum Genere facere compositionē in Specie?*

Quæ sit Genus & differētiam cōponi in spē materia Et vel formaliter?

1 EX hujus dubitationis resolutione etiam patebit, quid dicendum sit ad illam quæstionem, à veteribus agitatam; præsertim à Mag. Bruno d. sp. 7 fo. 4. an scil. Genus, & Differentia componant Speciem sumpta materialiter an vero sumpta formaliter? Dicunt enim Genus, & Differentia materialiter, quatenus dicunt, & implicè totam Speciem, quam componant, sumuntur vero formaliter, quatenus dicunt partiales gradus, seu quatenus habent rationem partis.

Prioris vērus fo mallard

2 In Quæstione ergo sub conditione proposita, prima Sententia esse potest Thomistarum, & complutensium, qui videntur asserere, Speciem componier Genere, & Differentia simpliciter omnino formaliter ac proprie, quatenus Genus, quam Differentia habent rationē partis. Vnde si Differentia diceret totam naturam speciei; sicut Genus, nō resultaret nec posset intelligi compositio speciei & Rationes pro hac sententia possunt esse hujusmodi. Prima. Nulla pars in quantum pars potest esse æqualis suo toto: sed Differentia (& eadem est ratio de Genere, quod est alcta pars speciei,) si diceret totam naturam speciei, esset æqualis illi, ergo si Differentia sumatur materialiter, dicendo totam essentiam; tunc non potest fieri compositio ex Genere, & Differentia. Maior est nota, quia sicut nulla pars potest esse maior suo toto; ita propter eādem rationem pars in quantum pars non potest esse æqualis suo toto; alias si singulæ partes essent quædam tota, tūc verum totum esset pūra tota, quod falsum est. Minor etiam est manifesta, quia si Differentia diceret totam naturam speciei, non significaret minus, quam ipsa species: & sic esset illi æqualis, ac per consequens non posset intelligi compositio speciei ex Genere, & Differentia. 3. Omnia

com-

compositio sine sit realis, siue sit rationis, debet fieri ex pluribus, quorum quodlibet habeat rationem partis; ergo si Differentia diceret totam naturam Speciei, & haberet rationem totius, sicut Genus, non posset fieri compositio ex Genere, & Differentia, consequentia sequitur, probatur antecedens, quia compositio non potest fieri ex duobus totis, alias non fieret vnum per se: sed potius vnum per accidens; quia vnum extremum componens adueniret alteri iam constituto in esse totius. Tertia *Ratio*. *Illud*, quod facit negationem cum alio, non potest facere compositionem cum illo: sed si Differentia diceret totam naturam, sicut Genus: tunc Differentia adita Generi, faceret negationem: ergo in eo casu, quo Differentia diceret totam naturam Speciei, non faceret compositionem. Maior est certa, minor vero probatur, quia si Differentia diceret totam naturam, Genus praedicaretur essentialiter de illa.

3 Altera Sententia est opposita praecedenti, & absolute affirmat, Differentiam facere veram compositionem cum Genere, etiam si tam Genus, quam Differentia dicerent totam naturam speciei. Citati proculdubio possunt pro hac Sententia Scotus Quæst. 16. Vniuers. Suarez in Meth. Disp. 6. sec. 11. Ruuius in Logica q. 1. de Differentia; & Reliqui authoritatibus sic potest primo pro hac Sententia argumentari. Ad veram, & rigorosam compositionem nihil aliud requiritur, nisi quod Componentia sint ambo entia, & inter se, ita perfecte præscindant, vt vnum non sit essentialiter aliud: nec includatur in alio: sed potius distinguatur ab illo. Sed etiam si tam Genus quam Differentia dicerent totam naturam Speciei; vnum tamen perfectè præscinderet ab alio; nec Genus includerentur in Differentia, nec è contra, sed vnum esset pars per modum potentiæ, & aliud esset pars per modum actus: ergo etiam si Differentia diceret totam naturam Speciei, sicut Genus; Vtrumque tamen bene faceret compositionem in Specie. de Maiori non est dubitandum, quia nihil aliud requiritur ad Compositionem, nisi quod extrema eo modo inter se distinguantur, quo modo debet fieri compositio: minor autem sic probatur, quia in eo casu, quo Genus, & Differen-

Authores Sententiæ.

Scot. Suarez Ruuius Sicher.

1. Arg.

sentia dicerent totam naturam Speciei, tunc Genus esset quodam totum per modum partis potentialis, Differentia verò esset etiam quodam totum per modum partis actualis, ergo iam per se posset præscinderetur, & vnum non includeretur in alio, atq; ita non posset optimè cõponere vnam Speciem. Secundo in Rebus simplicibus v.g. in Angelis, vbi natura est simplex, & non habet partes, & partes, non sumitur Genus dicit totam naturam: sed etiam ipsa Differentia sumitur à tota natura: sed in Angelis est vera compositio ex Genere, & Differentia: ergo etiam si in his corporalibus Differentia diceret totam naturam sicut Genus, vtique facerent veram compositionem in Specie. Maior est vera, tamen in Angelis non sit pars & pars non potest Genus sumi ab vna parte, & Differentia ab alia; & cum quilibet Angelus sit forma simplex, in quolibet Angelo tã Genus quam Differentia, sumitur à tota natura. Minor etiam est ita, certa, sicut certum est, Quemlibet Angelum esse admixtũ ex potentia & actu.

4 Ceterum vt has sententias oppositas cum fundamẽto ſ. Scotti Doctrina diligenter noctida.

tario & pd. conciliemus, Maximopere cum eodem Doctore est aduertendum in 1. Sent. dist. 3. p. q. 3 p art. 3. in responsione ad primum, Quod ad quamcunq; Compositionem nihil aliud requiritur, nisi vt componentia sint partes, quarum vna sit potentia, & altera sit actus: vnde Genus, & Species nullam possunt facere compositionem; nec secũdũ rem, quia vtrumq; realiter dicit totum; nec etiam secundum rationem, quia & si Genus realiter dicat totũ & secundum rationem apprehenditur vt pars: Species tamen nec dum secundũ rem dicit totum, sed etiam secundum rationem apprehenditur vt totum: pars autem secũdum rationem cum toto secundum rationem nec omnino potest facere compositionem, quia pars semper includitur in suo toto; Genus ergo & Species nullo modo possunt facere compositionem nec secundam rem, nec secundam rationem.

5 Concludimus ergo, quod nec totum cum toto potest facere compositionem: neq; pars cum toto; sed necessario ad Compositionem requirũtur, vt ambo extrema componentia sint partes; & ita de-

Nec totũ cũ toto, nec totũ cũ parte potest facere cõpositionẽ.

debēt esse partes, vt vna sit potentia, alia sit actus: quod si huiusmodi extrema componentia erunt ambo partes secundum rem, proindubio tales facient compositionem realem: sic est materia, & forma, ex quibus realiter fit compositum Physicum; si vero extrema componentia ita se habent, vt ambo sint partes tantum secundam rationem; semper huiusmodi facient compositionem secundam rationem: eadem ratione si eadem extrema componentia vel sint ambo tota realiter; vel vnum sit realiter totum, & aliud sit realis pars. Et quia Genus, & Differentia tam si à parte rei ambo sint tota, vt contingit in Angelis; quam si Genus sit totum, & Differentia sit pars, vt fit in corporalibus; semper tamen per intellectum ambo concipiuntur vt duæ partes, ita vt Genus apprehendatur vt pars potentialis, Differentia vero vt pars actualis; ideo etiam si admittatur, Differentiam à parte rei dicere totam essentiam, sicut Genus, non propterea tollitur, quin Genus, & Differentia faciāt veram compositionem rationis.

6 Bene verum est, (& hoc est valde notandum) quod licet Genus, & Differentia facerent compositionem rationis in eo casu, quo ambo à parte rei dicerent totā naturam: & aliter eadem facient compositionem, si à parte rei vnum sit totum Genus, & aliud Differentia sit pars: In casu enim, quo eadem extrema à parte rei essent ambo tota, & totam dicerent naturam speciei; tunc in primis Genus essentialiter prædicaretur de Differentia, quia ambo ingrederentur idē essentialiter. Secundo Differentia in tali casu non poneretur latere prædicamenti sed in recta linea, quia realiter tam esset totum sicut Genus, & Species: Tertio. Differentia non prædicaretur Denominative, sed potius essentialiter. Quarto. Talis Differentia adita Generi negationem faceret, quia Differentia, quæ realiter est totum, est idem essentialiter cum Genere; Quinto in eo casu quamuis Genus & Differentia facerent compositionem rationis; non tamen faceret congruam Definitionem; quia Differentia non haberet omnem rationē Differentiæ; vnde vt mox animaduertemus; Differentia, quæ realiter dicit totam naturam, adita Generi, facit negationem cum illo Sexto. Demum illa compositio rationis non at-

arguetet compositionem realem, quia nullum ex componentibus esset realiter pars.

7 Hæc autem sex nullatenus sequerentur; si à parte rei Genus sit realiter totum, & Differentia sit realiter pars nam in prima si Differentia est realiter pars, tunc Genus non prædicatur essentialiter de illa, quia totum nũquam essentialiter prædicatur de parte; deinde si Differentia est realiter pars, non posset poni in recta linea Prædicamentali; sed à latere 3. Si Differentia realiter esset pars, nunquam prædicaremur essentialiter; sed tantũ Denominatiuè, quia pars vt pars essentialiter nõ prædicatur nec de parte, nec de toto. 4. non faceret negationem cum Genere, quia nec Genus essentialiter prædicaretur de Differentia, nec è cõtra. 5. nedum faceret veram compositionem rationis, sed etiam congruam Diffinitionẽ. Tandem si Differentia est realiter pars; sic faceret compositionem rationis in Specie; vt talis compositio arguetet in eadem Specie cõpositionem realem, quia iam arguetet esse in Specie partẽ naturæ.

8 Nunc ecce

## Concordia Opinionum

Si Differentia diceret realiter totam naturam specifi, sicut Genus: tunc Genus, & Differentia non facerẽt compositionem realem; imo faciendo compositionem rationis, talis compositio nec argueret in Specie compositionem realem. hæc tantum probant argumenta primæ sententiæ; quibus addi potest, quia in eo casu, quo tam Genus, tam Differentia diceret totam naturamiam in natura specifica non esset pars, & pars: ergo in tali natura specifica non esset compositio realis.

9 Cum hoc autem simulẽt dicimus, quod si Genus, & Differentia dicerent totam naturam specifi, eadem vtique facerent veram compositionem rationis; quia alterum componens apprehenderetur vt potentia, seu vt pars potentialis, & aliud vt pars formalius: & hoc conuiuent argumenta secundæ sententiæ.

AR-

## ARTICVLVS QVARTVS

## De Differentia per comparationem vnius ad aliam.

GRaues vsq; modo explicuimus controuersias tàm de Differentia secundùm se, quam etiam de eadē per ordinem ad Genus, & per comparationem ad Speciē: Sed nunc de Differentia per ordinem vnius ad aliam grauiores insurgunt dubitationes sequentes.

## ARTICVLI QVARTI

## De Differentia per comparationem vnius ad Aliam

## Dubitationes Tres.

Dub. I.

*V. Differentia subalterna includatur in conceptu Differentiæ infimæ, & an addendo Differentiam infimam subalternæ fiat negatio?*

Dub. II.

*V. Diffinitio Differentiæ conueniat tantùm subalternæ, an etiam infimæ?*

Dub. III.

*V. Differentia subalterna, & infima Differant Specie in ratione Vniuersalis prædicabilis?*

## DVBITATIO PRIMA

*V. Differentia subalterna includatur in conceptu Differentiæ infimæ, & an addendo Differentiam infimam subalternæ, fiat negatio?*

1 IN Quæstione de Genere, dub. vltimo ostendimus, nec Genus essentialiter prædicari de Differentijs, nec minùs essentialiter includi in conceptu Differentiarum; & in art. 2. huius Quæstionis dubit. 2. iā etiam vidimus, Differentiam aditam Generi, nullam facere negationem cum illo: nūc facta comparatione Differentiæ subalternæ ad Differentiam infimam, duplici conclusione breuiter satisfaciemus propositæ Difficultati.

2 *Prima conclusio.* Quæcunq; Differentia infima significatiuè sumpta, seu formaliter quatenus dicit, & significat tantum partem essentiæ, nullo modo essentialiter includit superiorem, nec

Dif-

veraſſta

Differentia ſubalterna eodē modo ſumpta poteſt eſſentialiter prædicari de Differentia infima, formaliter cōſiderata: ergo addendo Differentiam infimam ſubalternæ nulla fit negatio. Ita Aegid. in 7 met. q. 1. Idem q; procuditio docet S Tho. p. cō. 13 Gene. c. 14. relata à Sapchio q. 66. concl. 1. item Stoic. in 5 dict. 11. q. 3. S. ad Rationes, & etiam 7 met. q. 17. Tol. c. de Subſtācia dub. 2. Rquius in Log. q. 1. de Diffe. Hurtad. etiam in Log. diſput. 6. ſect. 3. Mag. Brun. diſp. 7. ſect. 3. & probat per eſt primo authoritate Arift. 4 top. c. 2., vbi docet, quod Genus eſt extra eſſentiā Differentiarum: ergo totum id, quod importat Genus in ſua eſſentia ſeu Diffinitione, erit etiam extra eſſentiam Differentiarum: ſed Differentia ſubalterna eſt Differentia conſtitutiva Generis, v. g. ſenſibile ingrediens eſſentiā Animalis, ergo Differentia ſubalterna (ſenſibile) extra eſſentiam Differentiæ infimæ (Rationalis.

Aegid. in 7 Tho. Schann. Toletus Rquius Arriaga.

Ratio à priori.

Sed ratio à priori huius primæ concluſionis illa erit, quia Genus inquantum Genus nec includitur eſſentialiter in Differentijs formaliter ſumptis, nec eſſentialiter prædicatur de illis; nec minus Differentijs adiacet Generi negationem faciunt cum illuergo Differentia ſuperior inquantum Differentia nec includitur eſſentialiter in Differentia inferiori formaliter, & ſignificatiuè ſumpta: nec eſſentialiter prædicatur de illa: nec minus Differentia infima formaliter, & præciſe conſiderata, cuiuſcunq; differentiæ ſubalternæ, faciet cū illa negationem Antecedens: iam à nobis ſtabilitum eſt tū in q. de Genere art. 2. dub. vltimo; tum etiam in art. 2. huius q. dub. 2. probatur conſequentia, ſupponendo prius, quod Genus inquantum Genus eſt quodam totum, Differentia vero inquantum Differentia, quæcunq; illa ſit, Genus ſuperior, hæc infima ſemper eſt ſignificatiuè, & formaliter pars ſecundum rem, hoc iam etiam ſatis locis probatū eſt: eo autem ſuppoſito, probatur conſequentia, quia Genus, quod realiter eſt quodam totum, tanquam tamē eſſentialiter prædicatur de Differentia, quę ſignificatiuè eſt realiter pars, q̄d ſi totum numquam prædicatur eſſentialiter de parte: multo minus Differentia ſubalterna, quæ, vt Differentia eſt, realiter eſt pars, poterit eſſentialiter prædicari de Differentia infima, quæ etiam ſignificatiuè eſt pars ſecundum rē;

quia

quia si pars aliquam essentialiter predicatur de toto, nec minus essentialiter pars potest predicari de partibus ergo differentia subalterna accipiatur vt quodam totum, siue vt pars, nunquam poterit essentialiter predicari de Differentia infima, quia si substantia accipiatur vt totum, erit eadem ratio de illa, & de Genere, & cum Genus non predicetur essentialiter de Differentia; nec minus Differentia subalterna predicari poterit essentialiter de infima: quia subalterna erit extra essentiam infimæ, sicut Genus: si vero Differentia subalterna accipiatur, vt est realiter pars illius speciei subalternæ; quam componit tunc multo minus essentialiter predicari poterit de Differentia infima: quia pars inquantum pars nunquam essentialiter predicatur nec de toto, nec minus de alia parte: si sit Differentia infima quantumcunq; superadata Differentiæ subalternæ, non propterea facit negationem.

Differentia infima materialiter includit superiorem.

4 Secunda conclusio. Differentia inferior sumpta applicative, seu concretiue, & materialiter inclusiua, Differentiam superiorem; & propterea Differentia superior potest predicari de illa Denominatiuè, Differentia tamen inferior alia superiori nunquam cum illa facit negationem. Singulæ partes huius conclusionis declarandæ sunt. & primo, quod Differentia inferior concretiuè, & materialiter includat superiorem, ex eo constare potest, quia Differentia infima concretiuè, & materialiter est quodam totum, quod implicat speciem infimam, de qua predicatur Denominatiuè; sed species infima includit essentialiter ne dum Genus, sed etiam Differentiam subalternam, constitutiuam eiusdem Generis ille species subalternæ, ergo Differentia infima concretiuè, & materialiter sumpta, includit Differentiam superiorem. Et quia quod includitur in alio tanquam id, quod est maioris abstractionis potest predicari saltem Denominatiuè de eo, quod est abstractionis minoris, ideo Differentia subalterna, quæ includitur in Differentia infima materialiter sumpta, potest etiam predicari de illa saltem Denominatiuè.

5 Tertia pars conclusionis, quod si Differentia infima adsit subalternæ, nunquam faciat negationem cum illa, facile probari potest ex his, quæ diximus in artic. 2.

præsentis qæstionis. Nam enim Differentia subalterna nec è de essentia infimæ, nec de primo intellectu illius, vt in prima conclusione erat probatum est, sit quod Differentia infima adita subalternæ non faciat eam illa negationem, Veneetram est, quod si Differentia superior aderetur infimæ, tunc fieret negatio propter rationem, quam mox explicabimus in solutione ad testimonia Arist.

6 Sed dices Arist. 7. meth. text. 45. agens de Differentijs, inter alia duo docet, primo inquit nihil refert si in Diffinitione ponatur ola vltima Differentia, vel etiam omnes superiores, quia vltima concludit omnes, vnde eodem modo Diffinimus hominem, si solum dicamus, ille Animal Rationale, vel si omnes superiores Differentias ponamus, dicendo, Homo est Substantia corporea animata sensitiua rationalis. Secundum, quod asserit Arist. est, vltimã Differentiam esse totam Substantiam speciei, & idem fieri ponatur in Diffinitione, non licere, superiorem adere inferiori, quia committeretur vitium negationis, idem bis repetendo, vt si dicamus. Homo est Animal Rationale sensibile, nugatoria Diffinitio esset.

ad testimonia Arist.

7 Sed Respondetur intentum Philosophi ibi tantum fuisse, quod Diffinitio duobus modis fieri posit, primo si in Diffinitione ponatur proximum Genus diffiniti, & vltima tantum eiusdem diffiniti Differentia, & neglecto proximo Genus, hoc eius ponantur omnes Differentiæ intermediæ cum Differentia vltima, & tam recta Diffinitio erit prioge cum solo proximo Genere, & vltima Differentia quam illa alia cum omnibus Differentijs subalternis, & Differentia vltima: nam tunc omnes Differentiæ subalternæ tenent loco proximi Generis, & vltima Differentia dicet vltimum complementum omnibus illis, id que significare voluit Philosophus, quãdo ait, quod vltima Differentia includit omnes: id est vltima Differentia est vltimum complementum à quo semine veritas totius Diffinitionis: si enim Diffinitio dicitur vera, & omnis veritas sumitur à forma, cum Differentia significet formã, sit, quod Differentia vltima significat complet totam Diffinitionem, ita etiam continet omnes.

8 Secundum eiusdem Philosophi dictum, quod 5. Differentia vltima est tota substantia speciei, dupliciter potest ex-

expon. primo implicatiuè, idest vltima Differentia concretiuè sumpta, & materialiter, implicat totam Substantiam speciei, licet formaliter & significatiuè non dicat nisi partem. 2. potest intelligi completiuè, idest vltima Differentia complet totam substantiam speciei, & propterea post vltimam Differentiam non licet adiungere Differentias materialiter, quia tunc committeretur nugatio; non quod Differentia vltima in se sola contineat actu, & formaliter Differentias superiores: sed quia quod est vltimum, non indiget amplius determinari per aliud, alias ipsum non esset vltimum: & sic vltima Differentia dicitur continere Differentias superiores arguitiuè, seu suppositiuè, ipsa Differentia vltima eam sic vltimam complementum Definitionis, & speciei, tam ipsa sola arguit ibi ad esse omnia alia ad integritatem Definitionis pertinentia.



## DVBITATIO SECVNDA

### V. Definitio Differentiæ à Porphirio tradita, conueniat tantum subalternæ, an etiam infimæ?

1 POrphirius sic definit Differentiam, (est id, quod *predicatur de pluribus Differentibus specie in quale quid*) quam Definitionem conuenire omnibus Differentijs subalternis, certissimum est, nec vlius dissentit; sola dubitatio est, an eadem definitio conueniat etiam Differentijs infimis?

2 Sit tanto dubitandi est manifesta: quia Differentiæ infimæ, non predicantur de pluribus Speciebus; sed de vna tantum, cum qua conuertitur, & de pluribus indiuiduis eiusdem speciei; vt rationale non predicatur de Homine, equo, cane, &c. sed tantum de Homine, & singulis indiuiduis naturæ humanæ: ergo supra posita Definitio tradita à Porphirio de Differentia non conuenit Differentijs infimis. Rõdub.

3 In hac Difficultate est prima, & celebris sententia Caietani in expositione hu-

Soto Aucen. Toletus & quid Caietan

lis Definitionis dubio vnico, quia affirmat, Definitionem de Differentia à Porphirio traditam, conuenire etiam Differentijs vltimis non primis, sed negatiuè seu per non repugnantiam. Caietanum apertè sequitur Suarez cap. præsenti q. vnica, & refert Sanchez hic; item Aucen. cap. vltimo Prædicabilium, Tamblicus cap. de Differentia; & Toletus q. 1. huius cap. docet, eandem vtiam esse probabilem; quamuis non sit vera mentem Porphirij. Posteriq; eadem ratione probari. Differentiæ vltimæ, quatenus Differentia est vltima, non repugnat prædicari de pluribus Differentijs specie in quale quid, ergo definitio Differentiæ à Porphirio tradita, conuenit etiam Differentiæ vltimæ saltem per non repugnantiam. Antecedens inde patet, quia si prædicari de pluribus speciebus in quale quid repugnaret Differentiæ vltimæ, quatenus Differentia est sequeretur, quod eadem Definitio nulli Differentiæ conueniret, quod patet esse falsum, cum manifestum sit, conuenire Differentijs subalternis. Secundo Si Differentia vltima solum conciperetur vt Differentia est, & non vt vltima, illi quidem inquantum Differentia est, non repugnat prædicari de pluribus Differentijs Speciei, ergo (quia repugnantia illi conuenit, quatenus est vltima, & non quatenus Differentia est).

Caietanus ait. Suarez & alij.

2 Huic Caietani sententiæ frequentes Recentiores adhærent, præsertim Sanchez hic cap. 2. Differentia q. 2. concl. 2. num. 3. p. 7. Rubio 1. Rouina cap. de Def. q. 7. Pal. qual. disp. 59. sect. 3. & plures alij, quos ipsi citant, fundantur autem vt Caietanum impugnent, quia in vltima Differentia duo sunt, quod sit Differentia, & quod sit vltima: vel ergo prædicari de pluribus Differentijs Speciei in Quale quid conuenit Differentiæ vltimæ, quatenus est Differentia, vel quatenus est vltima? Non hoc secundum, quia ipse met Caietanus fatetur repugnare Differentiæ vltimæ prædicari de pluribus speciebus; nec primum, quia Differentia vltima inquantum Differentia omnino præscindit ab hoc, quod sit prædicari de pluribus speciebus; vel de pluribus individuis: sicuti Genus inquantum Genus, v. g. animal, cum perfectè præscindat ab omnibus Speciebus: ideo nec est rationale, nec est irrationale: alias si animal inquantum animal, esset rationale, posset

sequus, canis, &c. dici etiam rationalia, eâdem inquantùm animalia, quod nemo concedet. Sic ergo ad propositum. Differentia inquantum Differentia nec essentialiter habet praedicari de pluribus Speciebus, nec unitas de pluribus Individuis: nisi Differentia ille competeret essentialiter praedicari de pluribus Speciebus, & eâdem quae competit Differentiae, id competeret; neque adeo praedicari de pluribus Speciebus, quatenus Differentia, vitiosa est Doctrina Porphyrii tradita, nisi hoc contineat Differentias vitiosas nec positivè, nec per modum repugnantiae.

Aegidii Doctrina ad propositum.

2 Sed Noster Aegidius in libro VIII. Metaphysicae cap. de Differ. pagin. 11. col. 3. quaerito, visisque examinans hanc eandem Differentiae Differentiae, traditam à Porphirio, annisquandam adstruit doctrinam ita ad propositum, & (ut fandum mihi talem, vt meo iudicio) felicem, vt ad comprimendas obiectiones in oppositum Opinionis. Referamus ad verbum, quod ibi inquit Aegidius, vt facilius deinde colligamus, quousque potest adhiberi pro adequata intelligentia Quaestionis.

3 In corpore citati Quaestionis hoc habet Aegidius: *Dicendum quidem, quod haec Differentia datur de Differentia subalterna, & non Specifica tamen aliter posset dici. Et ad istam, Dico, quod secundum Boetium in hoc diuisionem, Differentiae essentiales sunt nobis ignotae, & ideo per aliquas circumstantias inquirimus illas Differentias essentiales: sicut rationale, & mortale circumstantialiter Differentiae essentiales dicuntur: & hoc nomine designatur illa essentialis; sed ista communis, quae essentialium circumstantiarum.*) Deinde idem subdit illustrissimus Doctor respondens ad quoddam argumentum, quod in principio Quaestionis obiecerat, haec prosequitur (*Ad aliud, cum dicit, quod Differentia communis cum Specie, verius est de Differentia essentiali; sed illa est nobis ignota, & ideo per circumstantias inquirimus illas per quas communes, & illae communes hoc praedicantur de pluribus Specie bus, & tales hic dicuntur.*) haec Aegid.

6 Ex quibus verbis manifestè patet, quod Aegid. dat duplex Genus Differentiarum; & quasdam Differentias vocat infimas essentiales, quas cum Boetio sic-

ut

sanobis ignotas; alias vero vocat Differentias communes seu circumloquimus, per quas circumloquimur essentiales.

7 Hac doctrina supposita, duplici conclusione est tota dubitatio explicanda. Prima conclusio. Diffinitio Differentiæ tradita a Porphirio nullo modo competit differentijs vltimis essentialibus ita expresse Ægidius loco supra citato. & in hoc assentimus Authoribus secundæ sententiæ, cuius rationes efficaßimæ sunt si nihil aliud intendant. 1.concl.

8 Sit secunda conclusio. Per prædicari de Pluribus Differentibus Specie in quale quid, Diffinit Porphirius Differentias communes, & circumloquimur, per quas circumloquimur essentiales Differentias infimas atque adeo Illa Diffinitio potest dici, quod conueniat Differentijs per non repugnantiam, idest non connenit per se Differentijs vltimis in se, & quatenus sunt essentiales, sed conuenit Differentijs vltimis in suo communi circumloquutione. & in hoc sensu possumus accipere Sententiam primam Caietani; vnde quodcumque aliqua res diffinitur non in se sed in suo communi, & in sua circumloquutione, propterea quod eius Differentia essentialis sit ignota, una talis Diffinitio quamuis repugnet ipsi rei secundum se consideratæ, non repugnat tamen eidem rei, consideratæ in suo Communi circumloquutione. 2.conc.

## DVBITATIO TERTIA

### *1. Differentia Subalterna, & infima differant Specie in ratione Predicabilis?*

8 SEnsus est; an Differentia Subalterna, & infima constituant duo diuersa Predicabilia sicut Genus, & Species.

9 Prima sententia est diuersa in sua Logica q. 12. sect. 4. relata à Pasqual. in Meth. Disp. 61 sect. 2., qui putat Differentiam Subalternam esse vnum Predicabile, distinctum à Differentia infima, cuius fundamentum sit hoc. Primo, Prædicari de pluribus Differentibus Specie in Quid, & de pluribus Differentibus numero in quid constituit duo diuersa Predicabilia (Genus, & Speciem; ergo prædicari de pluribus Differentibus Specie 1.obiect.

cie in quale quid, & de pluribus Differentibus numero in Quale quid, etiam constituit duas species Predicabilium diuersas; antecedens est euidens, & consequentia sequitur à paritate rationis.

3 Secunda tamen Sententia opposita precedenti, verior est, & nobis defendenda, quam etiam docet tota turba Doctorum tum Antiquorum, tum etiam Recentiorum, paucis exceptis; dicendum ergo, quod Differentia Subalterna, & Differentia infima in ratione Predicabilis non distinguantur Specie; nec sunt duo distincta Predicabilia; sed vnum tantummodo in ordine tertium, hoc est probatur. Differentia Subalterna & infima habent eundem modum predicandi: ergo non sunt duo Predicabilia diuersa; antecedens non potest negari, quia Vterque Differentia predicatur in quale quid, & vterque formaliter dicit partem essentiæ, consequentia sequitur quia tota Predicabilium diuersitas desumitur à diuerso modo prædicandi.

4 Ad Rationem pro Prima Sententia Respondetur, quod predicari in quid de pluribus Speciebus, & modus predicandi diuersus à predicari in quid de pluribus Individuis accepta vt predicatur de pluribus Speciebus in quid, est (vt tu indeterminate) tam determinetur per Differentiam Speciei; quod vero predicatur de pluribus Individuis in quid, est eodem determinate, quia Individua non habent formam, per quam determinetur, vel compleatur essentiam Speciei: Ast predicari de pluribus Speciebus in quale quid, & predicari de pluribus Individuis in quale quid non sunt duo modi predicandi distincti, quia semper Differentia significat partem essentialem, tam si predicetur de Individuis, quam si predicetur de pluribus Speciebus.

## ARTICVLVS QVINTVS

### *De Differentia per ordinem ad ea de quibus Predicatur.*

VT hunc articulum, totamque de Differentia Quæstionem concludamus, Vnica superest Dubitatio persoluenda, quæ est de Differentia per ordinem ad Inferiora, de quibus prædicatur.

DV-

## DVBITATIO VNICA

### Vtrum Differentia Tertium Predicabile predicetur in abstracto, & Vniuoce?

1 Videtur, quod in abstracto: quia eo modo Differentia predicatur, quo modo est Vniuersale, sed est Vniuersale in abstracto, ergo &c. Probatur minor ex Arist. 7. Meth. dicente, quod Vniuersale est forma: sed Differentia non est forma in concreto, sed in abstracto, ergo &c.

2 Secundo. Differentia quatenus est tertium Predicabile, debet vniuoce predicari: sed in concreto non predicatur vniuoce, sed potius denominatiuè: ergo nō predicatur de suis inferioribus in concreto, sed in abstracto. Tertio. Omne concretum non est Differentia, nisi propter abstractum: v.g. rationale non est Differentia nisi propter rationalitatem, ergo si Differentia predicatur de suis inferioribus in concreto, multo magis predicatur in abstracto, quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis.

3 In hoc tamen Patet momenti inter eadem consistit. Haec est nostra Conclusio. Differentia secundum quid tertium Predicabile in abstracto, sed in concreto: & in concreto non predicatur denominatiuè proprie, & in rigore, sed potius Vniuoce. Ita Aegid. in lib. Vniuersalium cap. de Differentia pag. col. 3. & est communis omnium Sententia. probatur autem facilè, Quia Omne Predicabile est quodammodo tum: sed Differentia in abstracto est forma, & quidem precisè dicit formam, se habet vt pars, ergo Differentia in abstracto non constituit tertium Predicabile, sed in concreto. Alia pars conclusionis in solutione ad secundam rationem dubitandi, explicabitur, & probabitur.

4 Ad primam obiectionem Respondetur, concessa maiori, negando assumptum, quod Differentia sit Vniuersalis in abstracto, ad cuius probationem dico, quod Vniuersale dupliciter dicit potest, primo pro subiecta Secundae Intentioni, & hoc modo non est simplex forma, sed potius quaedam Compositum secundo pro ipsa secunda Intentione denominante, & sic est forma. Ad autem, quod con-

constituit tertium Prædicabile non est ipsa Differentia stricta, quatenus est secunda Intentio præcisè; sed est natura Differentialis, prout subiecta secundæ Intentioni Differentiæ, quæ quidem non est forma; sed Concretum.

5 Ad secundum concedo maiorem, quod Differentia Vniuocè prædicetur de suis Inferioribus: sed distinguenda est minor, Differentia inconcreta non prædicatur vniuocè, sed denominatiuè; sumpto ly denominatiuè pro prius, & in ripore, quatenus idem est, ac prædicari omni ex tra essentiam. Sic falsa est minor sumpto ly denominatiuè in lata significatione, quatenus idem est, ac prædicari extra essentiam, sed per modum qualis, sic vera est minor: prædicari autem denominatiuè hoc secundo modo non distinguitur à prædicari vniuocè; sumpta ea-

Differentia prædicatur denominatiuè, & similiter vniuocè

am Vniuocatione in lata acceptione, vt infra Prædicamentis latius explicabitur. & sic intelligendus est Ægidius; cum in vno loco inquit, Differentiam prædicari denominatiuè; & in alio loco ait, prædicari vniuocè.

6 Ad tertium. Sic est Intelligendum illud axioma Philosophicum, Propter quod vnumquodque, &c. quando illud est tota causa, id verum est: sed quando nō est tota causa, non sequitur: nam homo est ebrius propter vinum, sed quia vinum non est tota causa: non sequitur, quod vinum sit magis ebrium; ita ad propositum; Differentia in abstracto non est tota causa, quare Differentia inconcreto sit Differentia: & propterea non sequitur, quod si Differentia prædicatur in concreto, quod multo magis debeat prædicari in abstracto.

# QVAESTIO QVARTA

# DE

# PROPRIO

IAM aggredimur Primum Principium extrinsecum compositionis Dialectici, quod est quartum in Ordine Predicabile, & ab intellecta Logico vocatur Proprium: de quo agens Porphirius diuidit totum caput de Proprio in duas Partes, & in Prima tradit quatuor acceptiones Proprij: in secunda vero solam quartam acceptionem de proprium quarto modo sumpeum docet, esse Proprium quartum Predicabile: & tertias vero acceptiones valde esse communes aliis Accidentibus. Quia tamen quicquid de Proprio dici potest, ad duo tantum capita possunt reduci, & pertinere possunt; vel ad Proprium secundum se, vel ad Proprium vt est Predicabile: ideo Quæstionem hanc in duos tantum sequentes Articulos diuidemus.

QVÆSTIONIS QVARTÆ

De *Proprio*.

*Articuli Duo.*

*Articulus I.*
*De Proprio secundum se.*

*Artic. II.*
*De Proprio vt est Predicabile.*

ARTICVLVS PRIMVS

*De Proprio secundum se.*

De Proprio secundum se, & absolutè sumpto, quatuor tantum modo sequentia dubia sunt videnda.

---

ARTICVLI PRIMI

*De Proprio secundum se.*

*Dubitationes Quatuor*

*Dub. I.*
*An proprium secundum se sit*

*si proprie Vniuersale, distinctum ab accidenti?*

*Dub. II.*

*V. Proprium constituat gradum tertium Predicabile sólum secundum quartam acceptionem, an etiam secundum alias tres Praedicabilis?*

*Dub. III.*

*An Diffinitio Propriè assignata tacto à Porphirio, tum etiam à Philosopho sit recta?*

*Dub. IV.*

*V. Dentur Propria Gratiæ?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### *An Proprium secundum se sit propriè Vniuersale, distinctum ab Accidenti?*

1 SVb hoc uno titulo tria quærimus. Primum est, an Proprium sit Vniuersale secundum se, supposito, quod Proprium sit Vniuersale, an sit Vniuersale propriè, sicut tria iam explicata Praedicabilia tertium, supposito, quod proprie sit Vniuersale, an sit distinctum ab Accidente?

*Sub hoc titulo tria quæruntur.*

2 Et quo ad primum videtur, quod Proprium non sit Vniuersale: nam omne Vniuersale debet esse pluribus commune, sed Proprium non est commune pluribus, alias non esset Proprium, ergo Proprium non est Vniuersale.

3 Quod vero Proprium non sit Vniuersale propriè sicuti reliqua Praedicabilia sic potest probari, & hoc ratio potest etiam fieri ad probandum, quod Accidens non sit Vniuersale propriè. Vniuersalitas analogicè dicitur de omnibus quinque Praedicabilibus, ergo Proprium, & Accidens non sunt proprè Vniuersalia, sed potius dicuntur talia per attributionem ad tria prioria. Consequentia inquit, quia minus analogata non participant rationem analogi ita propriè, sicut Analogatum principale, probatur modo antecedens: Substantiæ, & Accidenti nihil potest dari commune Vniuersum: ergo Vniuersalitas non potest dici euidenter de omnibus Quinque Vniuersalibus, ergo Analogicè, ergo minus propriè de Proprio, & Accidenti, quam de alijs.

4 Quadrandem Proprium non sit distinctum ab Accidente, suaderi sic potest cũ

Boetio, dicente, quod omne Proprium manat de Genere Accidentis, ergo Proprium est Accidens. Nec valet dicere, quod Proprium distinguitur ab Accidente, quia proprium conuertitur cum eo, cuius est proprium: nam conuertibilitas non potest distinguere vnum Predicabile ab alio: quia Differentia infima etiam conuertitur cum Specie, quam constituit, & tamen non distinguitur à Differentia subalterna, quæ non conuertitur cum speciebus, de quibus predicatur.

3 Communis tamen, & vera Sententia, quam etiam docet Aegidius in 1. Vniuersalium cap. de Proprio pag. 12. col. 2. est, quod Proprium est vnum ex Quinque Predicabilibus, & est Proprium Vniuersale, & ab Accidente est distinctum. Probatur prior pars: Proprium predicatur de pluribus, ergo Proprium est Vniuersale.

Proprium est Vniuersale.

6 Quod propriè, & in Omni rigore Proprium sit Predicabile, sic probatur, quia quamuis Vniuersalitas rei, seu Vniuersalitas naturæ intrinsecæ, quæ conuenit illi independenter ab intellecto, analogicè dicatur de Quinque Predicabilibus: Vniuersalitas tamen, quæ conuenit naturæ, præcisiuè ejicitur secundæ Intentioni, bene dicitur vniuocè de vtrisque naturis: Quod verò Vnum Predicabile ingrediatur essentiam suorum Inferiorum, aliud verò præcedenter extra essentiam, sue potius se teneat ex parte Differentiarum cuiuslibet Predicabilis, quam ex parte rationis Generica, videantur quæ dictaſunt in Disp. de Vniuersalibus in communi q. 3. art. 2. dub. 1.

Proprium est Vniuersale in omni rigore Vniuersale prædicabile

7 Quod tandem Proprium sit Vniuersale, distinctum ab Accidente, ostendit Aegid. vbi sup., adnotando primo, quod duplex est Accidens, aliud est, quod habet causam determinatam in Subiecto, & consequitur formam, seu essentiam eius, & hoc semper conuertitur cum eodem subiecto, & dicitur Accidens Proprium: aliud verò est Accidens, quod in Subiecto habet causam communem, nec dimanat ab essentia Subiecti, & hoc non conuertitur cum subiecto: vnde dicitur Accidens Commune per quæ iam patet, quomodo Proprium sit Vniuersale, distinctum ab Accidenti.

Proprium est Vniuersale distinctum ab Accidente.

8 Ad Obiectiones Respondetur se concessa maiori.

ri, quod omne Vniuersale debet esse commune: Ad minorem, quando dicitur, quod Proprium non est commune, distinguendum est, duplex est Proprium, aliud est Proprium vnius individui, vt Proprietas Petri, Ioannis, &c. & hoc quidem non est commune; nec Vniuersale. Aliud est Proprium Vnius speciei; & hoc licet sit Proprium speciei; est tamen commune individuis illius speciei. Ad secundam, & tertiam obiectionem patet solutio per iam dicta.

n. obiectionib' inclusa rium.

## DVBITATIO SECVNDA

*Vtrum Proprium constituat quartum Predicabile solum secundum quartam Acceptionem, an etiam secundum alias?*

1 VIdetur, quod Proprium cõstituat quartum Prędicabile secundum omnes acceptiones: & primo probatur, quod secundum primam acceptionem. Esse Logicum, vel Philosophum absolute sit Accidens commune; aptitudo tamen, & potentia ad quamcunq; scientiam vel artem proprie conuenit homini, vt nulli alteri speciei valeat conuenire: ergo hoc, quod est esse capax scientiarum, ab ipsa hominis essentia, & natura dimanat: vnde Aristot. ait; omnis Homo naturaliter scire desiderat, si omnis Homo habet aptitudinem, & inclinationem in ad scire, ergo &c.

2 Probatur secundo de Proprio iuxta secundam Acceptionem; Quæ necessario conueniunt, non sunt Accidentia communia, de quorum ratione est, quod contingenter conueniant, ergo sunt Accidentia Propria, quæ essentialiter habent, vt necessario conueniant alicui: si ergo Proprium in secunda acceptione conuenit omni, & semper, ergo necessario conuenit, & ex consequenti pertinet ad quartum prædicabile.

3 Probatur tertio de Proprio secundum tertiam acceptionem idem de eo, quod conuenit omni, & Soli; sed non semper; vt Canescere, id, quod conuenit omni, & Soli, dimanat ab essentia illius, cui conuenit, ergo pertinet ad Quartum Prædicabile; quod vero non semper conueniat, id prouenit, quia in subiecto non semper reperitur dispositio ad talem ema-

emanationem?

Sententia subsistenda.

† Sententia tamen communis, & Vera est, solummodo Proprium quarto modo sumptum constituere quartum praedicabile, Proprium vero secundum duas priores acceptiones pertinere ad Quintum Praedicabile. Haec sententia primo probatur authoritate Philosophi 1. Thop. c. 4. Vbi Diffiniens proprium, sic ait; *Proprium est, quod non indicat quid est esse rei, sed soli inest, & convertitur praedicatur.* Quae Propij Diffinitio non nisi Proprio Quarto modo sumpto conuenit, imo de Proprio in prima, secunda, & tertia Acceptione docet idem Aristoteles supra citato, quod expresse non pertineat ad quartum Praedicabile, sic enim ait: *Nomen enim Proprium dicit, quod competit alicui rei, soli, non tamen omni, sed uni soli.*

Resp. ad 1. m.

5 Fetes, cur ergo Porphirius in hoc capite mentionem fecit de Proprio iuxta primam secundam, & tertiam acceptionem? Respondetur, quia Proprium iuxta tres Priores acceptiones aliquam habet similitudinem, & Analogiam cum Proprio, quarto modo sumpto, cui quia similitudine melius cognoscitur natura veri Proprij.

6 Ad argumenta in contra-

Resp. ad 2. m.

riam Respondetur, & ad primam dicimus verum esse aequalitatem in Veritate ad scientias inevenisse Proprium passionem, sed hoc modo non pertinet ad Proprium primo modo, sed potius ad Proprium quarto modo, quia est proprium dimanans ab essentia hominis specificati, vero sit Semo de aptitudine particulari illa est proprietas individuorum, neque omnibus conuenit; & ideo non erit Proprium simpliciter, sed Accidens commune, pertinens ad quintum praedicabile.

7 Ad secundum Respondetur, quod non omne illud, quod alicui conuenit necessario, est proprij passio illius. Accidens enim commune inseparabile necessario conuenit subiecto, & tamen nō est propria passio, sed illud tantum potest dici Proprium quarto modo, quod necessario conuenit alicui, ita vt semper illud denominet, extra suam essentialiter & separatum per Dei potentiam a subiecto, nisi poterit in suo esse contrarium, imo si diuinitus nō impediatur, necessario dimanet ab essentia subiecti, cum ergo esse bipedem nullum horum habeat, hinc fit, quod licet necessario conueniat, non tamen pertineat ad quar-

quartum prædicabile.

8 Ad tertium Respondetur, duplicem esse Proprietatem, alteram specificam, quæ dimanat ex principijs essentialibus speciei, quæ sunt Genus, & Differentia, alteram individualem, quæ oritur ex complexione individuali, ad quam concurrunt humores, & Qualitates, & dispositiones materiæ: vnde sequitur, quod illa semper conueniat, quia essentia specifica eodem modo semper se habet, individualis vero non semper conuenit, quia non semper humores sunt in eadem dispositione: vnde non vocatur proprium simpliciter, sed potius Accidens commune.

## DVBITATIO TERTIA

*V. Diffinitio Proprij assignata tum à Porphirio, tum etiam ab Aristotile sit sufficiens, & exacta?*

1 Sic Porphirius in præsenti capite Proprij diffinit. *Proprium est quod Conuertitur cum, Sit, & semper & cum omni predicatur.* At Boetius vero 1. Topic. c. 4. de eodem Proprio loquens hæc ait. *Proprium est quod non indicat quid sit esse rei, Sed extra ipsa inest, & conuertitur predicatur.*

2 Quod vero vtraque hæc Diffinitio non sit sufficiens, multipliciter facile probari, sed primo, quia deficit explicat, an Proprium sit Predicabile Vniuersale, vel ne: imo per vltima verba striçtè quæ significari videtur, quod Proprium non sit Vniuersale; quia quod cum alio conuertitur, est ibi quale: Vniuersale autem non est quale cum eo, de quo prædicatur, sed potius relatum illius est superius, ergo vtraq; Diffinitio est insufficiens.

3 Tertio. Dantur Propria Generica, quæ dimanant ab essentia Generica, vt esse diuisibile, esse æquale, esse mobile, &c. quæ non conuertuntur cum vna tantum specie: imo prædicatur de pluribus Differentibus Specie: ergo male dicitur in vtraq; Proprij Diffinitione, quod conuertitur, &c.

4 Propter hæc argumenta non desunt ex Recentioribus, qui dicant, datas Proprij Diffinitiones esse imperfectas, & insufficientes: sed admissa illa diffinitione, quæ omnes admittunt inter Prædicata Topica, & Prædicabilia, facile nunc vtrefolueredu-

Conclusio subiuncta.

dubitationem præsentem: Dicimus ergo Diffinitionem Proprij traditam à Porphirio, & ab Arist. rectam, & sufficientem esse de Proprio, quatenus est Predicatum Topicum: non vero intelligendã esse de Proprio, quatenus est Vniuersale predicabile. huius dicti veritas, pars facile satisfaciendi potest ex Differẽtia, quæ communiter cõstituit Solet inter Predicata Topica, & Vniuersalia Predicabilia. Etenim Predicata Topica desumũtur penes prædicari intra essentiam, vel extra essentiam de subiecto communi; vel penes prædicari conuertibiliter, vel inconuertibiliter de subiecto communi: quod Predicatur intra essentiam conuertibiliter, est Diffinitio, ad quam reducitur Differentia infima, cum predicatur de Specie, quam constituit: quod vero prædicatur intra essentiam inconuertibiliter, est Genus. Rursus quod prædicatur extra essentiam conuertibiliter, est Proprium, quod vero prædicatur extra essentiam inconuertibiliter, est Accidens. Sed cum Proprium Diffiniatur tam à Porphirio quam ab Arist. semper Diffinitur per ordinem ad Speciem, de qua predicatur extra essentiam conuertibiliter: ergo vtraq; Diffinitio de Proprio rectè est, & applicetur, & intelligatur de Proprio, quatenus est Predicatum Topicum.

5 Non est vero eadem Diffinitio adæquata, si applicetur ad Proprium, quatenus est Vniuersale predicabile: quia omne Vniuersale Predicabile est secunda intentio, quæ habet respicere plura inferiora saltem aptitudine. ergo cum neutra Diffinitio detur per prædicari de pluribus inferioribus; sequitur, quod neutra Diffinitio applicari potest ad Proprium, quatenus est Vniuersale Predicabile.

6 Perhæc facilè est solutio ad obiectum. Ad primum cõcedimus, per neutram Diffinitionem explicari, an Proprium sit Vniuersale predicabile: explicatur autem esse Predicatum Topicum.

7 Ad secundam Obiectionem respondebimus in dubitatione sequenti.

## DVBITATIO QVARTA

### *Vtrum dentur Propria Generica, quæ prædicẽtur de pluribus Differentibus specie?*

1 HÆc Dubitatio controuersiam habet nonnullam; quia pro parte Ne-

Negatiua, quod non sint admittenda huiusmodi Propria Generica, est non solū Porphirius, sed etiam Arist. qui ambo Diffinientes Proprium per predicari conuertim, annūt, nullum esse Proprium, quod non prędicetur conuertibiliter cum specie, & ex consequenti videntur supponere, non dari Propria Generica nam si hęc darentur, male vterq; Philosophus diffiniisset Proprium per prędicari conuertim.

2 Pro parte tamen opposita sunt ceteri omnes Philosophi tum Antiquiores tum etiam Recentiores, imo est etiam ipsa ratio: nam ē Proprium est illud, quod dimanat ab essentia rei, & Quelibet essentia est duplex, alia specialissima, & alia specialissimæ subalternæ: sequitur quod sicuti ab essentia speciei specialissimæ dimanant Accidentia propria ita ab essentia speciei subalternæ fluent etiam Accidentia Propria: ergo adeo sicuti datur Propria specifica, quę conuertūtur cum specie specialissima, ita necessario concedi etiam debent Propria Generica, quę non cum vna tantū specie conuertantur; sed etiam prædicentur de plurib⁹ speciebus.

3 Adiungi etiam potest, quod etiam ipsa Genera Generalissima habent Proprietates, & proprias Passiones, idque expresse docet Philosophus in Prędicamētis, dicēs in Prędicamento substantiæ proprium esse Substantiæ Accidentibus subesse: & in Prędicamento Quantitatis, Proprium est Quantitati, vt per eā dicamur equales, velanequales: sicut Proprium est Qualitati, vt per eā dicamur similes, vel dissimiles: ergo in sententia Aristotelis quoq; Genera Generalissima habent proprias passiones, ergo non solum admittenda sunt Propria infima, sed etiam videntur concedenda esse Propria subalterna.

4 Nihilhominus communis Præceptor Ægid. satis doctè (vt solet) loquitur de Proprio in libro Vniuersalium cap. de Propr. pag. 12. col. 2. ex cuius doctrina facili negotio colligi potest sufficiens diffinitio, ad conciliandam vtramq; partem oppositam. Docet siquidem Doctor vbi supra, quod omne Proprium ex sententia Boetij manat de Genere Accidentis, & sic ipsum Proprium etiam est quodā Accidens: Est autem diffinctio inter Proprium, & Accidens in hoc, quia Accidens, quod habet causam determinatam in subiecto, & conse-

quitur forma eius, dicitur Accidens Proprium, & constituit Quartum Predicabile. Accidens vero, quod habet in subiecto causam communem, & constituit Quintum Predicabile; cuius ratio assignari potest, quod licet Accidens quanto magis recedit à causa communi, & accedit ad causam determinatam, tanto magis est Accidens Proprium: è contra, quanto magis recedit à causa determinata, & accedit ad causam communem, tanto magis est Accidens commune: quia sicuti se habet simpliciter ad simpliciter, sic se habet magis ad magis: ergo si simpliciter loquendo in hoc distinguitur Proprium ab Accidenti, quod Proprium habet in subiecto causam determinatam: Accidens vero habet in subiecto causam communem; quanto magis Accidens in subiecto habebit causam determinatam, tanto magis erit Accidens Proprium & pertinebit ad Quartum Predicabile: è contra vero, quanto magis Accidens in subiecto habebit causam communem, & indeterminatam, tanto magis erit Accidens commune, & spectabit ad quintum Predicabile.

5 Et quia Accidens, quod consequitur, & dimanat ab essentia speciei specialissimæ, magis recedit à causa communi, & accedit ad causam determinatam, ideo Inseparabile Accidens magis est Accidens Proprium, quam Accidens commune, & magis constituet Quartum Predicabile, quam Quintum. Accidens vero, quod dimanat ab essentia speciei subalternæ, quia magis recedit à causa determinata, & magis accedit ad causam communem, ideo tale Accidens potius erit Accidens commune quam Accidens Proprium, & magis pertinebit ad quintum predicabile, quã ad Quartum.

6 In Schola, ergo Ægidii Propria Generica nec omnino admittuntur, nec simpliciter denegantur, sed admittuntur cum hac tantum conditione, quod illa non sint distincta ab Accidente communi.

7 Et cũ hac distinctione ſſ

## Concordia Opinionvm

Dum Philosophus, & Porphirius Diffinientes Proprium, denegant Propria Generica, intelligẽdi sũt de Proprio, qd in ripore spectat ad Quartũ Prædicabile: dum vero alicubi illa concedunt, intelligen-

di

dicunt de Proprio, quod spectat ad Accidens commune.

8 Et per hæc patet etiam solutio ad illud vltimum argumentum, quod hic solvendum remisimus sine dubitatione: Quando enim dicitur, quod dantur Propria Generica, quæ non conuertuntur cum vna tantum specie; id quidem verum est de huiusmodi Propria Generica non spectant ad quartum Predicabile, seu ad illud predicatum Topicum, quod diffinitur in illis diffinitionibus: cæ Propria Generica non habeant causam determinatã: sed fortè in subiecto eadem Propria habent causam valde communem, ita potius pertinent ad Accidens commune, quam ad Proprium.

## ARTICVLVS SECVNDVS

## De Proprio vt est Predicabile

SVpponimus quod Proprium per ordinem ad Speciem non est Vniuersale Predicabile cum vt sic non respiciat plura: sed est Predicatum Topicum, cum predicetur de subiecto accidentaliter de Proprio quatenus tale, & quatenus etiam est Predicabile superest resoluenda Vnica Dubitatio sequens.

## ARTICVLI SECVNDI

## De Proprio Quatenus Predicabile.

### Dubitatio Vnica.

*An Proprium quartum Predicabile predicetur Vniuoce, an vero denominatiue de suis inferioribus?*

1 IN hac dubitatione Porphirius pugnat cum Aristotele: nam Philosophus in libro Predicamentorum docet aperte, quod nil eorum, quæ sunt in subiecto, predicatur nomine, & ratione, ergo cum Proprium sit Accidens, & Accidens sit in subiecto, ex Mente Aristotelis Proprium non predicatur vniuoce, quia non predicatur nomine, & ratione.

2 Ex alia vero parte author horum Predicabilium Porphirius, adducens in textu cõuenientiã inter Genus, & Proprium, hæc ait (*Omnia autem ista bis, & Vniuoce prædicari, Genus de Propriis (præterea & Proprium de his, appetitum pẽ vniuoce*) Quasi diceret quod in hoc conueniunt Genus, & Proprium, quod vtrũque illorum predicatur Vniuoce: nam Animal predicatur

Porp. in affirmat.

cis vniuoce de homine, & de Cane, & *Proprium* vniuocè etiam predicatur de Sorte, & de Platone.

Ægid. declarat Porph. & Arist.

3 Sed fundamentarius Aegidius Vtrum; Philosophum sic defendit: quodlibet vniuoca duo sunt, primum est, quod ipsum vniuocum predicetur de pluribus nomine, & ratione tota essentiam eorum, de quibus predicatur secundum est, quod equaliter participetur ab illis, ad Differentiam Analogi, quod per prius dicitur de vno, quàm de alio: Rursus Vniuocatio duplex est, sicut etiam denominativa; altera est Vniuocatio *Propria*, & in rigore; & hæc contenit solum substantijs; altera est Vniuocatio largè sumpta, & hæc potest competere Accidentibus: quatenus essentia Accidentis equaliter participatur à suis inferioribus. Similiter denominatio seu predicari denominativè adhuc dupliciter sumi potest; primo quatenus predicari denominativè est predicari omnino extra essentiam; & hoc solum competit Accidentibus: secundo quatenus predicari denominativè est predicari intra essentiam, sed admodum accidentis, & hoc modo etiam substantijs potest competere predicari denominativè.

4 Hac autem distinctione supposita sit

## Conclusio Quinta.

*Proprium Prædicatur vniuocè*, i. equaliter, seu vniuocatione largè sumpta, quatenus equaliter participatur ab omnibus contentis sub illa specie, cuius est *proprium*; i. hoc conuenimus cū Porphirio, sed *Proprium* non prædicatur vniuocè vniuocatione *Propria*, & in rigore, sed potius denominativè, i. *Proprium* non prædicatur intra essentiam de inferioribus speciei, cuius est *Proprium*: nam Vniuocatio *Propria* tantum est in substantijs, & quia *Proprium* non est substantia, sed ve dicebat Boetius, manat de Genere Accidentis: ideo *Proprium* in rigore non prædicatur Vniuocè, sed potius denominativè, & in hoc sequimur Aristotelem; hæc satis de Proprio.

QVÆ-

# QVAESTIO QVINTA
# DE
# ACCIDENTE
# COMVNI.

EGimus iam de Accidente Proprio, quod in subiecto habet causam determinatam, & diximus esse Quartũ Prædicabile: nunc tandem prosequendum est de Accidente, quod in subiecto habet causam indeterminatam, & vocatur Accidens commune: De quo Agens Porphirius, primo dat de Accidenti tres Diffinitiones, secundo tradit quándam eiusdem Accidentis diuisionem; tertio tandem tacitæ obiectioni respondet. Hæc autem omnia, & quæ Porphirius de Accidenti docet in textu, nos duobus sequentibus Articulis concludemus.

## QVÆSTIONIS VLTIMÆ
## De Accidente communi
## Articuli Duo.

*Artic. I.*
*De Accidente communi, quatenus est Diffinitum, & Diuisum à Porphirio.*

*Artic. II.*
*De Accidente communi, quatenus est quodam Prædicabile.*

## ARTICVLVS PRIMVS.
## De Accidente communi quatenus est Diffinitum, & Diuisum à Porphirio.

CIrca Accidens, quatenus est quodam Diffinitum, examinabimus duo, & vnum aliud addemus circa Accidens quatenus est quodam diuisum; vnde præsentem articulum tribus sequentibus dubitationibus absoluemus.

AR-

## ARTICVLI PRIMI

### De Accidente quatenus est Diffinitum, & Diuisum.

### Dubitationes Tres

*Dub. I.*

*V. Sub Diffinito illarum Diffinitionum, quas Porphyrius assignat de Accidente, comprehendatur etiam Substantia?*

*Dub. II.*

*An prima Diffinitio Accidentis tradita à Porphyrio, sit exacta?*

*Dub. III.*

*An Diuisio Accidentis in Accidens separabile, & in inseparabile, sit sufficiens?*

## DVBITATIO PRIMA

*V. Sub Diffinito illarū Diffinitionum, quas Porphyrius assignat de Accidente comunitati, comprehendatur etiam Substantia?*

1 POtissima ratio dubitandi fuit potest ex duplici capite primo, quia Substantia quatenus conditionatur ab Accidente, est Ens per se, ergo Substantia non inest, nec potest inesse alicui subiecto, cum hoc tantum sit proprium Accidentis, secundo Accidens commune non est Genus, nec est species, nec est Differentia; inest autem subiecto: ergo Genus, Species, & Differentia, quæ sunt Praedicata substantialia, non possunt suscipere denominationem Accidentis communis: & ex consequenti Substantia: Substantia non comprehenditur sub diffinito illarum diffinitionum, quas Porphirius assignat de Accidente comuni.

2 Pro Decisione tamen difficultatis obseruandum est, quod Substantia secunda duplicitet potest esse in alio: primo in alio, tanquam in proprio inferiori, ita vt in illo, vel dicat totam essentiam determinatè, vt species, vel indeterminatè, vt Genus, vel partem essentiæ vt Differentia; & hoc modo Substantiæ secundæ nullatenus pertinet ad Accidens comune. Secundo modo potest secunda Substantia esse in alio aliquo in subiecto, ita vt essentia secundæ Substantiæ sit diuersa ab essentia subiecti, & ita diuer-

dicentia de vnum possit simpliciter intelligi sine alio: & hoc modo Substantia potest inducere rationem Accidentis Communis: Vnde quando dicimus, Rationale est Animal; talis predicatio est Accidentis Quinti Predicabilis, quia Animal, quod est Substantia secunda, ita est in Rationali tanquam in subiecto, vt essentia Rationalis possimus dicentia abessentia Animalis, & vnum simpliciter possit intelligi sine alio; vt bene declaratum in eo posimo tractatu in lib. Vniuersalium.

3 Hac obseruantia, præmissa sit nostra conclusio, Sub Diffinito illarum Diffinitionum, quas Porphirius assignat de Accidente communi, comprehenditur etiam Substantia secunda siue sit Genus, siue sit Species, siue etiam sit Differentia, ita vt non solum Accidentia, sed etiam Substantiæ secundæ possint suscipere denominationem Quinti Predicabilis. Hæc assertio communis est apud Omnes, & licet aliquibus sit valde difficile assignare rationem veluti à priori, qua possit eadem conclusio suaderi; Schola tamen nostra efficaciter sic probatur. Quotiescunque aliquid Predicatum siue sit Accidentale, siue Substantiale, est in alio tanquam in subiecto, ita vt essentia Vnius simpliciter sit extra essentiam alterius, & vnum simpliciter possit intelligi sine alio; tunc illud predicatum siue sit Accidentale siue Substantiale, semper induit rationem quinti Predicabilis: nam hoc tantum intelligimus per ly *adesse*, & *abesse præter subiecti essentiam*, affirmari vel negari de aliquo Subiecto, ita vt essentia Predicati possit simpliciter intelligi sine essentia Subiecti; sed non solum Accidens, sed etiam Substantia Vniuersalis, & Substantia secunda potest affirmari, & negari de Subiecto, ita vt essentia prædicati sit distincta, & possit intelligi sine essentia Subiecti: ergo notum est non solum Accidens; sed etiam Substantia comprehenditur sub Diffinitionibus illarum Diffinitionum, quas Porphirius assignat de Accidente Communi: maior non indiget ampliùs declaratione; minor vero probatur, quia in omni illa propositione, in qua prædicatum est Substantia secunda & tamen idem Prædicatum est extra essentiam Subiecti, tunc essentia Substantiæ est simpliciter diuersa ab essentia Subiecti; & potest vnum simpliciter intel-

telligi sine alio ergo non solum Accidens; sed etiam Substantia potest affirmari vel negari de Subiecto, sine subiecti corruptione.

Nostra ôcl.ma gis robo ratur

4 Et potest hoc idem pluribus verbis comprobari quia siqui dicitur Accidens secundum esse, quod tamen potest vocari Substantia secundum dici, quatenus induit modum substantiæ, vt Accidens in abstracto: ita dicitur Substantia secundum esse, quæ tamen est Qualitas secundum dici, quatenus nempe induit modum Qualitatiuum, vt Omnis Substantia secunda, ergo sitem eadem Substantia secunda, quæ habet modum qualitatis, ea affirmatur de aliquo Subiecto extra essentiam illius, quæ haberet rationem Accidentis communis.

Rationi dubitandi

5 Ad Rationes dubitandi Respondetur, & ad illam ex primo capite de impropriam distinguendum est Antecedens, si Sermo sit de Substantia secundum esse, verum est antecedens; si vero sit Sermo de Substantia secundum dici antecedens est falsum, nam Substantia secunda licet quantum ad esse pertineat ad prædicamentum substantiæ, includit tamen modum qualitatiuum, vt superius ostensum est: ergo huiusmodi Substantia secunda de bene constitutis in alio tanquam in subiecto fatetur prædicatur, ita vt essentia prædicati distincta simpliciter ab essentia Subiecti, ea vnum possit intelligi simpliciter sine alio.

6 Ad aliam rationem desumptam ex Capite dicimus, quod Genus inquantum Genus sit per ordinem ad Species, & Species per ordinem ad Individua non possunt prædicari Prædicatione Quinti Prædicabilis: hoc enim esset confundere sufficientiam Prædicabilium; sed Genus, Species, & Differentia, quæ in ordine ad propria Inferiora constituunt vna prædicabilia Substantialia quando sunt in abstracto tanquam in subiecto omnino extra essentiam, & affirmantur vel negantur, salua semper Subiecti essentia: tunc huiusmodi prædicabilia Substantialia sapiunt Prædicationem Accidentis Communis

## DVBITATIO SECVNDA

*Virum Diffinitio Accidentis, tradita a Porphirio, sit Sufficiens?*

1 SIc Porphirius Accidens diffinit (*Quod ad-est, quod adest, & abest praeter subiecti corruptionem*) quam Diffinitionem non esse exactam, sic primo potest probari. Illa Diffinitio non conuenit omni contento sub Diffinito; sed non omne conuenit Accidenti inseparabili, ergo non est sufficiens. secundo Mors, quæ aduenit homini, non aduenit præter subiecti corruptionem homini: mo corrumpit hominem simpliciter: Combustio etiam corrumpit domum, cui aduenit, ergo male Porphirius diffinit Accidens, per ly Adest, & abest præter Subiecti corruptionem, cum data Accidentis Diffinitio competit alijs a Diffinito, quia humanitas adest, & abest a Verbo Diuino, præter Verbi corruptionem, & tamen Humanitas non est Accidens respectu illius; quia hæc prædicatio, (Verbum Diuinum est homo) non est Accidentalis, sed potius est prædicatio per se; præsertim in sententia S. Thomæ; nam esse hominis habitur ad esse Dei, & humanitas in Verbo est sicuti per esse Verbi.

2 Quarto, Si data Accidentis Diffinitio esset sufficiens, sequeretur, quod etiam Proprium Quarto Prædicabile pertineret ad Quintum Vniuersale: & sic nulla esset distinctio inter Proprium, & Accidens; probatur sequela, quia adest, & abest non debet explicari realiter; sed per cogitationem intellectus, sicut possit etiam cõuenire Accidenti inseparabili; Sed etiam in hoc sensu Accidens Proprium potest adesse & abesse præter Subiecti corruptionem; ergo si data Diffinitio Accidentis esset bona, sequeretur, nullam esse distinctionem inter Quartum, & Quintum Prædicabile; minor inde patet, quia si per Intellectum concipiatur homo absque risibilitate, non destruitur essentia hominis, quia risibilitas non est de conceptu, & quidditate hominis; sed est potentia illa, estq; eius propria Passio.

3 Sed Notandum, quod essentia cuiuscunque Accidentis etiam inseparabilis, & essentia Subiecti, cui ac-

cidens ineſt, ita ſimpliciter & eſſentialiter differunt, vt intellectus abſq; vlla deceptione poſſit ſimpliciter intelligere eſſentiam vnius, abſque eo, quod intelligat eſſentiam alterius; & ita affirmare, vel negare Accidens de Subiecto, vt verum ſit dicere, quod tale Accidens & adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. De Exemplum de Accidenti inſeparabili, in quo ſita eſt maior difficultas. Nigredo in Coruo Accidens eſt inſeparabile eam Coruus eſſe non poſſit ſine nigredine, nec minus intelligi ſine illa: quia tamen eſſentia Corui ſimpliciter eſt diuerſa abeſſentia nigredinis, & eſſe nigredinis eſt extra eſſentiam Corui, vt nec præſentia nigredinis conſtituat Coruum in ſuo eſſe, nec abſentia eiusdem nigredinis poſſit eiusdem Corui eſſentiam deſtruere; ideo etiam de nigredine Corui verum eſt dicere, quod adeſt, & abeſt præter Corui corruptionem. Et hæc explicatio mea videri eſt omni alia verior. Ad autem ſecundam hanc doctrinam ſiluerur diuiſio in Proprium, Quartum Predicabile, & Accidens Commune, inſequenti Dubitatione aperiemus.

4 Aduertendum Secundo, quod ly (*Adeſt, & abeſt*) ſint duo verba diſtincta, ita habent diuerſas terminationes, nec poſſunt habere vnam ſolummodo habitudinem: ſed ſicut ly (*Adeſt*) eſt verbum ſi *Nicolaus aly* (*abeſt*) ita vnum verbum habet terminationem, valde diuerſam ab alio. Eritque ſenſus dictæ Diffinitionis, quod Accidens quando adeſt ſubiecto, ſubiectum non conſtituit, nec ponit in eſſe, & quando abeſt, nec minus Subiectum corrumpit: quæ explicatio concordat cum Authoritate *Auguſtini* Parentis, qui loquens de Accidenti communi, ingnit. *Accidens eſt, cuius ſine Præſentia ſubiectum conſtituit, nec abſentia idem Subiectum deſtruit.* D. Aug.

5 His Obſeruatis. Hæc nostra concluſio omnibus communis, & vera. Prima Diffinitio Accidentis à Porphirio tradita, eſt vndequaque ſufficiens & exacta probatur quia per ly (*Adeſt, & Abeſt præter Subiecti corruptionem*) ita Accidens continetur in ſuo eſſe eſſentiali, vt per eandem Diffinitionem eſſentialiter diſtinguatur à quocunque alio, quod non eſt ipſum, ergo ita Diffinitio eſt exacta, cum ſententia tenet, probatur

Aſſertio vera.

antecedens: quia quod adest & abest præter Subiecti corruptionem, modo in notabilibus explicato, ita competit Accidenti communi, vt nulli alteri conueniat: imo per eandem Definitionem distinguitur Accidens commune a quocumque alio, quod non est ipsum.

6 Ad primum Argumentum in Oppositum, iam dictum est in Primo notabili, quomodo Accidens inseparabile potest ad esse, & ab esse à Subiecti corruptionem.

7 Ad secundum dictum est in secundo notabili, quod licet adsit, & abeat sint duo verba distincta, ita diuersas habent terminationes: quando ergo mors adest, occupat Subiectum, cui adeuntis sed Mors in tantum dicitur Accidens, quia nec Præsentia mortis Subiectū constituit nec eiusdem mortis absentia idem Subiectum destruit.

8 Ad Tertium negatur antecedens, quod data Accidentis Diffinitio competat alijs à Diffinito: ad Cuius probationem dicimus, quod Humanitas assumpta à Verbo siue existat per esse Verbi, siue non, semper prædicatur de Verbo prædicatione Quinti Predicabilis: quia essentia Humanitatis est cum sit extra essentiam Verbi: nec præsentia Humanitatis constituat Verbum: nec eiusdem Humanitatis absentia destruat idem Verbum. Ad vltimum insequentia Dubitationes satisfaciemus.

## DVBITATIO TERTIA

*V. Accidens recte diuidatur in Accedens separabile & inseparabile?*

1 VIdetur, datam Accidentis Diuisionē non esse sufficientem, primo quia *Accidens* secundum Porphirium duobus modis potest *esse* separati à Subiecto, videlicet secundum rem, & per *Intellectum*, ergo nullum *est* Accidens inseparabile: probatur hęc consequentia, quia Accidens inseparabile secundum rem *est* separabile per Intellectum.

2 Secundo si omne Accidens est separabile per Intellectū ergo data diuisio cōprehendit propriā Passionē quia hęc licet non sit separabilis secundum rem, potest ta-

tamen separari per intellectum ex quo sequitur, quod quartum Predicabile non sit distinctum à Quinto, quia Propria Passio est Accidens inseparabile secundum rem, & separabile per intellectum.

3 Supposita tamen illa doctrina, ex Rubio de sumpta, quam in precedenti dubitatione annimus: sed in presenti essentiam declaranda; Nota di Rubio. satisfacile salvare poterimus rationem Accidentis, tum etiam distinctionem Accidentis communis à Proprio. Obseruandum igitur, quod Accidens Commune negandum (illud si etiam inseparabile) est illud, cuius essentia simpliciter est diuersa ab essentia subiecti, ita vt nec presentia Accidentis sui constituat subiectum, nec absentia eiusdem valeat essentiam subiecti destruere: Sic non sic de Accidenti proprio, nam licet Proprium sit Accidens inseparabile à subiecto, & essentia Proprij sit aliquo modo diuersa ab essentia sui subiecti, cum subiectum sit Substantia, & Proprium sit Accidens: tamen essentia Proprij non simpliciter est diuersa ab essentia sui subiecti, quia Accidens Proprium in suo subiecto habet causam determinatam, & essentia Proprij habet necessariam dependentiam ab essentia sui subiecti: vade non est omnino extra intellectum subiecti: sed saltem est de intellecto secundo, & è contra, eo modo quo causa necessaria, & sui effectus determinans sunt sibi inuicem de intellectu secundo: Atq; adeo de Accidente Proprio non affirmam dicere, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem: quia sicut Præsentia Accidentis Proprij aliquo modo constituit suum subiectum in esse tam se determinate: ita absentia eiusdem vel alterius essentiam sui subiecti obtendit, vel aliquid esse distinctam.

Præsentia Accidentis proprij & Accidentis communis.

4 Quæ adnotatione premissa, Dicendum est. Accidentis Diuisionem in Accidens separabile, & inseparabile optimam esse: Quæ Assertio est sine illa controuersia communis, & vera; cuius ratio esse potest, quia vtrumque membrum diuisionis continetur sub Diuiso, & tantum continet totum diuisum, quantum continent membra diuidentia: nec vnum membrum diuisionis continetur sub alio, quia à parte rei vere datur Accidens realiter separabile à subiecto, vt albedo, esse album, nigrum, &c. & Accidens realiter inseparabile, vt

Assertio communis.

Rhedo Cleri, Nigredo Cor-
ui, &c.

3 Ad argumenta in contra-
rium Respondetur, & ad pri-
mum patet, falsum esse verum
membrum disiunctiuæ contai-
nere sub aliquam vere dictæ
Accidens separabile omnino
distinctum ab Accidenti in-
separabili. Ad secundum, &
simul etiam ad illud, quod
reliquimus pro solutione dubi-
tationis præcedentis, pa-
tet solutio per notabile dicta
positum.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *De Accidenti Communi, quatenus est quoddam Prædicabile.*

TAndem explicanda su-
per est sequens præsens
difficultas de Accidenti Co-
muni, quatenus est Prædica-
bile.

### DVBITATIO VNICA

*V. Accidens sit Vniuer-
sale essentialiter? &
Vnimodè? & quæ nã
sint inferiora Acci-
dentis communis?*

1 PRima sententia est
omnium fere Recen-

tiorum, Accidens esse essentialiter Vniuersale, non minus quam Genus, Species, & Reliqua Prædicabilia. Ita inter alios sub-
linet Mag. Brandisp. 9. de
Accidente sect. Vltima. His ta-
men, &c. Sanch. disp. 79 con-
clus. 2. & alij, quos ipse citant.
*Præcipuum autem fundamen-
tum pro hac sententia est*,
quia Genus per hoc, quod
prædicatur de pluribus Spe-
ciebus intra essentiam, est
essentialiter Vniuersale: ergo
etiam Accidens per hoc,
quod prædicatur de plenibus
subiectis extra essentiam il-
lorum, essentialiter erit Vni-
uersale formale. Antecedens
est certum: consequentia pro-
batur, quia hoc est de essen-
tia Accidentis communis, &
Prædicati extra essentiam in-
conuertibiliter; sicuti de es-
sentia Generis *est* prædicari
de pluribus speciebus intra
essentiam. Secundò, Ideo Ge-
nus essentialiter est Vniuer-
sale, quia essentialiter habet
respicere species tanquam
propria inferiora, & essen-
tialiter refertur ad species tã
quam ad propria correlatiua,
terminantia relationem
Generis. Sed Accidens Co-
mune essentialiter habet re-
spicere plura Subiecta
tanquam propria inferiora,
& essentialiter refertur ad il-

la

la, tanquam ad propria correlatiua, terminantia relationem Accidentis; ergo Accidens quatenus Predicabile essentialiter est Vniuersale formale. maior est veritimae: nec est assignabilis alia ratio, quare Genus sit essentialiter Vniuersale minor est manifesta.

2 Altera vero sententia docet, Accidens non esse essentialiter Vniuersale sed minus proprie, & per Attributionē ad Vniuersalia Substantialia; ita Pater Suarez 1. tom. met. disp. 6. q. 4. n. 4. Canterus cap. 4. Predicabilium, qui etiam profert citat Alexād. Aemon. & Alios Sunt; pro hac Opinione rationes sequentes. Prima: Vniuersale non dicitur Vniuoce de quinq; predicabilibus, sed Analogicè, ita vt ger prius dicatur de Vniuersalibus Substantialibus, quam de Accidentalibus, ergo Accidens (& idem hi Doctores sentiunt de Proprio) non est essentialiter Vniuersale sed minus propriè, quam Genus, Species, & cæteræ consequentia sequitur, quia minus Analogata non participant simpliciter rationem Analogam: probatur modo antecedens: quia Substantia, & Accidens nihil esse potest commune Vniuocum, sed inter naturas Vniuersales Genus, Species & Differentia sunt Substantiales: Proprium, & Accidens sunt Accidentalia: ergo, &c. Secundo: vel Status Vniuersales æqualiter dicitur de vniuersali Substantiali, & Accidentali vel per prius de vno quam de alio si hoc secundū, ergo Accidens non est essentialiter Vniuersale, si primū, ergo datur ens vnum cum Substantia, & Accidenti, quod est contra philosophū. Tertio. Omne id, quod est essentialiter Vniuersale, debet habere inferiora per se de quibus possit prædicari: sed Accidens Commune non habet propria inferiora, de quibus possit prædicari, ergo Accidens Commune non est essentialiter Vniuersale: maior patet nam Vniuersale est vnum in multis, probatur minor, quia si album v. g. haberet per se inferiora, illa maximè essent hoc, vel illud album vel individua; sed individua non sunt, quia individua sunt propria correlatiua speciei, neq; hoc, vel illud album; quia hæc sunt inferiora Albi, quatenus album constituit secundum Prædicabile: ergo Accidens non habet propria inferiora: & ex consequenti neq; est essentialiter Vniuersale.

1. pro 1. sententia

alia pro 2. sententia

3 Sed Vtriusq. concordia, ex his desumenda est, quę dicimus cum Ægid. tam in

disp.

disp de Vniuersalib' in Comun. q.3 art.2.dub.1. num etiam in Quæst de Genere ar.1.dub 2. & alibi vbi diximus, quod Vniuersale dupliciter potest considerari; primo quatenus est quædam res, quæ habet esse extra animam; & dicitur Vniuersale materiale, secundo potest considerari tanquã prima intentio subiecta secundæ intentionali predicabilitatis, quod habet esse in anima, & dicitur Vniuersale formale.

4 Nunc ecce

CONCORDIA OPINIONVM

Vniuersale primo modo Analogam ad quinq; Predicabilia: propter quod Accidens secundum hanc consideracionem non est essentialiter Vniuersale, & proprijssime, sed minus proprie, quam Genus, Species, & Differentia & in hoc Conuenimus cũ secunda sententia: Vniuersale vero sumptum secundo modo est Vniuocũ ad Quinque predicabilia non vniuocatione proprijssima, quæ cõuenit solum habentibus; sed Vniuocatione large sumpta quatenus etiam potest conuenire Accidentibus; & in hoc stamus cum prioribus.

Vniuersale extra animam est analogũ

Vniuersale vt est sua vltima intentioni est vniuocũ

tia. Expicto vtrumq; patrum. natura realis, quæ est à parte rei, si est Accidentalis, non conuenit, nec potest conuenire vniuoce cum natura Vniuersali Substantiali; quatenus etiam est à parte rei, quia Substantiæ, & Accidentia sunt à parte rei, nihil esse potest commune Vniuocum: ergo Vniuersale tãquam res, quod est extra animam, non vniuocè, sed Analogicè dicitur de natura Vniuersali Substantiali, v.g. de Genere, Specie, & Differentia: & de natura Accidentali nimirum de Proprio, & Accidenti.

5 Vniuersale vero tãquam prima intentio, subiecta secundæ intentioni prædicabilitatis, quod habet esse in intellectu, & dicitur Vniuersale formale, est eadem natura abstracta ab omni singularitate, & subiecta secundæ intentioni prædicabilitatis; & quia secunda intentio prædicabilitatis est quædam forma comunis, quæ ab intellectu tribuitur, & prædicatur secundum idem nomen, & secundum eandem rationem de pluribus naturis tam Substantialibus, quam accidentalibus, ideo Vniuersale formale quatenus est intentio secunda Prædicabilitatis, & habet esse in intellectu, vniuoce dicitur de omnibus naturis vni-

vniuersalibus, tam Substantialibus, quam Accidentalibus. Quia tamen illa secunda intentio, quæ prædicatur de quinq; prædicabilibus (Vniuersale Prædicabile, non est Substantia; sed Accidens rationis) non potest prædicari de pluribus vniuoce Vniuocatione propria, quæ tantum competit Substantijs sed prædicabitur vniuoce vniuocatione large sumpta, quatenus Vniuocatio dicit æqualiter participari, & potest competere Accidentibus: & in hoc sensu, accipimus Priorem Sententiam.

6 Si autem petatur, quæ nã sunt propria inferiora Accidentis Quinti prædicabilis? Respondetur, esse omnia entia realia, quatenus subiecta cæ secundæ intentioni subiectæ: vnde tam individua, quã species, & etiam Genera, vt induunt rationem subiecti, sunt propria inferiora Accidentis, & hæc satis pro hoc Primo Tractatu.

TRA-

# TRACTATVS SECVNDVS DE ENTE METHAPHISICO, QVATENVS DIVIDITVR in suprema decem PRAEDICAMENTA.

IAMVS iam de Ente Methaphisico, quatenus est compositum compositione Rationis: nūc agendum venit de eodem *Ente*, quatenus in *Suprema Decem Genera* dicatur; quia tamen quodlibet diuisum est quodam totum, sc. nullum totum perfectè cognoscī potest, nisi prius habeatur plena notitia partium; ideo nec ipsius Entis diuisi adequatam intelligentiam habere poterimus, nisi prius de ipsis membris, Entis diuidentibus, differamus: persolvemus ergo in præsi Disputatione insigni huic Secundum Tractatum.

SECVNDI TRACTATVS

*De Ente quatenus dividitur in Decem Praedicamenta*

*Disputationes Duæ.*

*Disput. I.*
*De Decem Praedicamentis, Ente Metbaphysicum adæquate dividentibus.*

*Disput. II.*
*De Ente Divisos*

---

DISPVTATIO PRIMA

*De Decem Praedicamentis, Ens Metb. adæquate dividentibus.*

PHilosophorum Princeps Aristoteles, quem huius libri Praedicamentorum inuentorem fuisse, docet communis scola consentit, in tres partes dividit totam de Praedicamentis tractationem: & in prima agit de Ente Praedicamentali: in secunda de Decem Generibus: in vltima tandem de postPraedicamentalium non vero quia de sex vltimis Praedicamentis sub vnica tantum Quæstione in hoc primo Thomas breui cõpendio disseremus: disputatum Deo dante latius de eisdem in libris Physicorum, & ideo solitam methodum obseruantes, totam hanc Dispotationem in septem præcipuas sequentes Quæstiones dividemus.

---

DISPVTATIONIS I.

*De Praedicamentis dividentibus Ens Metaphisicum*

*Quæstiones Septem.*

*Quæst. I.*
*De Ente Praedicamentis.*

*Quæst. II.*
*De primo Praedicamento substantiæ.*

*Quæst. III.*
*De Quantitate.*

*Quæst. IV.*
*De Praedicamento Relationis.*

*Quæst. V.*
*De Qualitate.*

*Quæst. VI.*
*De sex vltimis Praedicamentis.*

*Quæst. VII.*
*De Postpraedicamentis.*

---

QVÆSTIO PRIMA

*De Ente Praedicamentis.*

PRimam hanc de Ente præ dicamentis partem divi-

dit

cidit Arist. in Quinq; capita, in quorum primo tradit Diffinitiones Æquiuocorum, Vniuocorum, & Denominatiuorum, in 2. de his, quæ vel sunt in subiecto, vel de subiecto dicuntur, in 3. & 4. assignat tres regulas, in vltimo tandem sufficientiam demonstratiuæ diuisionis. Nos occasione desumpta ab eo quod inter Æquiuoca, & Vniuoca medium locum tenere Analoga, diuidemus hanc primam Quæstionem in tres sequentes Articulos.

## QVÆSTIONIS PRIMÆ

### De Ente Predicamentis

### Articuli Tres.

*Articulus I.*

*De Æquiuocis, Vniuocis, & Denominatiuis.*

*Artic. II.*

*De Analogia ad eorum.*

*Artic. III.*

*De Entitate, & sufficientia Predicamentorum.*

## ARTICVLVS PRIMVS

### De Æquiuocis, Vniuocis & Denominatiuis.

SVb hoc Articulo tria sequentia dubia sunt videnda

### ARTICVLI PRIORIS

### De Æquiuocis, Vniuocis & Denominatiuis

### Dubitationes Tres.

*Dub. I.*

*V. Æquiuoca sint Diffinibilia?*

*Dub. II.*

*V. Diffinitio Vniuocorum competat eisdem Denominatiuis?*

*Dub. III.*

*V. Omnis Vniuocatio sit vel Generis, vel speciei, an vero detur aliqua Vniuocatio transcendens?*

## DVBITATIO PRIMA

### Vtrum Æquiuoca sint Diffinibilia?

1 QVod Æquiuoca nõ sunt Diffinibilia, ea ratione probari potest, quia omne diffinitũ est Vniuocum: sed Æquiuoca non sunt Vniuoca ergo Æquiuoca non sunt Diffinibilia. Maior est certa, quia omne Diffi-

sanitum debet esse commune omnibus, sub quo possent illisque convenire secundum nomen, & rationem.

2 Certum nostra conclusio est: Æquivoca esse Diffinibilia, & optimè esse ab Arist. diffinita per ly, (Quorum nomen est commune, ratio vero substantiæ est diversa) Probatur facile: quia Æquivoca Æquivocantia, dupliciter sumpta Æquivoca quatenus subjiciantur secundæ Intentioni Æquivocationis, sunt communia omnibus vocibus Æquivocis, & secundùm unam rationem Prædicantur de pluribus; ergo Æquivoca sortiuntur Diffinibilitatem quod autem Diffinibile sit quod antea Diffinitio Æquivocorum ab Arist. tradita, sit exacta, inde probatur, quia habet omnes conditiones, ad bonam Diffinitionem requisitas: ut patebit, soluendo oppositam argumentationem.

3 Adquam distinguendo est minor: Æquivoca in ordine ad eorum significata, seu quatenus sunt res extra animam, non sunt Vniuoca, concedo minorem: Æquivoca Æquivocantia sub ea secunda intentione Æquivocationis, non sunt Vniuoca, nego minorem, ergo Æquivoca non sunt Diffinibilia, eodem modo distinguendum est consequens. Æquivoca in ordine ad eorum significata non sunt Diffinibilia, concedo consequentiam: quatenus sunt subiecta secundæ Intentioni Æquivocationis, negatur consequentia.

Vera conclu.

## DVBITATIO SECVNDA.

### *V Diffinitio Vniuocorum contineat etiã Denominatiua?*

1 RAtio dubitandi est, quia Denominatiua vt sic conueniunt pluribus secundum nomen, & rationem, significatam per nomen: ergo Diffinitio Vniuocorum conuenit etiam Denominatiuis: consequentia sequitur: probatur antecedens, Album v.g. est Denominatium, cum Denominationem sumat ab albedine: sed album dicitur secundum nomen, & rationem nedum de hoc, & illo albo; sed etiã de subiectis, habentibus albedinem: ergo Denominatium conuenit pluribus secundum nomen, & rationẽ, & ex consequenti Denominatum est Vniuocum: Quod autem Album prædicetur nomine, & ratione etiam de subiectis habentibus albedinem,

nem, ex eo patet potest, quia album prædicatur de pluribus subiectis prædicatio e Quinti Predicabilis: sed omnis talis prædicatio ē Vniuoca, ergo Denominatiuum vniuocè prædicatur; hoc autem si admittatur, sequitur euidenter alterum è duobus, vel quod falsa diffinitio Vniuocorum sit insufficiens, cum conueniat alteri à Diffinito, vel quod Vniuoca non sint diuisa à Denominatiuis, quorū vtrūque esset contra Philosophē.

2 Sed huic Dubitationi breuiter dicendum est, quod datur duplex Genus Denominatiuorum, & duplex pariter Genus Vniuocorum. Alterum Denominatiuum è proprium, estq; illud, quod omnino prædicatur extra essentiam suorum inferiorum, & hoc solummodo competit Accidentibus secundum esse: Aliud Denominatiuum est illud, quod prædicatur intra essentiam, sed admodum Accidentis, & hoc competit Et substantijs Vniuersalibus, præsertim Differentijs, quę quidem prædicantur intra essentiam suorum inferiorū, sed per modum Qualis, cum habeant modum Qualitatiuum, & dicantur Qualitates secundum dici. Sic Vniuoca sunt in duplici Genere;

Nota diligenter

Aliud Vniuocum est proprium & in rigore, & hoc simpliciter prædicatur intra essentiam suorum Vniuocatorum, propter quod hoc Genus Vniuocationis non conuenit nisi substantijs secundum esse: Aliud est Vniuocum in lata significatione, quod prædicatur extra essentiam Vniuocatorum, sed Æqualiter, seu admodum substantiæ, & hæc Vniuocatio competit et Accidentibus Vniuersalibus, quę habent modum substantiæ, propter quod dicuntur substantiæ secundum dici. Sicut ergo prædicari Denominatiuè proprie, & in rigore omnino extra essentiam inferiorum, ita competit Accidentibus, vt nullo modo cōpetat substantijs: & prædicari Denominatiuè intra essentiam, sed admodum Accidentis, competit etiam substantijs Vniuersalibus, quæ dicuntur Accidentia secundum dici: Ita prædicari vniuocè proprie, & in rigore, & intra essentiam Vniuocatorum, ita conuenit substantijs secundum esse, vt nullo modo conueniat Accidentibus; prædicari verò vniuoce extra essentiam, sed admodum substantiæ seu Æqualiter, conuenit etiam Accidentibus Vniuersalibus, quæ habent modum substantiæ, &

dicun-

dicantur substantiæ secundū dici.

3 Ex quo colligo, quod Vniuoca propria, & quæ in rigore sunt talia, non dicūtur simpliciter Denominationes in ista significatione sumptæ, quæ nimirum prædicatur intra essentiam; sed admodum Accidentia: sicut Denominativa propriè sumpta, quæ prædicantur simpliciter extra essentiam, nec omnino sunt diuersa ab vniuocis, sed sumptis, quæ prædicātur extra essentiam, sed equaliter, seu admodum substantiæ; quia si prædicari vniuocè propriè est prædicari nomine, & ratione, seu intra essentiam Vniuocatorum, tam prædicari Denominatiuè in lata significatione, est prædicari intra essentiam, quamuis admodum Accidentis. Et ñ prædicari Denominatiuè propriè, est prædicari omnino extra essentiam, iam prædicari Vniuocè Vniuocatione latè sumpta, est prædicari extra essentiam, quamuis equaliter, & admodum substantiæ.

4 Et per hæc patere potest solutio ad rationem dubitandi.

## DVBITATIO TERTIA

*An Omnis Vniuocatio sit vel Generis, vel Speciei, an vero detur aliqua Vniuocatio transcendens?*

1 EX his, quæ hactenus diximus in Disputatione præsenti 1. & 2. facilè resolutur dubium præsens; pro nunc tantum dicimus, quod triplex est Vniuocatio iuxta ea, quæ docet Ægid. in 4. Meth. qu. 3. Prima Vniuocatio dicitur propriissima. Secunda dicitur Propria. Tertia est communis. Prima, quæ est propriissima, tantum competit speciei specialissimæ. Secunda, quæ est propria, conuenit Generibus tantum. Tertia, quæ est communis, est ab vtroque transcendēs; hæc autem sic declaratur. Tota ratio Vniuocationis sumitur ab vnitate informis; vnde quæ nullo modo sunt vnum informa, illa simpliciter sunt Æquiuoca: possunt autem aliqua esse vnum in forma, tripliciter. primo ita vt forma simpliciter sit in omnibus, & Æqualiter participetur ab omnibus; & huiusmodi Vniuocatio tantum reperitur

Ægid. dat triplex Genus Vniuocationis.

Vniuocatio ppria tam in cõpte Generibus.

situr in specie specialissima, estq; Vniuocatio propriissima quæ tollit omnem Analogiam. Secundo possunt aliqua esse vnum in forma, ita vt forma sit in omnibus simpliciter: sed nobiliori modo in vno, quam in alio, & nunquam æqualiter participentur ab omnibus; sed ab vno perfectiori modo, quam ab alio; & hæc Vniuocatio solum competit Generibus: quia sola ratio Generis simpliciter est in omnibus speciebus cum hac inæqualitate, vt nobiliori modo sit in vna, quam in alia; vnde ait Philosophus, quod latent æquiuocationes in Generibus; & propterea hæc Vniuocatio non excludit omnẽ Analogiam. Tertio tandem possunt aliqua esse vnum in forma, ita vt forma sit quidem in omnibus, sed simpliciter in vno, in alijs vero secundum quid; & hæc Vniuocatio nec potest dici propriissima speciei, cum forma non participetur æqualiter: nec minus dici potest propria Generibus: cum eadem forma non sit simpliciter in omnibus inferioribus: sed potest dici Vniuocatio Communis seu trascendens; quatenus reperiri potest in aliquo, quod neque est Genus, neq; est species: dicitur autem Vniuocatio, quia sicuti omnis diuersitas informa, facit Æquiuocum, ita Vnitas informa facit Vniuocum: dicitur vero Vniuocatio communis seu trascẽdens, quia nõ distinguitur ab Analogia: nec vnitas formæ est simpliciter in omnibus; nec minus eadem forma, seu ratio, & conceptus significatus per nomen perfectè præscindit ab inferioribus.

Vniuocatio communis & trascẽdens.

2 Qua stante doctrina sit

## Concordia Opinionum

Nulla Vniuocatio propriissima, vel propria præcidit vel à specie, vel à Genere: sed sicuti propriissima tantum competit speciei; ita propria solum conuenit Generibus. In hoc sumus cum Thomistis: nec existimo in hac parte dissentire subtiles: vt mox ostendam; Adiungimus tamen, quod Vniuocatio communis, modo supra explicato, præscindat tum à Genere, tum etiam à specie: & potest dari aliquod Vniuocum (Vniuocatione communi) quod neq; sit species, neq; sit Genus. in hoc sequimur Scotistas: quibus in hoc sensu nec ipsi Thomistæ differebant. audite subtilem in q. 7. Vniuer-

salium

salium quæ ad totum consummatiuè quærit pro Scoto Sanctus pag. 173. Ge dicendum. Et primo sic aduertendum sèparatim de Scotistis, quod Vniuocatio quatuor habet gradus. Primus est, quando Vniuocatio habet idem nomen in suis Vniuocatis, eandem rationem, & eandem proprietatem, sicut species specialissima, vt puta homo. ( Ecce Vniuocatio proprijssima, quæ nam præscindit à specie) Secundus gradus Vniuocationis est, quando aliquid Vniuocatio habet idem nomen, eandem rationem, eandemque proprietatem, sed non habet eandem gradum perfectionalem, sicuti species ad Genus, vt puta animal ( Ecce Vniuocatio propria, quæ nec præscindit à Generibus ) Tertius gradus est, quando Vniuocatum habet idem nomen in suis Vniuocatis, & eandem rationem formalem, sed deficiunt duo vltimi, & sic est numerus. ( De hac gradu Vniuocationis est dictum Ægid. forte quia illum reflexit ad Vniuocationem propriam: nam forma nominis simpliciter est in omnibus; sed perfectionis modo in vno, vnam in alio ) Quartus gradus Vniuocationis est, quando deficiunt tres vltimi, & habet tantum primum, sicuti est Ens, nam Ens habet idem nomen, & eandem conceptum formalem Vniuocatis, non tamen habet eandem rationem formalem, nec eandem proprietatem perfectionalem gradum ( Ecce Vniuocatio communis, quæ præscindit à ratione Generis, & speciei ) An autem hic gradus Vniuocationis distinguatur ab Analogo, in suo loco apparebit.

3 Concludimus ergo, quod Vniuocatio proprijssima cum competit speciei; Vniuocatio Propria soli cum competit Generibus: Vniuocatio vero communis abstrahit tum à Genere, tum à Specie, & potest dici tràscendens: sed de hac re in locis suprà citatis.

## ARTICVLVS SECVNDVS

## *De Analogia in Communi.*

SOlent Doctores multa dicere de Analogia in communi: nos tamen Quatuor sequentia dubia quæsitissimè declarabimus.

( : 4 : )

AR-

## ARTICVLI SECVNDI

## De Analogia in Communi

### Dubitationes Quatuor.

*Dub. I.*

*Quid sit Analogia, & an ratio Analogiæ sit omnino distincta ab Æquivocis, & Univocis?*

*Dub. II.*

*Quotuplex sit Analogia, nimirum an præter Analogiam attributionis detur etiam Analogia proportionalitatis, ita ut una sit distincta ab alia?*

*Dub. III.*

*Utrum conceptus, & ratio significata per nomen Analogum intrinsecè, & formaliter saltem reperiatur in primo Analogato, & in cæteris per extrinsecam Denominationem?*

*Dub. IV.*

*Utrum omnia Analoga sint talia per Analogiam ad unum?*

## DVBITATIO PRIMA

### *Quid sit Analogia, & an ratio Analogiæ sit omnino distincta ab Æquivocis, & Univocis?*

1 PRimum ratio dubitandi est, quia Arist. agens de Æquivocis, & Univocis, nullam fecit mentionem de Analogis; ergo hæc nova sunt distincta ab vtrisq;. Deinde vel ratio, significata per nomen Analogum, est diuersa in inferioribus, vel est eadem: si diuersa, ergo Analogum non est dilectum ab Æquivoco: si est eadem, ergo Analogum est Vnivocum.

2 Magister Ægid. in 4. Metaph. q. 3. dat quandam doctrinam, scitu dignissimam, quæ si bene adtenemus, facile satis poterit declarari totum esse Analogiæ. Notandum igitur, quod tota ratio æquivocationis sumitur ex diuersitate formæ, idest si aliquod vnum conueniat pluribus per comparationem ad diuersas formas, illud dicetur de pluribus simpliciter æquivocè: si autem imponatur aliquod nomen pluribus per comparationem ad vnam solam formam: tunc vel illa forma æqualiter salvatur in illis, vel non æqualiter? Si primo modo tunc illud nomen omnino est Vnivocum: si vero illa vna forma, significata per nomen

Doct. Ægidij valde notãda.

ens æqualiter saluetur in plu-
ribus, id tripliciter esse po-
test, primo, ita vt illa forma
simpliciter saluetur in om-
nibus sed nobiliori modo in
vno, quam in alio: sic hoc
nomen Animal, quia ejus ra-
tio simpliciter saluatur in
omnibus Speciebus sed no-
biliori modo in homine, quã
in Asino, ideo hoc nomen
Animal dicit Vnivocum.
Secundo potest aliqua forma
inæqualiter reperiri in plu-
ribus, ita vt in vno sit sim-
pliciter: in alijs vero secun-
dum quid, vt ratio sanitatis,
quæ est forma, significata
per hoc nomen sanum, sim-
pliciter est in animali sano:
in urina vero, vel medicina
est tale secundum
quid, & propterea hoc no-
men sanum est Analogum.
Tertio tandem potest aliqua
forma inæqualiter esse in plu-
ribus: ita vt simpliciter in
vno: in alijs vero secundum
dicatur: vt forma significata
per hoc nomen, Homo, inæ-
qualiter dicitur de homine
vero, & de Homine picto: nã
de homine vero dicitur sim-
pliciter: at de homine picto
tantum per similitudinem.

¶ Et hæc hæc doctrina sit
maxime digna: & sufficien-
tissime explicet eorum esse
Analogia, nil hominum tamẽ
Præceptor Ægid. aliam cla-
riorem, & magis admirabilem
Philosophis docet, asserendo
dari esse distinctionem, aut ri-
bilitra, quod tota ratio
æquivocationis sumitur à forma
vnde si sit diuersitas informã
semper est pura æquiuocatio
si autem forma, significata
per nomen sit vna, tunc vel
est Vnitas formæ per predi-
cationem, vel est Vnitas for-
mæ per attributionem? Quã
do forma significata per no-
men, est vna per predicatio-
nẽ, & Vniuocatio quã vero est
vnitas formæ per Attributio
nẽ, est Analogia. Ad cognos-
cendũ autem quando forma
servatur per predicationem,
& quando per Attributionẽ?
dat Ægid. hanc regulam, qũ
quandocunq; aliqua sunt ta-
lia per aliquid, quod est in
eis: tunc semper vnitas for-
mæ est per Predicationem,
& est Vniuocatio; v. g. quia
omnia animalia dicũtur ani-
malia per id, quod est in eis:
propterea omnia animalia
dicuntur animalia Vniuocè.
Quando vero aliqua plura
sunt talia non per aliquid,
quod est in eis; sed per ali-
quid, quod est in alio: tunc
Vnitas formæ nõ est per præ-
dicationem, sed per Attri-
butionem: & quæ sunt vnum
in tali forma, non sunt vnum
Vniuocè, sed Analogicè tan-
tum. exempli gratia, Animal

Alia do
ctrina
de
Ægidio
magis
admirã
da Philo
phi

vi-

vrina, & medicina, dicantur Sana; sed non omnia dicuntur Sana per sanitatem, quæ sit in eis singulis; sed dicuntur Sana per sanitatem, quæ est in alio, sin animali; & propterea hoc nomen Sanum non Vniuocè dicitur de animali Sano, de vrina, & medicina; sed Analogicè tantum.

4 Et per hæc duo dignè notanda patet satis, quid sit Analogia, & quemodo ratio Analogiæ distinguatur ab æquivocatione; & Vniuocatione?

5 Ad rationes dubitandi per eadem notanda potest facile responderi. Ad primã dicimus, quod Arist. propterea agendo de æquivocis, & Vniuocis, nullam fecit mentionem de Analogis, quia Analoga tenent medium inter æquivoca, & Vniuoca.

6 Ad secundam respondetur, quod ratio significata per nomen Analogum nec est omnino eadem, vt in Vniuocis: nec est omnino diuersa, sed partim est eadem, & partim est diuersa; est eadem, quia forma Analogiæ est in omnibus; est vero diuersa, quia talis forma in vno Analogato est simpliciter, in alijs vero secundum quid; & per attributionem ad primum.

rationibus dubitandi

## DVBITATIO SECVNDA

*Quotuplex sit Analogia; & an præter Analogiam Attributionis detur etiam Analogia Proportionalitatis, ita vt vna sit distincta ab altera?*

1 PRima, & principalis Species Analogiæ dicitur Attributionis vnius ad aliud; seu plurium ad vnum, quia proportio, quam habet vnum ad aliud, seu plura ad vnum, est habitudo quædam seu conuenientia in forma, quam habet vnum vel plura ad aliud: & propterea hæc Analogia vocatur proportionis seu Attributionis.

2 Altera Analogia dicitur proportionalitatis: proportionalitas autem est similitudo duarum proportionum: vt cum dicimus sicut se habet risus hominis ad hominem, sic se habet floriditas prati ad pratum: & quod hæc Analogia proportionalitatis sit admittenda, nedum habet fundamentum in scientijs, in quibus sæpe sæpius

alteradicitur proportionalitatis

fiant huiusmodi proportionalitates, sed etiam in Sacra Scriptura: vnde à Doctoribus hæc Analogia proportionalitatis dividitur in propriam, & Methaphoricam, & propria est, quando ipsum nomen, in quo fit proportionalitas, propriè est Analogum. & hæc vbi methaphora reperitur in omnibus Analogatis, vt hoc nomen causa, sic methaphorica vero est, quando nomen Analogum propriè significat non Analogatum, sed per methaphoram transfertur ad impropriam; v.g. hoc nomen Frumentum propriè significat, quod seminatur integrum: methaphoricè vero significat Verbum Dei: vnde dicimus sicut se habet semen integrum ita Verbum Dei anima Dñi: ergo duæ Species Analogiæ: Altera est Attributionis, Altera est proportionalitatis.

3 Nunc præsens dubitatio est. V. Analogia proportionalitatis constituat distinctum Genus Analogiæ ab Analogia Attributionis? inqua Difficultate plures Recentiores affirmant. Ita inter alios Mag. Brunus in suis manu scriptis disp. 10. de Analogia sect. 2. Cajetanus & videtur ad eandem inclinare Ramus Tractatu de Analogia nu. 17. concl. 2. probatur autem hæc sententia sic. Hoc nomen causa secundum omnes non est Analogum, accipiendo æqualem respectu quatuor Generum causarum, ergo est Analogum: sed non est Analogum proportionis, ergo est Analogum proportionalitatis, & sic potest sic Analogia: sicut se habet causa efficiens ad suum effectum, ita reliquæ causæ ad suos effectus. Maior certissima est, quia ratio significata per nomen causæ, non æqualiter participatur ab omnibus causis probatur minor, quod si hoc nomen causa non sit Analogum Attributionis ad rationem Analogi attributionis, reperiretur necessario, vt ratio significata per nomen, simpliciter sit in primo Analogato, & in alio vero secundum quid: sed ratio causæ reperitur formaliter in omnibus causis, ergo hoc nomen causa non est Analogum attributionis, ergo est Analogum proportionalitatis.

Suarius hæret.

Bruntis Cajet. Ramus

4 Verum sententia probabilior, nobisq; sobllinenda, est, Analogiam proportionalitatis non esse distinctam ab Analogia attributionis; nec constituere distinctum Genus Analogiæ ab illa. Ita maior pars Recentiorum, quos citat, & sequitur Suarez. 2. t. met.

Sēta p̄ babili.

met diſpeſſatio. Ita nec poteſt haec aſſertio probari efficaciter ex principiis Angel. quae poſuimus in praecedenti dubitatione. Nam bene nomen vel dicitur de pluribus, ita vt tota ratio ſignificata per nomen, omnino ſit diuerſa, & ſic eſt parum Aequiuocum, vel ratio ſignificata per nomen, eſt omnino eadem in inferioribus, & ſic eſt purum Vniuocum, vel eandem ratio ſignificata per nomen, ſimpliciter eſt in vno; & ſecundum quid in alijs, & ſic eſt Analogum Attributionis: ſed non datur aliquod tertium quod dicatur de pluribus alio modo, diſtincto ab his tribus, ergo nulla eſt Analogia proportionalitatis, diſtincta ab Analogia attributionis.

5 Non quod penitus damnemus hanc Analogiam proportionalitatis: ſed ſolum dicimus, illam non eſſe diſtinctam vel ab Analogia attributionis, vel ab Vniuocatione, vel etiam ab aequiuocatione. Nam quando ſit proportionalitas in aliquo nomine, cuius ratio eſt omnino diuerſa; tunc proportionalitas non eſt diſtincta ab aequiuocatione, vt ſi dicatur, ſicut ſe habet riſus ad hominem, ita ſe habet hilaritas ad pratum. haec Analogia eſt proportionalitatis: ſed non diſtincta ab aequiuocatione, quia hoc nomen, risus, praedicatur de humana ridente, & de prato floriſcente ratione eius ſimpliciter ſic inhaerente homini ridenti, & in prato tantum per ſimilitudinem. Quando vero proportionalitas eſt in aliquo nomine, cuius ratio ſimpliciter eſt in vno, ſed nobiliori modo in vno, quam in alio, proportionalitas neceſſario diſtincta ab Vniuocatione: vt ſi dicamus, ſicut ſe habet causa efficiens ad ſuum effectum, ita materia ad ſuum. Quando demum proportionalitas eſt in aliquo nomine, cuius ratio ſimpliciter eſt in vno, & ſecundum quid in alio, tunc talis proportionalitas non eſt diſtincta ab Analogia attributionis, vt ſi dicamus, ſicut ſe habet ſubſtantia ad eſſe per ſe, ita accidens ad eſſe in alio: haec proportionalitas non eſt diſtincta ab Analogia attributionis, quia ratio ſignificata per Ens, ſimpliciter eſt in ſubſtantia, & ſecundum quid in Accidente. Et per haec patet ſolutio ad rationem in contrarium.

6 Sed obiicies difficile locum Aegid. Quodlib. fundatiſſimus Doctor in 1. mach. q. 3. & in 1 ſent diſt. 19 q. 1. An Veritas dicatur Analogice de intellectu, & de rebus, ſic alt.

Ve-

*Veritas dicitur Analogicè, non sicut sanum de Animali & de cibo: sed sicut Ens de substantia, & Accidente*; ergo ex Ægidio diversa est Analogia Entis respectu Substantiæ, & Accidentis, ab Analogia sani respectu Animalis & cibi. Respondetur Analogiam esse mediam inter Vniuocationem, & Æquiuocationem: ex mediis autem vnum magis participat de vno extremo, quam de alio: & è contra: vt pallor clarus magis participat de albedine, quam de nigredine; sic quia Analogia est media inter Vniuocationem, & Æquiuocationem; ideo datur aliqua Analogia, quæ magis accedit ad Vniuocationem, quam ad Æquiuocationem: & sic est Analogia Entis; alia est Analogia, quæ magis accedit ad Æquiuocationem, quam ad Vniuocationem: sic est Analogia huius nominis Sanum.

## DVBITATIO TERTIA

*VTrum Conceptus, & Ratio significata per nomen Analogum, Intrinsecè, & formaliter solum reperiatur in primo Analogato, in Cæteris verò solum per extrinsecam denominationem?*

1 SExtus est, an ratio significata per hoc nomen sanum, & Sanitas formaliter, & intrinsecè reperiatur solum in Animali Sano, quod est primum Analogatum, & in vrina, & medicina solum reperiatur extrinsecè, seu per extrinsecam denominationem à Sanitate, quæ est in Animali, An verò Sanitas, significata per nomen Sanum, non solum intrinsecè reperiatur in Animali; sed etiam in vrina, & medicina?

2 Et Prima Sententia docet, conceptum, & Rationem Analogi intrinsecè, & formaliter reperiri solum in primo Analogato; in alijs verò Analogatis extrinsecè, & per extrinsecam denomina-

Prima sententia docet Ægidium.

na-

nationem; cuius Sententiæ primum fundamentum desumi potest ex quadam regula Ægidij, qui in 4. meth. qu. 3. explicans discrimen inter Vniuoca, & Analoga, ait, quod quando aliqua sunt talia per aliquid, quod est in eis, tunc semper Vnitas formæ est per predicationem, & est Vniuocatio; quando vero aliqua sunt talia per aliquid, quod est in alio, tunc vnitas formæ est per Attributionem, & quæ sunt vnita in tali forma, non sunt Vniuocè; sed Analogicè, exemplificat Ægid. de Animali, Vrina, & medicina, quæ omnia sunt sana, non per sanitatem, quæ sit in singulis: sed per sanitatem, quæ est in Animali; ergo iuxta sententiam Ægidij ratio formalis significata per nomen Analogum, non est intrinsecè in omnibus Analogatis: sed intrinsecè in primo, & extrinsecè in alijs minus Analogatis.

Resolutio Ægidij.

3 Secundo. Si ratio significata per nomen Analogum intrinsecè esset in Omnibus Analogatis, non posset assignari ratio: cur minus Analogata dependerent à maiori, & non e contra.

4 Sed Oppositum est verius, & probabilius, quod Ratio significata per nomen Analogum, intrinsecè, & formaliter reperiatur in omnibus Analogatis, quamuis simpliciter sit tantum in primo Analogato, & secundum quid in alijs. Ita Ægid. expressè in Sexto Meth. q. 3. vbi quærens, An Accidentia habeant in se aliquam entitatem, & naturam sic quæsitam resolvit (dicit non posse, *Accidentia nullo modo habere aliquid entitatis, quia tunc nullam haberent Distinctionem nec simpliciter, nec per additamentum nec minus dici potest, quod Accidentia habeant eandem rationem entis, quam habet Substantia; ita vt sicuti Substantia est simpliciter Ens, ita & Accidentia simpliciter sint Entia, quia tunc Ens esset Genus Vniuocum ad Substantiam, & Accidens: Genus enim prædicatur eminenter de pluribus per quam, & eandem formam, simpliciter inesse in omnibus, eiusmodi talis forma nobiliori modo sit in vno, quam in alijs: Dicendum igitur cum Aristotele, quod Accidentia habent entitatem: sed diminutam*) Hæc Ægidius.

5 Cum quo Concludimus, quod ratio significata per nomen Analogum, intrinsecè, & formaliter debet esse in omnibus *Analogatis*: sed

in

in primo simpliciter, in alijs vero cum addito, i. diminutè, seu secundum quid: non quod forma illa, quæ est simpliciter in primo Analogato, participetur ab alijs Analogatis secundum eandem in specie: sed quia in alijs Analogatis est intrinsecè aliquid, per quod constituuntur in esse Analogo, i. alijs Analogata intrinsecè habentia aliquid, quod est fundamentum habitudinis ad illam formam Analogicè. Vrina enim participat de Sanitate Animalis secundum eandem Speciem: ita vt Sanitas in Animali, & in Vrina sit vna in Specie, vtenim si hoc esset, tollerentur omnes Analogia, & esset potius Vniuocatio: sed Vrina dicitur minus Analogatum, quia in Vrina intrinsecè est esse signum Sanitatis, & hoc est formam Sanitatis esse in Vrina intrinsecè secundum quid & cum addito, in Animali vero etiam intrinsecè, sed simpliciter.

7 Ad Rationes in contrarium facile Respondetur, & ad primam, desumptam ex Ægidio, Dicimus, quod alia Analogata non sunt talia per aliquid, quod est in eis simpliciter, sed potius per aliquid, quod simpliciter est in primo: nam ratio signifi-

cata per formam Analogi, quamuis intrinsecè sit in omnibus Analogatis, non est tamen in omnibus Analogatis simpliciter, i. secundum veritatem in specie, sed tantum secundum quid, & secundum esse diminutum, quod est fundamentum habitudinis ad eandem formam, prout est in primo Analogato. Ad secundam Rationem Respondetur, quod si forma Analogi ita intrinsecè esset in omnibus Analogatis, vt etiam simpliciter esset in singulis, vtique non posset attribui ratio, cur minora Analogata dependerent à primo: sed nos non dicimus, formam Analogam esse simpliciter in omnibus: sed intrinsecè simpliciter in primo, & intrinsecè secundum quid in alijs.

## DVBITATIO QVARTA

### *Vtrum Omnia Analogia sint talia per Analogiam ad vnum numero?*

1 SEmel est, Analogum significata per nomen Analogum, debere esse simpliciter in vno rationis fundamento, quod est primum Ana-

Analogum? an vero sit contra rationem Analogiæ, quod forma significata per nomen Analogum, sit simpliciter in pluribus Individuis?

2 Videtur, quod forma Analogi non est necesse reperiatur saltim in vno Individuo simpliciter: nam hoc nomen Sanum Analogum est ad Animal Sanum, Vrinam, & Medicinam: & tamen Ratio Sanitatis non est in vno tantum Animali simpliciter: sed in pluribus Animalibus simpliciter: est enim ratio Sanitatis ergo Analoga non sunt talia per Analogiam ad vnum numero: sed possunt esse talia per Analogiam ad formam, quæ sit simpliciter in multis numero diuersis. Rursus, Vniuocantur magis vnum, quam Analoga: sed vniuoca non sunt talia, per formam, quæ sit vna tantum in vno numero, ergo nec Analoga dicentur esse talia per Attributionem ad formam, quæ simpliciter sit vna in numero.

3 Veritas tamen nobis sub Veritas defendenda. Dicenda est. Omnia Analoga esse talia per Attributionem ad aliquod vnum numero. Ita Doctor fundamentalis Ægid. in 4. meth. q. 4. Cuius ratio principalis illa esse potest, quia Analogata non possunt dici talia, per Attributionem ad aliquam formam, quæ sit simpliciter in singulis Analogatis: nam vnitas informa Empliciter tollit omnem Analogiam, & ponit Vniuocationem: vnde quæ conueniant secundum vnam formam; illa sunt vnum per predicationem, & dicuntur vniuoca; ergo Analoga in quantum Analoga necessario sunt talia per attributionem ad formam, quæ sit vna in Numero, in primo Analogato.

4 Ad principalem rationem dubitandi dicimus, quod licet Sanitas, quæ est in Animali, sit vna secundum Speciem, & multiplex secundum numerum: hoc tamen non est nisi per accidens respectu illarum, quæ dicuntur sana per Attributionem ad Sanitatem Animalis: nam si illa Sanitas, quæ est multiplex secundum numerum, non esset nisi vna numero, si non daretur in mundo nisi vnum numero Animal Sanum, tunc omnia Sana optime dicerentur Sana per Analogiam, & Attributionem ad tale Animal Sanum, quod esset vnum numero. Ad aliam Rationem dubitandi dicimus, quod non est eadem ratio de Vniuo- Solutio principalis rationis dubitandi.

cis, & Analogis: nam cum Vnivoca sint talia per formam, quæ est in singulis simpliciter, bene possunt esse Vnivoca per formam, quæ sit vna in Specie, & multiplex in numero: At Analoga cum non sint talia per formam, quæ sit in omnibus simpliciter, sed per formam, quæ simpliciter est in primo, & secundum quid in reliquis, non possunt esse talia per formam, quæ reipsa sit multiplex in numero, sed necessario debent esse talia per denominationem a forma, quæ sit vna in numero: quod si eadem forma in alijs, præter Analogata, sit multiplex numero, hoc respectu Analogatum, erit omnino per accidens.

## ARTICVLVS TERTIVS
### De Quidditate & Sufficientia Prædicamentorum.

Nunc perdifficiles Quæstiones, quæ agitari solent in hoc loco. Prima est Quid sit Prædicamentum essentialiter? Secunda Quomodo sit Prædicamentum? Tertia est an de prædicamentis possit esse vna Scientia? ad quarum probationem totum articulum absolvemus.

## DVBITATIO PRIMA
### Quid sit Prædicamentum essentialiter, & Quidditative?

1 ARdua quidem difficultas, & si quis legit Ægidium nostrum in Quæstionibus de mensura Angelorum q. 4. disputantem, Vtrum Æuum in Æternis faciat per se Prædicamentum; mihi tedijs erit, quod commentior.

Est-

## ARTICVLI TERTII
### De Quidditate & Sufficientia Prædicamentorum

### Dubitationes Tres

Dub I.
Quid sit Prædicamentum essentialiter, & Quidditative?

Dub II.
Quotplex sit Prædicamentum.

Dub III.
An de Prædicamentis possit esse una Scientia.

## DVBITATIO PRIMA
### Quid sit Prædicamentum essentialiter, & Quidditative?

2 Eſſque tota vis magnæ difficultatis; quia vel Predicamentum eſt pura ſecunda Intentio; vel eſt aliqua res, habens eſſe extra animam? Si primum; ergo Predicamenta ſunt entia rationis: vel ſaltem componuntur ex entibus rationis; quorum Quodlibet patet eſſe falſum, cum Tria priora Predicamenta ſ. Subſtantia, & Qualitas ſint entia realia. Si dicatur ſecundum, hoc opus, hic labor eſt, aſſignare ſ. quæ nam ſint iſtæ decem Res, ita inter ſe diſtinctæ, vt conſtituant decem Realia Predicamenta diuerſa? Secundo, vel Predicamentum eſt quid incomplexum, vel eſt aliquod complexum; non poteſt dici hoc ſecundum, quia quodlibet complexum vel dicit rationes ſpectantes ad diuerſa Predicamenta, vt omnis definitio Accidentalis, vel ad minus dicit duo, quorum vnum directè ponitur in Predicamento, aliud verò ponitur ſub latere; vt Definitio eſſentialis. Si dicatur, eſſe quid incomplexum, vt vult Ariſt. hic cap. de complexis, & incomplexis: tunc redimus ad peſſimam difficultatem: nam qui erant iſti Decem Termini incomplexi, ita inter ſe diſtincti, vt conſtituant Decem Predicamenta Realia diuerſa?

3 Tertio. Vel Predicamentum eſt ens completum, vel ens incompletum? non hoc ſecundum; nam quodlibet Predicamentum eſt quidā Genus; Genus autem eſt quod dam totum; ſi dicatur prima, ergo materia, & forma non pertinebunt ad Predicamentum. Deinde Genus, & Differentia ſunt etiam partes vniuersales, nempe ſpecierum: & tamen Genus, & Differentia non reducuntur ad Predicamentum: imo ſuppoſito de Genere, illud directè ponitur in Predicamento: quæ verò Differentia ponatur ſub latere.

4 Quarto, vel Predicamentum habet cauſas, vel non? ſi habet cauſas, ergo Predicamenta non ſunt Genera Generaliſſima, nec prima Principia; ſi non habent cauſas, ergo de Predicamentis non poteſt haberi ſcientia; nam ſcientia dicitur, Poſteriora per cauſas, &c. Quinto. Vel Predicamentum eſt Ens, vel non eſt Ens; ſi non eſt Ens, ergo de Predicamento non eſt ſcientia, quia quod non eſt, non ſcitur. Si dicatur eſſe Ens, ergo Accidentia non conſtituent Predicamenta, quia Accidentia non ſunt Entia, ſed Entis Entia. Demum, Vel Predicamen-

4. Diffic.

5. Diffic.

Vltima Instãs.

tum est pure absolutum, vel est pure relatiuum, vel est admixtum ex absoluto, & relatiuo. Si primum, ergo Relatio non constituet Predicamentum, si secundum, ergo Substantia, Quantitas, & Qualitas non erunt Predicamenta; si tertium ergo sim pliciter absolutum, & simpliciter respectiuum nec erunt Predicamenta, ecce status totius difficultatis; Hic est nodus soluendus.

5 Vt autem omni maiori, qua possumus facilitate, integre dubitationi satisfaciamus, diligenter obseruandum est; quod primò docent Gibieuf in Quæstionibus de mensura Angelorum q. 4. Quod si Predicamenta illa sunt, in quæ immediate dividit Ens; Ens autem quando immediate dividitur in Predicamenta, nullas habet differentias essentiales, per quas dividatur quasi Ens haberet differentias sui diuisiuas, iam esset Genus, & sic Genera maxime Generalissima nec essent Genera suprema, quia iam haberent supra se aliud Genus, nempe Ens; Dividitur ergo Ens immediate in Predicamenta non per differentias essentiales: sed per quosdam modos essendi: ergo Predicamenta non definuntur ex esse simpliciter, sed ex diuersitate modorum essendi, ita vt Predicamentum in rigore nihil aliud sit quiditatiue, nisi modus essendi principalis, non reductus in alium modum essendi formaliter.

6 Hac Adnotatione præmissa. Sit nostra conclusio. Predicamentum quiditatiuè & essentialiter est modus essendi rei principalis, non reductus in alium modum essendi formaliter, ita S. & alij communiter, & fundamentalis Rada in Quæstionibus de mensura Angel. q. 4. & plures alij. Probatur facile, quia ideo in rigore est Predicamentum, in quod immediate dividit Ens immediatas differentias medias, est quidam modus essendi rei principalis, non reductus in alium modum essendi formaliter: ergo, &c. totus discursus patet ex suppositione doctrinæ.

Conclus.

7 Sed Resolutio declarabitur ex solutione argumentorum. Ad quorum primum dicimus, aduertendo prius, quod hoc nomen, (Predicamentum) est secunda intentionis, sicuti hoc nomen Genus, Species, Accidens, &c. Res autem significata per hoc nomen, Predicamentum, est modus essendi rei principalis &c.

argum. in oppositũ soluuntur.

&c. & sic de Prædicamentis Agit Methaphisicus, & Logicus; Methaphisicus quidē, quatenus Prædicamentum est Ens, seu modus essendi rei: Logicus vero quatenus Prædicamentum cadit sub actu rationis: & quatenus modus essendi rei substat secundæ intentioni Prædicamenti.

8 Ad Secundam difficultatem Respondetur, quod Prædicamentum est solummodo quid incompletum: quando autem petitur, quinam sint illi termini incompleti, ita inter se distincti, vt constituant x. Prædicamenta diuersa? in sequenti dubitatione respondebitur.

9 Ad Tertiam difficultatē dicimus, Prædicamentum non esse quid incompletum: sed importare quiddam verū; ad id autem, quod obijcitur de materia, & forma, dicimus, quod si materia, & forma, sumantur diuisim, non sunt Entia completa, nec ponūntur in Prædicamento Substātie per se: sed quatenus sunt partes, reducuntur ad Prædicamentum substantiæ, quia dicitur in Prædicamento substantiæ forma collocatur, qđ per se existit: & quia materia & forma diuisim sumptæ, nō existunt per se, sed sunt partes: ei, per se existentis: ideo per se non ponuntur in Prædicamento substantiæ; sed reducuntur ad illud Prædicamentum, in quo illæ recte collocatæ, Ens per se.

10 Ad illud de Genere, & Differentia dicimus, quod licet secundum rationem transeat pars Definitionis, & speciei: tamen secundum rem Genus est quoddam totū, & propterea ponitur in recta linea Prædicamentali; Differentia vero secundum rem est quædam pars, & non dicit nisi formam, seu partem naturæ, & propterea non ponitur directe in Prædicamento, sed tantum ibi tacite.

11 Ad Quartam Respondeo Egid. in lib. Prædicam. quæstione 13. colum. 4. quod scientia conclusionum est per causas: sed scientia principiorum habetur per terminos: unde Principia cognoscuntur, inquantum termini cognoscuntur. Ad Quintam Dicimus, quod Prædicamenta est modus essendi rei, & est Ens: quando autem obijcitur, quod Prædicamenta Accidentium non sint Entia, sed Entis Entis, Respondendum est, quod eadem sunt principia Accidentium, & substantiæ: materia & forma, & secundum illa Principia remota, etiam Accidentia sunt Entia;

sed

sed quæ Accidentia addunt
ulterius alia principia for-
malia, per quæ distinguuntur
inter se, vt Quantitas affert
rationem impenetr. Qualitas
alteritatem informatis, &c
propterea dicitur, quod Ac-
cidentia non sunt Entia: sed
Entis Entia: quia Quantitas
non habet rationem mensu-
re, nisi ratione substantiæ,
quam mensurat, & Qualitas
nec habet rationem infor-
mativi, nisi ratione substan-
tiæ, quam informat.

13 Ad vltimam Dicimus, quod Prædicamentum in communi, est modus essendi rei principalis, non reductus in alium vt in suam: in particulari autem, aliquod Prædicamentum ita est absolutum, vt non respectivum, sic est Substantia, Quantitas, & Qualitas, & aliquod Prædicamentum ita est respectivum, vt non absolutum, sic est sola Relatio; Alia tandem nec sunt purum absolutum, nec purum respectivum; sed dicunt absolutum cum respectu: sicuti sunt Sex Vltima Prædicamenta. Quomodo autem singula istorum se distinguantur in sequentibus ostendetur.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quotuplex sit Prædicamentum?*

HÆc Dubitatio non est minus perdifficilis quàm præcedens: tum ob varias Antiquorum Philosophorum Opiniones: tum etiam propter non nulla difficilia argumenta, quæ videntur minuere, vel augere numerum Prædicamentorum, ab Aristotele statutum, vt ergo in hac difficultate omni maiori, qua possimus, claritate procedamus, dividimus hanc dubitationem in sequentes subdubitationes.

## DVBITATIONIS II.

### *Quotuplex sit Prædicamentum?*

### *Sub Dubitationes Quinq;*

#### *Sub Dub. I.*

*An Prædicamentum sit Vnum secundum Esse in Communi?*

#### *Sub Dub. II.*

*An Prædicamenta sint tantum decem, nempe Substantia, & Accidens?*

Sub

*Sub Dub. III.*

*Vtrum Predicamenta sint tantum tria, scilicet Substantia, Quantitas, & Qualitas?*

*Sub Dub. IV.*

*Vtrum Actio, & Passio constituant unum tantum Predicamentum scilicet Motum?*

*Sub Dub. V.*

*Vtrum Predicamenta, seu sint plura, seu pauciora, quam decem?*

---

## SVBDVBITATIO I.

### *An Predicamentum sit vnum scilicet Ens?*

1 PLato in Dialogis de Ente, & vno tantum modo enum *Prædicamentũ* vũas est constituisse, *i.* Ens *Vniuersalissimum* adeò, vt voluerit esse Genus Generalissimum omnium rerum, sub quo ait collocari omnia Entia particularia, & ratio Platonica ea fuisse videtur, quia Ens *Vniuersalissimum* est Genus *Vniuocum* ad omnia Entia, ergo sub eo optime poterunt ordinari omnia *Prædicata* tã substantialia, quam Accidentalia; Antecedens probatur, quia si Ens non esset Genus, maximè quia Ens est trascendés sed hæc ratio nõ est sufficiens: nam licet Ens *Vniuersaliter* sumptum, pro vt comunè sit tam Entibus completis, quã etiam incompletis, habeat hoc, quod sit trascendens, tamen accipiatur Ens, quatenus prædicatur tantum de Entibus completis, illud non videtur includi indifferẽtijs, quia differentiæ nõ sunt Entia completa: & eadem ratione ne negi: Ens includitur in modis intrinsecis; igitur sub hac ratione poterit Ens esse Genus Generalissimum omnium rerum completarum.

Platonis fuit vsũ ẽ genus sensa- simũ ens.

2 Sed Obseruandum est, quod etiam retigimus in Disputatione præcedenti, quã Ens, qd realiter diuiditur in Prædicamenta, non habet essentiales differentias, per quas diuidatur, nam differentia, vt vidimus suo loco, nunquam essentialiter includit Genus, cum tamen sit aliquid assignabile, quod non includat Ens: quia Ens præsertim vt dicit figuram prædicamentorum, prædicatur de omnibus rebus, etiam de vltimis differẽtijs, vt in sequenti disputatione monstrabimus: ridiculum ergo fingitur, quod aliqua possit esse differẽtia distincta Entium nec Ens, cum dividitur realiter in *Prædicamenta*; habet differẽ-

ferentias essentiales, per quas dividitur: sed cum Ens immediate descendit in Prædicamenta, dividuntur illa per quosdã modos essendi principales, quorum vnus non reducitur in alium formaliter.

3 Ex quo notabili potest Ens dubio colligi, quod ens Vniversalissimè sumptum non sit Genus ad omnia entia particularia, quia Genus debet habere Differentias essentiales sui diuisiuas, de quibus possunt essentialiter prædicari, vt patet de Omni Genere: sed ens quomodocumque sumatur, non habet differentias essentiales, per quas dividitur, quia nihil est, quod ens non includat, ergo Ens nullo modo potest dici Genus ad omnia entia. Sed hoc latius, & manifestius patebit in Disp. sequenti, quando Agemus de Veritate conceptus Entis pro nunc autem per iam dicta patet solutio ad fundamenta tam Platonis.

Ens nõ ẽ Genus



## SVBDVBITATIO II

### Vtrum Prædicamenta sint tantum Duo scilicet Substantia, & Accidens?

1 SImplicius in Commento. Prædicamentorum refert, fuisse sententiam Zenocratis, & Andronici, aliorumque Antiquorum Philosophorum, qui voluerunt, Prædicamenta non esse nisi duo: Substantiam & Accidens: quod sic sunt stabere. Accidens est Genus vnivocum ad omnia Accidentia, ergo duorum tantum erunt Prædicamenta, Substantia, & Accidens: consequentia sequitur, probatur antecedens Accidens vt sic prædicatur de Omnibus Accidentibus specie Differentibus, secundum idem nomen, & secundum eandem Diffinitionem nominis; ergo Accidens vt sic est Genus vnivocum ad omnia Accidentia, probatur iterum antecedens. In primis Accidens prædicatur de omnibus Accidentibus secundum idem nomen: nam omnia Accidentia conueniunt sub

hoc

hoc nomine Accidens. Vnde Accidens praedicatur de omnibus Accidentibus secundum diffinitionem quidditativam, significatam per hoc nomen Accidens. Nam quod liber Accidens sit Quantitas, siue sit Qualitas, &c. ad est, & abest praeter subiecti corruptionem.

2 Nihil horum valeq; haec sententia habet solidum fundamentum neq; aliarationem improbatur, nisi illa, quam insinuat Aegidius lib. 1. quodl. 9. circa 2. dub. 1. videlicet, quod hoc nomen Accidens significat secundam intentionem. Vnde dicitur de Accidente, quod dicit, & abest praeter subiecti corruptionem, in diffinitione accommodata secundae intentionis. Nec istae secundae intentiones Entis Rationis, ad quae Accidentia reducitur, sunt in rigore Praedicamentum, quia quod dicitur immediate in Praedicamento, est Ens reale.

3 Dicitur ergo, & sit conclusio quaestionis, quod Accidentia non sunt hic omnia Praedicamentum, nec hoc sequitur, nec Praedicamenta sunt tantum duo. Probatur, quia Accidens est secunda intentio, ergo Accidens non est Praedicamentum. Antecedens est clarum & consequitur, quia si Accidens, quod est secunda intentio, esset praedicamentum; tunc Ens reale, quod est dividens immediate in Ens reale substantiale, & in Ens Rationis, esset Accidens, & est falsa vltima diuisio vt patet.

## SVBDVBITATIO III.

### V. Praedicamenta sint tantum tria scilicet substantia, Quantitas & Qualitas?

NOn desunt, qui sine vlla haesitatione defendant, Praedicamenta non esse nisi Tria, Substantiam, Quantitatem, & Qualitatem: & specialiter de Ruuio hanc sententiam tribuunt Paulo Veneto in sua metaphysica Cap. 17. quaest. 28. art. 1. in fine, ubi vult, Praedicamenta debere intersecari realiter, ut distincta, & relicta omni diuisione doctorum, sit efficaciter sententialiter. Tot sunt Praedicamenta, quot sunt Entia Realia, Realiter inter se distincta: sed Entia realia realiter inter se distincta sunt tria, Substantia, Quantitas, & Qualitas, ergo tot sunt Praedicamenta, & non plura. Consequentia est infallibilis: minor etiam est

Fundamentum huius opinionis.

cessitas nam Relatio non distinguitur realiter vel à substantia vel à Quantitate, vel à Qualitate, sed dempta relatione Actionis, Passionis, & aliis Predicamentis, quia Actio, & Passio sunt absentia rei, non entia; nec præterea sunt nisi reales omnis res vel est substantia, vel Quantitas, vel Qualitas. ergo Actio, & Passio non distinguuntur realiter à substantia, vel à Quantitate, vel à Qualitate. probatur modo principalis maior. inqua est tota vis Argumenti. Diuisa Entis in Predicamenta est diuisa realis, ergo Predicamentum debet esse Ens reale, ita vt habeat Entitatem realem, ergo diuersa Predicamenta debent esse diuersa Entia realia, habentia diuersas Entitates reales: sed diuersa Entia realia, habentia diuersas Entitates reales, realiter distinguuntur: ná quæ distinguuntur sola ratione, non habent diuersas Entitates reales, sed sunt vna Entitas realis, ergo hæc sunt Predicamenta, quæ sunt Entia realia, realiter inter se distincta.

Cæterum nec omnino hæc sententia est admittenda: vnde dicimus, ista Predicamenta debere esse inter se realiter distincta, nec illa esse tantum tria, vt hanc affertionem probemus, sciendum, etiam in puncto opinionum, id maxime primo dicit, quod docuit Aegidius Quodlibetis de mente Angelorum q. 4. Quod inter vnum Predicamentum, & aliud non sit necessaria distinctio realis: sed ad constituenda vera, & realia Predicamenta, sufficit vt vnum habeat modum essendi principalem, formaliter ab alio diuersum, seu quod vnum habeat quidditatem, distinctam ab alio; quod inde patere potest, quia Ens non diuiditur realiter in Predicamenta per differentias reales (sicut diuiditur genus in species per differentias reales) quia Ens non dicitur per differentias essentiales, sequitur, quod inter vnum Predicamentum, & aliud, non sit necessaria distinctio realis, sed sufficit tantum distinctio formalis; quia sicut adhoc, vt aliquid sit verum, & reale Predicamentum, non requiritur quod sit res absoluta, & simpliciter; cum dari possit reale Predicamentum, quod absolute non sit res, vt Relatio, sed sufficit tantum, quod sit modus essendi rei, principalis, ita adhoc, vt sint diuersa Predicamenta

Inter vnum Predicamentum & aliud sufficit distinctio formalis.

12.

ra, non est necesse, vt sint diuersæ res, sed sufficit, vt vtpote non reducantur in aliud formaliter, etiam si realiter sint vna, & eadem res.

3 Ex quo notabili ad nostrum propositum colligendum est, quod non solum res facit per se *Prædicamentum*, quando scilicet ipsa res dicit aliquid in se sine vllo respectu ad aliud, habetque vnum modum essendi principalem; sed etiam ipse respectus, & habitudo rei inquantum præcise est quidam ordo ad aliud, facit per se *Prædicamentum*, distinctum ab eo *Prædicamento*, quod facit ipsa res vtique; ex eo prouenit, quia non solum ipsa res, nullam dicens respectum ad aliud, habet modum essendi principalem, propter quem potest facere proprium *Prædicamentum*: sed etiam ipse ordo præcise est quidam modus essendi rei principalis, distinctus formaliter à modo essendi eiusdem rei: & quia *Prædicamentum* reale nihil aliud est, nisi modus essendi rei principalis, non reductus in alium modum essendi formaliter; ideo omnis respectus, & ordo seu habitudo rei ad aliud quantumcumque est ex se *est* sufficiens facere proprium, & reale *Prædicamentum*.

4 Et per hæc plenius patere potest solutio ad vltimam rationem, qua superius obiiciebamur, *Prædicamenta non esse nisi tria*; dicimus enim, falsum esse, tot esse *Prædicamenta*, quot sunt Entia Realia, realiter inter se distincta: nam licet ad Rationem *Prædicamenti* Realis, non requiratur, quod sit res: sed sufficit, quod sit modus essendi rei principalis, ita ad Rationem plurium *Prædicamentorum* non *est* necesse, vt sint plures res: sed satis est, vt vna, & eadem res habeat plures, & diuersos modos essendi reales, quorum vnus non reducatur in alium formaliter.

## SVBDVBITATIO IV.

*Vtrum Actio, & Passio constituant duo Prædicamenta distincta, an vnum tantum scilicet motum?*

1 VIdetur, quod Actio, & Passio simul vsitata non constituant nisi vnum tantum *Prædicamentum*, s. Motum; quod duplici ratione potest probari, Primo, quia



Rõdub.

quia Genus Generalissimum non debet habere supra se aliud Genus; sed Actio & Passio habent supra se aliud Genus, Motum; ergo Actio & Passio non erunt duo Generalissima sed unum Generalissimum, Motus. Deinde Habere, & Haberi non sunt duo distincta Praedicamenta, ergo neque erunt duo Praedicamenta Actionis, & Passionis.

2 Facile tamen hae dubia resolvemus, si advertamus quod duplex est Genus, Praedicabile, quod praedicatur essentialiter de pluribus differentibus specie & constituit primum Universale, aliud est Genus materiale, seu Genus Physicum, ex quo aliqua res causatur, & dependet tanquam a causa materiali. Modo Actio, & Passio communiter quidem in unum tanquam in Genus, sed Motus non est Genus Praedicabile respectu Actionis, & Passionis: sed est Genus materiale, seu Genus Physicum, seu causa materialis, ex qua materialiter fluunt Actio, quam Passio, nec est verum dicere, quod Actio, & Passio effective fiant ex motu, sed tantum potest dici, quod Actio, & Passio materialiter fiunt motu, ideo Actio, & Passio materialiter causantur ex motu.

Duplex Genus

3 Et per haec patet, quid dicendum sit ad Quaestionem, & ad primam rationem in contrarium.

4 Ad secundam Respondetur, falsum esse, quod Haberi, & Haberi non constituant duo Praedicamenta diversa; nam Habere constituit unum Praedicamentum, quod est Vinum, Haberi vero pertinet ad aliud Praedicamentum distinctum scilicet ad Praedicamentum Passionis.

## SUBDUBITATIO V.

*Utrum Praedicamentalia unius sint plura, nec Pauciora quam Decem?*

1 NOn immorabimur in decidenda hac dubitatione praesenti, supposita, quae dicta sunt in praecedentibus. Haec est ultima conclusio. Praedicamenta

ta non sunt plura, ut Habe-
clora quam Decem, f. Sub-
stantia Quantitas; Qualitas;
Relatio. Actio Passio Quan
do, Vbi, Situs, & Habere.
Hanc Assertionem accipiũt
Omnes Aristotelica doctri-
næ defensores, & Angel. no-
ster magis acerrime, quam
cæteri, illam defendit in
Quæstionibus de natura
Angelorum q. 4. Probatur
autem facile & efficaciter
modi essendi principales,
quorum vnus non reducitur
in alium formaliter, sunt ẽ-
tium modo Decem, ergo Prę
dicamenta realia non sunt
plura, nec pauciora, quam
Decem. probatur antecedẽs.
modus essendi principalis,
vel sumitur tantum ex e-
vel sumitur tantum ex or-
ne? si tantum ex e-
entr pliciter, quia vel res
habet esse per se, & sic est
Substantia; vel habet esse
in subiecto, extendens, &
applicans subiectum, & sic
est sola Quantitas, quæ
licet perficiat, & informet
subiectum, tamen specifi-
cè secundum Quantitatem
continuam extendit Subsã-
tiam, & secundum Quanti
tatem discretam can Subs
tantiam multiplicat, vnde
res extra subiecto, informãs
& perficiens subiectum, sic
est Qualitas, quæ nihil aliud
essentiã quid informans, vel
qualificans Subiectum ex re
bigeur sumuntur tria Prædi-
menta f. Substantia, Quan-
titas, & Qualitas. Siranio
Prędicamenti sumitur tantũ
ex ordine; sic est Prędica-
mentum Relationis, quod
non dicit nisi Ordinem. Si
tandem ratio Prędicamenti
sumitur ex re sub ordine,
sic constituuntur sex vltima
Prędicamenta, quia Quæli-
bet res vt est sub ordine ad
aliud; vel dicit ordinem ad
Agens, vel dicit ordinem
ad tempus, vel dicit ordinẽ
ad locum. Si ad Agens sic se
habent Duo Prędicamenta
f. Actionis, & Passionis, quia
eadem res vt proueniens ab
Agente, facit Prędicamẽ-
tum Actionis, vt vero recipitur in passo, facit prędicamentum Passionis; si res dicit ordinem ad Tempus, quæ
tenus f. res temporalis mensurata a tempore, sic sumitur Prædicamentum Quando. Si denique res dicit ordinem ad locum, sic sumuntur tria Prædicamenta, f. Vbi, Situs, & Habitus. Sumitur per ordinem ad locum Prædicamentum Vbi, quatenus res locata continetur a loco: hoc enim est Vbi, Circumscriptum esse in loco, & continere illud a quo sumitur ipsum locum Prædicamentũ.

Sint quatuor res lucarna exista loco cum tali modo essendi secum talis ordine positum, vt pars si habeat partem vertices, vel dextram, vel sinistram, &c. & locata eadem sint coniuncta: quatenus contentum habet continentem, seu quatenus corpus habet vellem, vel digitus anulum, vel caput galeam &c. sic finitur ratio Prædicamenti Habitus: sed præter dictos modos essendi non dantur alij modi essendi principales, ergo tot præcipua erunt Prædicamenta, quam decem.

obiectio

5 Sed dices, Inquit Philosophus in lib. Topic. quod tot modis dicitur vnum Oppositorum, quot & Reliqua sed Substantia, & Accidens sunt opposita, ergo si prædicamenta Accidentium sunt nouem, etiam nouem erunt Prædicamenta Substantiæ: & sic omnia prædicamenta erunt decem & octo. Respondetur cum Arpid. in lib. Prædicam. pag. 37. colu. 2. quod Ens non dividitur immediate per Substantiam, & Accidens, nam Accidens est quidam secundus Intentionalis ens Genus, Speciem &c. & ideo Substantiæ non opponitur Accidenti, sed Ens cui opponitur Ens immediate dividitur in Substantiam, Quæ

2. quod Substantia & Accidens non sunt opposita.

dicatem, Qualitatem, &c. & hæc sibi inuicem oppiuntur: quare argumentum non concludit.

## DVBITATIO TERTIA

### Vtr. De Prædicamentis possit esse vna Scientia?

1 DVbitandi ratio esse potest, quia vna Scientia debet esse vnius tantum Generis, vnius subiecti, partes & proprietates considerans, vt docet Philosophus in 1. Poster. ergo si Prædicamenta sunt decem, de ipsis non potest haberi vna Scientia.

2 Nihilominus docet Arist. hic, & cum eo omnes eius sequaces, quod de Prædicamentis est vna Scientia, tum quia hic liber Prædicamentorum est vnius Subiecti: tum etiam quia Omnia, quæ determinantur in hoc libro ad vnum attribuuntur, habet hic liber Prædicamentorum vnum subiectum, quia Decem Prædicamenta in quantum considerantur a Logico, possunt habere vnam rationem communem, secundum quam de ipsis poterit esse vna Scientia, ratio autem Communis omnibus Prædicamen-

men-

mentis eſt, eſſe Ens per ſe, & formaliter in plura diſtinctum. Item omnia, quæ conſiderantur in hoc Predicamentorum libro, attribuuntur ſoli tantum; quia ſicut omnia, quæ determinantur in Methaphiſica, attribuuntur vni Deo tanquam cauſæ efficienti & fini omnium, quæque tractantur in Medicina, attribuuntur ſanitati tanquam cauſæ finali, ſic omnia, quæ conſiderantur in hoc libro, Predicamentorum, attribuuntur vni tanquam ſubiecto.

tor, vnde omnia Predicamenta attribuuntur ſubſtantiæ vt ſubiecto? Quamuis igitur Predicamenta ſint decem; bene tamen de illis poterit eſſe vna Scientia tota quia hic liber habet vnum ſubiectum, quod eſt ipſum Predicamentum Ens per ſe, & forma liter per ſe diuiſum; tum etiam quia nouem Predicamenta Accidentium attribuuntur vni Subſtantiæ tanquam ſubiecto, & per hoc ſoluitur ratio dubitandi.

QVÆ-

# QVAESTIO SECVNDA
# DE
# PRAEDICAMENTO
# SVBSTANTIAE.

TRACTANS Philosophus de Substantia, quæ est Primum Prædicamentum; dividit totum caput in tres partes: In prima supposita illa Divisione Substantiæ in primam, & secundam, explicat quid sit substantia. In 2. parte comparat tam primam substantiam cum secunda, quam ipsas secundas Substantias inter se, docet, quæ earum sit magis Substantia? In 3. tandem parte enumerat Sex Proprietates Substantiæ; Quæ omnia quia involvunt non nullas difficultates, quæstionaliter declarandas, ideo totam hanc de Substantia quæstionem in tres sequentes articulos dividemus.

## QVÆSTIONIS Secundæ.

## De Prædicamento Substantiæ

### Articuli Tres.

*Articulus I.*
*De Substantia Prædicamentali secundum se.*

*Artic. II.*
*De Divisione Substantiæ in Primam & secundam, & de Differentiis earum.*

*Artic. III.*
*De Proprietatibus Substantiæ.*

## ARTICVLVS PRIMVS

### De Substantia Prædicamentali secundum se.

DVæ Dubitationes se nobis offerunt explicandæ sub hoc Articulo illamque sequentes.

AR-

## ARTICVLI PRIMI

# De Substantia Prædicamentali secundùm se.

## Dubitationes Duæ.

### Dub. I.

*V. Angeli collocentur in Prædicamento Substantiæ, vel sola Substantia sensibilis constituat hoc Prædicamentum?*

### Dub. II.

*V. Detur Potestas directè in Prædicamento Substantiæ?*

---

## DVBITATIO PRIMA

*Vtrum Angeli collocentur in Prædicamento Substantiæ, vel sola Substantia sensibilis constituat hoc Prædicamentum?*

1 HÆc Dubitatio magnam contouer-

sam habet inter Doctores: ex quibus multi valdè probabiliter docent, Angelos directè in Genere collocari: alij verò id non minùs efficaciter denegant. Nos tenemus primò: Vtramque partem cum propriis rationibus, & fundamentis: sed primò modum vtriusque cum Ægidio exponemus.

2 Prima igitur Sententia affirmat, Angelos directè collocari in Prædicamento Substantiæ; ita Omnis fere Scholasticorum præsertim Ruuius hic cap. 5. de Substantia q. 3. vbi profitetur se sequi Sanct. Thom. 1. p. q. 50. art. 2. ad primum, ita etiam Magist. Brunus in manuscriptis cap. de Substantia sect. 2. punct. 2. Argent. noster in 2. Sent. dist. 3. q. 1. & vt verisimiliter sunt pro hac sententia omnes illi, qui docent, non solùm Substantiam corpoream constituere hoc Prædicamentum; sed etiam Substantiam incorpoream. probatur autem primò, quia de ratione Generis est, vt sit quoddam totum, & vt habeat rationem potentiæ, & vltimò, vt sit forma, tenens medium inter potentiam, & actum: sed in Angelis est ratio totius, est ratio potentiæ, & etiam est ratio formæ, teneé-

tis medium inter potentiam & actum: ergo in Angelis est ratio Generis. Maior est ica certa, vt ab omnibus ab sedatur: minor autem probatur quoad singulas partes. In primis Quod in Angelis sit ratio potentiæ, iam vltenus constat, quia Omne compositum, quodcumq; tale est, & quilibet Angelus realiter est admixtus ex potentia, & actu, & ex essentia, & essentia. Quod vero in Angelis sit etiam ratio potentiæ, probatur, quia Substantia Angelica non est purissimus actus, nec est pura potentia, ergo Substantia Angelica est admixta ex potentia, & actu; ergo in Angelis est ratio potentiæ. Tandem quod Angeli sint formæ, tenentes medium inter potentiam, & actum, sic ostenditur. Substantia Angelica habet actum receptum in potentia, ergo Substantia Angelica est limita, & limitata, ergo in Angelis non est omnis perfectio, & consequenter sunt formæ, tenentes medium inter potentiam, & actum; & si in Angelis est vera ratio Generis, sequitur quod Angeli collocentur in Prædicamento Secundo. Ens quod immediatè dividitur in 2. Prædicamenta, est ens admixtum ex potentia, & actu; ergo cuicunque competit, cui Ens admixtum ex potentia, & actu, eidem competet esse directe in Prædicamento: sed Angelis veriſſime competit esse Ens admixtum ex potentia, & actu, ergo Angelis veriſſime competit esse in Prædicamento. Ultimò potest distingi per Porphyrio Substantia Prædicamentalis immediatè dividitur in Substantiam corpoream, & incorpoream, ergo sunt in Prædicamento Substantiæ directè ponuntur Substantiæ, quæ directè ponuntur Substantiæ incorporeæ.

Prima ratio pro hac tria valde efficax.

In Angelis est vera ratio Generis.

3 Alia Sententia simpliciter negat, Angelos esse in Prædicamento. Ita omnes illi, qui defendunt, Substantiam sensibilem esse Prædicamentalem, & specialiter Albert. Mag. in tract. de Substantia cap. 1. Durand in 2. dist. 3. q. 3. num. 12. facit etiam Auer. 10. meth. comment. 10. & tandem ita pro hac Opinione sunt sequentia Primo, Substantia Prædicamentalis, a qua abstrahitur ratio prædicamentalis Substantiæ, est Substantia composita ex materia, & forma, seu Substantia sensibilis & corporea, & quia vltenus,

Secunda sententia negat Angelos esse in prædicamento.

Ac-

Accidentibus subliat, cuiq; suscepta contrariorum: sed Angeli non sunt compositi ex materia, & forma: ergo sunt susceptivi contrariorum ergo Angeli non ponuntur directè in Prædicamento; minor est manifesta, major autem probatur; quia Corruptibili, & Substantiæ corporeæ & incorporeæ non potest dari communis ratio: ergo cum Substantia Prædicamentalis non sit sola Substantia incorporea, sequitur, quod sit sola substantia composita ex materia & forma. Secundo id specialiter probatur de Angelis. Substantia Angeli non est realiter quoddam totum; ergo Substantia Angeli non est in Prædicamento: consequentia sequitur, quia id potitur in Prædicamento, quod includit rationem Generis: quod autem includit rationem Generis, necessario debet esse quoddam totum realiter: cum ipsum Genus realiter sit totum. probatur nunc antecedens. nullum est totum realiter, quod secundum rem non habeat partes: sed natura Angelica est omnino simplex, & non habet partem, ergo natura Angelica non potest dici totum.

4 Dices Angelos esse quoddam totum secundum Intellectum, quia eum sint constituti ex potentia, & Actu, possunt concipi compositi ex Genere, & Differentia: atq; adeo ut quoddam totum. Sed contra; vel totalitas Angeli secundum rationem arguit in eodem Angelo totalitatem secundum rem, vel non? si arguit, ergo Angelus realiter habet naturam compositam ex partibus, quod nemo concedet. Si illa totalitas secundum rationem non arguit totalitatem realem, ergo in Angelis ratio Generis, & Differentiæ non habet totum illud, quod Conarguit, vel congregare debet vero Generi, & vere Differentiæ: quia cum de Ratione Generis sit, ut sit totum; & de ratione Differentiæ ut dicat partem; In Angelis Genus dicit quidem totum; sed Differetnia non dicit partem; ergo sequitur, quod compositio in Angelis non arguit compositionem realem in natura: & exconsequenti non sufficit, ut dicamus, Angelos esse in Prædicamento. Ecce tot tela, sibi invicem oppugnantia.

5 Sed accipite Magnum Aquidum, p. Sent. dist. 8. p. 2. q. 3. omnem Controversiam sic egregie componentem. Quatuor sunt Gradus Substantiarum. Alique Substan-

Ægidius confutatur, & propria opinio ponitur.

tię sunt, quę per se non habent esse: sed in tantum sunt inquantum alijs dant esse: Alię Substantię per se habẽt esse, habẽtamẽ aliquid primũ ad speciem, quod non principaliter facit ad esse: quædam vero Substantię per se habent esse, sed nihil est in natura illarum, quod principaliter non faciat ad esse. Quædam tandem Substantiæ sunt: quę non solum per se habent esse: sed etiam ipsum esse. In primo gradu sunt materia, & forma, quę non habent esse nisi ex eis, quod sunt in composito. In secundo gradu sunt Substantię compositæ, quę habent materiam, pernaturam ad Speciem, quæ non principaliter facit ad esse. In tertio sunt Intelligentię, quæ cum habeãt naturam simplicem, nihil est in natura earum quod principaliter non faciat ad esse; nam earum ratio est materia, & forma tantum: in quarto autem est ipse Deus, qui est suum esse. His quatuor gradibus Substantiarum sic comparantur ad Genus, seu ad Substantiam Prædicamentalem. Deus (ut sequenti Dubitatione ex professo dicemus) nullo modo est in Genere, quia cum sit purissimus actus, & infinitus simpliciter, ac sim-

Deus nullo modo est in ullo Prædicamento.

plicissima Substantia, nonpotest claudi finibus Generis: sed est supra omne Genus: Materia, & forma cũ non habeant per se esse, & solum dicant quid determinatum, quia eorum causalitates per se non extenduntur ad alia Genera, sed ordinantur directe tantum in Genere sui: quia habent esse, quatenus sunt in composito, propterea ad Genus, in quo est ipsum Compositum. Substantiæ sensibiles; quia habent omnes conditiones requisitas ad rationem Generis, & quia habent naturam Compositam, & habent potentialitatem in natura, & dicunt quid determinatum propterea sunt in Prædicamento per omnem modum: At Intelligentię, quia non habent naturam compositam sunt tamen aliquid determinatum, & habent potentialitatem in natura, sunt quidem in recta linea Prædicamentali; sed non per omnem modum.

6 Ex quo patet: quod Substantia Prædicamentalis, quę primo, directe, & per omnem modum constituit hoc Prædicamentorum, est sola Substantia sensibilis, et Corporea: atque adeo Concin-

Hanc potentiam relatę sententiæ cum hac distinctione quòd Substantiæ spirituales nec sunt per omnem modum in Prædicamento, nec per omnem modum sunt extra Prædicamentum: sed quatenus Angeli non habent naturam compositam, ac huiusmodi substantiæ non ponuntur in Prędicamento: Sensu hoc sensu est vera secunda sententia: quatenus vero sapradictæ substantię sunt quid determinatum, & habent potentialitatem in natura sunt in Prędicamento substantię: & in hoc sensu accipimus priorem sententiam.

7 Nec verum est, quod Substantia Prędicamentalis vni uoce dividitur in spiritualē, & corpoream: sed cum Porphirius posuit talem divisionem, hoc fuit secundum opinionem Platonis, qui ponebat substantias simplices in Prędicamento Substantię: quod tamen secundum mentem Philosophi non est verum.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum Deus directe colloceture in Prædicamento substantiæ?*

1 AFfirmant Gregorius noster Arimin. & Gabriel in 1. sentent. dist. 3. Holchot. q. 6. & Ioan. Baron. dist. 5. q. 1. ex eorum Opinionis rationes sanctissimæ Trinitatis. Prima. Desumitur ab Arist. qui 1. Phys. vult, quidlibet, quod est præter substantiam, & accidens, est ens Prædicamentale: Sed ergo sicut se habet Genus ad Speciem, ita se habet Ens transcendens ad Genera: sed omne Genus est in aliqua specie, ergo omne Ens est in aliquo Genere; sed Deus est maximum Ens, ergo Deus est in Genere. Tertio. Authoritate D. Patrum Aug. 5. de Trinit. c. 8. vbi ait, quædam Prædicamenta dici propriè de Deo, Substantiam, & Relationem: alia verò improprię, & mythaphoricè. Quarto. Ex D. Damasceno in Elementis 9 vbi ait, incorporeum esse Differentiā substantiæ, & sibi continere Deum, & Angelos. Quinto, quia ens increatum prædicatur de Deo sicut Substantia etiam increata prædicatur de Spiritu: ergo substantia Prædicamentalis vel increata prædicatur de Deo. Nego. Deus est mensura creaturarum: sed ex Arist. 10. met. vnū quodq; mensuratur aliquo sui Generis, quia mensura, & mensuratum sunt relativa: ergo Deus est in eodem Prædica-

Rōnes pro hac sēa

mento

menta cum creatura. Septimo. Quicquid differt ab aliquo; illud est in eodem Genere cum eo, à quo differt. Sed Deus differt à creatura differentia substantiali, ergo, &c. Oppon. Vel Deus convenit cum creatura in aliquo Genere, vel differt à creatura. Genere si primum, ergo Deus est in Genere Substantiæ cum creaturis secundum. Deus quamuis non sit in eodem Genere cum creatura; debet tamen esse in aliquo Genere, quia diversitas in Genere præsupponit diversa Genera. Nugo. D. Damascenus lib. de duabus naturis ait quod substantia, quæ convenit increatam Deitatem, & unamem creaturam, Genus esse Generalissimum. Decimo. De quibus est una scientia, illa sunt unius Generis, & rationis; sed Dei, & creaturæ est una scientia Metaphisica, ergo Deus, & creatura sunt eiusdem Generis.

2 Peripatetica, & communis sententia, quam veanimi dofessa recipiunt omnes scholastici, præter paucos iam superius citatos est. Deum nullo modo esse in Prædicamento Substantiæ. Probant, & quasi demonstrant hanc veritatem omnes Doctores: sed nullum tam fundamentaliter, quam Ægid. obiter in 1. sent. dist. 8. q. 1. vt ergo positionis rationem fundamentalem huius veritatis offendere.

1 Notandum est maximè cum eodem Ægid. vbi supra, quod quodlibet Prædicamentum est Genus: tria autem sunt de essentia Generis. Primum. Quod in quodam eorum: nam cum Genus prædicetur de specie, & pars inquantum pars nō prædicetur: sit, quod Genus respectu speciei habeat rationem totius. 2. Genus respectu speciei habet rationem potentialitatis, quia Genus est diffinitum speciei diffinitio autem habet partes; quia vt docet Arist. 7. metha. debet esse proportio partium diffinitionis ad partes diffinitæ, sicut totius diffinitionis ad totum diffinitum. ideo quælibet differentia est aliqua pars, habens rationem potentiæ, & alia habens rationem actus: sic in ipsa diffinitione prima pars, quæ est Genus, habebit rationem potentiæ: altera vero pars, quæ est differentia, habebit rationem actus. 3. tandem Genus respecta speciei, habet rationem continentiæ, non quomodocunq; sed tanquam forma media inter potentiam, & actum: nā cum multæ species vniantur in Genere tāquam in suo vniuersali: non potest Genus continere species

tria sunt de ēssentia generis.

vertitur tria negat Deū esse in prædicamento substantiæ,

ctes tanquam pura potentia; alias Genus esset tantum materia specici, reperiretur ergo species in Genere tanquam informa vniuersali, quæ teneret medium inter potentiam, & actum; ex quo colligimus, qd Genus respectu speciei habet hæc tria, scil. rationem totius; rationem potentiæ, & rationem formæ vniuersalis, tenẽtis medium inter potentiam & actum.

4 Qua doctrina sic adoptata, sic efficaciter ab Ægid. probatur, Deum nullo modo esse in Prædicamento. Deus non habet rationem totius; nec habet rationem potentiæ; nec tandem est forma tenens medium inter potentiam, & actum; ergo Deus nullo modo est in Genere Prædicamentali: consequentia sequitur, probatur antecedens quo ad singulas partes; In primis Deus non habet rationem totius, nec secundum rem, nec secundum rationem; non quidem secundum rem, quia nullum est totum secundum rem, quod nõ habeat partes, & partes: sed Deus est summe simplicissimus, & nullo modo secundũ rem habet partes; ergo Deus secundum rem non habet rationẽ totius: nec minus secũdum rationem; ea enim partibus secundum rationem debent correspondere, per quas secũdum rem: vel saltem partes secundum rationem sobstant in ea natura, quæ realiter habet partes: sed Deus nullo modo habet partes, cũ sit summe simplex; ergo Deus nullo modo habet rationem totius nec secundum rem, nec secundum rationẽ. Probatur modo, nec Deum habere rationem potentiæ. Deus, cum sit purissimus actus, non habet quiditatẽ distinctam ab esse, nec minus è in potentia ad suum esse, sed eius essentia est simpliciter suum esse, ergo Deus nec habet rationem potentiæ. Probatur tandem, nec Deum esse formam, tenentem mediũ inter potentiam, & actum. Omnis forma tenens medium inter potentiam, & actum, habet actum receptum in potentia, & semper est aliquid determinatum, seu sẽper est determinatum ad aliquam perfectionem, habetq; esse limitatum: sed Deus est simpliciter infinitus, cõtinet omnem perfectionem: nec est aliqua perfectio, quæ non competat Deo, ergo Deus non est forma tenens medium inter potentiam, & actum: atq; adeo si non habet requisita ad rationem Generis, nec dicetur in aliquo Prædicamento collocari.

Ad

In la-ta sẽtiã efficaciter ostenditur quo probatur ea sẽtia.

Deus cũ sit simplicissimus, nõ hẽt rõnẽ totius.

p. 16 nihil in appetitu.

1. Ad rationes contrarias facile quæ Respondetur. Ad primam dicimus, quod Deus est substantia, sed non est substantia, quæ est Genus: seu non est substantia, quæ est in potentia ad esse, sed est substantia, quæ est suum esse. Et propterea Deus non est in Genere, sicut etiam Deus non est Ens naturæ sed supra naturam. Ad secundum Respondetur, non esse eandem rationem de Genere ad species, & de Ente ad Genera: nam omnes species exaquant totum Genus; Omnia autem Genera non exaquant totum Ens; cuius ratio est, quia Ens: quod dividitur in decem Predicamenta, non est Ens in tota sua latitudine completa, sed tantum est Ens admixtum ex potentia, & actu. Ad 3. dicimus, quod Predicamenta, quæ sunt in Deo, s. substantia, & Relatio, non dicuntur univoce cum prædicamentis, in qua dividitur Ens: sed Analogicè, quia substantia, & Relatio in Deo est simplicissima, & purissimus actus, atq; infinita simpliciter. Prædicamenta vero, in quæ dividitur Ens, sunt composita ex partibus secundum rem, quia sunt quædam tota. & habent rationem potentiæ, & cum sint formæ, tenentes medium inter potentiam, & actum, ob

dicent nisi limitatam perfectionem. Ad 4. & 5. Respondetur, quod Deus est corporeus, & esse corporeum non continuat, nec mixtum esse spiritum vniuocè dicitur de Deo, & Angelis, seq; vel æquinocè, vel ad summum Analogicè. Ad 6. dicimus, fieri disloqui de mensuris homogeneis, eadem ratione cum mensurato, non autem de mensura diuersi ordinis, qualis est Deus. Ad 7. Respondetur, quod Deus primæ principia vt docet Philosophus, propter eorum simplicitatem non dicuntur differre per aliquam differentiam, sed sunt se ipsis diuersa, ita Deus cum sit simplicissimus, non differt ab eo, quod non est Deus, per aliquam differentiam aliam, sed immediatè differt per suam essentiam ab omnibus aliis loquendo igitur de differentia substantiali, quæ est Generis diuisiua, & constitutiua speciei, minor illa est falsa. Ad 8. Respondetur Deus proprie non est diuersus Genere à creatura: sed debet dici diuersus plusquam Genere, nam & duo Entia Creata, quorum vnum est corruptibile, & aliud incorruptibile differunt plusquam Genere, multo magis Ens increatum, & creatura. Ad

Soluit tres alias.

sol-

formam autem Argumenti dicendum eſt, quod dupliciter aliqua poſſunt differre Genere; primo ita vt vnumquodque ſit finitum, & quodlibet claudatur limitibus alicuius Generis: ſecundo itavt vnum, quia finitum eſt, claudatur à terminis ſui Generis; alind vero propter ſuam infinitatē ſit ſupra omne Genus, & ſic diſtinguitur Genere Deus, & creatura: vnde quamuis Creatura propter ſuam limitatam perfectionē claudatur in Genere, Deus tamen propter ſuam infinitatem in nullo Prædicamēto collocatur. Ad 9. Sumptam ex D. Damaſc. Reſpondetur; ibi per Genus Generaliſſimum intelligi id, quod eſt maximè commune; quod manifeſtè patet per illudem verba, ſic enim loquitur dict. *Subſtantia, quæ continet ſuper Subſtantialiter Increatam Deitatem, cætera ſubſtantialiter antrum, & creatitiæ omnem Creaturam, Generaliſſimum Genus eſt.* Vel poteſt intelligi Damaſcenus eodem modo, quo intelligitur Auguſtinus, dum ponit in Deo duo Prædicamenta; Genus igitur Generaliſſimum Subſtantiæ, quod eſt in Deo, nō eſt eiuſdem rationis cum Genere Generaliſſimo Subſtantiæ, quod eſt primum ex decem Prædicamentis. Ad vltimum Reſpondetur, quod ſicientia eſt communis, non oportet quod de quibus eſt vna ſcientia, ſit vna ratio ſimiliter; ſed ſufficit ratio Analogæ: & talia nec erunt vnius Generis Prædicamentalis: ſed vnius Generis ſcibilis. Et inde Genus ſcibile poteſt eſſe Latius, & ſtrictius, quam ſit Genus Prædicamentale: in argumento igitur ſyllogizatur Genus, & in maiori ſumitur pro Genere Prædicamenti, in minori vero pro Genere ſcibili.

6 Petes. an ſaltem Deus ponatur in Prædicamento indirectè? Reſpondet Aegid. in 1. dict. q. 9. cum diſtinctione, quod ſi eſſe in Genere ſumatur pro eo, quod ita eſt principium eius, quod eſt in Genere, vt non ſit principium alterius; ſic Deus non eſt in Genere indirectè: ſi vero ſumatur pro eo, quod ita eſt Principium vnius, vt etiam ſit principium alterius, & ab alio; ſic poteſt concedi, quod Deus ſit in Genere indirectè, ita Et D. Thom. in 1. dict. 9. q. 4. art. 2.

Quomō Deus ſit in genere indirectè.

## ARTICVL. SECVNDVS

*De Diuisione substantiæ in Primam, & Secundam: & de Dissolutionibus vtriusque.*

CIrca Naturam Diuisionis, & Diuisionis substantiæ tria sequentia Dubia sunt videnda.

## ARTICVLI SECVNDI

*De Diuisione, & Diffinitione substantiæ*

*Dubitationes Tres*

*Dub I.*

*Quid sit diuisum in Diuisione substantiæ in primam & secundam, & an diuisio sit Generis in species, an Analogi in Analogata?*

*Dub II.*

*An Diffinitio quam Arist. tradit de prima substantia, sit exacta?*

*Dub III.*

*An Diffinitio de secunda Substantia sit admittenda?*

## DVBITATIO PRIMA

*Quod nam sit diuisum in Diuisione Substantiæ in Primam, & secundam, & an dicta Diuisio sit Vniuoca, vel Analoga?*

1. IN hac difficultate multi, & diuersi sunt modi dicendi, quibus omnibus relictis tantillum operæ præbabilibus, audiatis antiquam & fundamentalem Doctrinam Scotti, dupliciter sumi posse substantiam, primo quatenus nata est quodammodo, seu quatenus natura eius Esse per se, realiter existens, & subsistens in natura substantiali; & hoc modo substantia non dividitur in primam, & secundam; sed potius est fundamentum remotum diuisionis; & in hoc sensu dividuum, erit diuisio Analogi in Analogata, quia tota ratio significata per nomen substantiæ, simpliciter est in prima substantia, & per attributionem ad primam & in secunda; imo si secunda substantia dicitur per se esse, hoc est ratione primæ substantiæ, & in hoc sensu

ecclesiendi sunt antecessit, qui volant distinctionem substantiæ in primam, & secundam esse Analogam. idque significare volens noster Ægid. in 1. sent. dist. 23. quæst. dum ait, *Genera, & Species, & omnia contenta non proprie dicuntur Substantiæ, & si competit eis tale nomen, hoc est secundario: propter quod Philosophus Substantias primas appellat Substantias secundas.* Alio modo sumi potest Substantia in communi, & in abstracto, scilicet secundum suum esse essentiæ: quod est esse per se completum, & principale, ita ut tale esse de ratione conceptuum tanquam prima intentio subiecta secundæ intentioni Substantiæ Prædicamentalis; & hoc modo dividitur in primam, & secundam, eligque divisio velut vocis in Vniuocam: eo prorsus modo, quo diximus de *Vniuersali*, quod si consideretur secundum esse materiale, seu quatenus est quædam res, sic est Analogum ad omnia Vniuersalia: quatenus vero accipitur tanquam prima intentio, subiecta secundæ intentioni Vniuersalitatis seu Prædicabilitatis, sic est Genus vniuocum ad Quinque Prædicabilia: ex vnius ratione, quæ etiam in illis potest denominationis

sua eadem modo Philosophari possumus de substantia Prædicamentali: si enim hoc accipiatur secundum esse materiale seu reale existentiæ, & quatenus est quædam res, & abstrahit ab omni intentione, sic Analogicè tantum potest dici de prima, & de secunda, quia tota ratio essendi per se completè simpliciter reperitur in prima substantia, in speciebus ac Generibus per attributionem ad primas substantias: accipiendo substantiam in communi quatenus est prima intentio subiecta secundæ intentioni substantiæ Prædicamentalis: sic ratio substantiæ Prædicamentalis vniuocè dicitur per se primam, & secundam: non quod diuisum sit ipsa substantia Prædicamentalis, apprehensa vt Genus Generalissimum, quia vt sic diuisum conuertetur cum vno membro dividente cum scilicet cum substantia secunda, sequeretur contra dictum, quia diuisum est ipsa substantia in communi, vt substantia secundæ intentionis substantiæ Prædicamentalis, secundum quam rationem vniuocè dividitur in primam, & secundam, quia ratio essendi per se æqualiter conuenit primæ, quam secundæ substantiæ. Nam si substan-

tia prima est Ens per se, completum, &c. etiam substantia secunda quia modus est Ens per se, completum, &c.

## DUBITATIO SECUNDA

### An definitio Substantiæ primæ sit exacta?

2 Multipliciter posset offendi, Definitionem primæ Substantiæ ab Arist. traditam, non esse exactam. primo, quia datur aliqua prima Substantia, quæ dicit de subiecto, ergo in definitione primæ Substantiæ male asseritur, quod nec in subiecto est, nec de subiecto dicitur, probatur antecedēs. Persona Substantia est, non secunda, sed prima: sed persona Prædicatur de hac, & illa persona, ergo aliqua Substantia prima dicitur de subiecto: minor cum consequentia patet; probatur minor, quia hoc nomen Persona non significat Substantiam, quæ est natura, sed Substantiæ, quæ est suppositū: sed hæc est Substantia prima: Ergo Substantia, quæ est natura, & Substantia secunda, ergo Persona non est Substantia secunda, sed prima. Secundo differt, sed prima. Secundo differ-

dita ab Arist. competit Deo, qui nec prima Substantia est, nec secunda, ergo illa definitio non est sufficiens: probatur Antecedens. Deus nec in subiecto est, nec de subiecto dicitur, ergo illa definitio primæ Substantiæ competit Deo. Tertio: Partes Substantiæ secundæ, & forma nec sunt in subiecto, nec dicuntur de subiecto: sed partes Substantiæ non sunt prima Substantia: ergo definitio data de prima Substantia conuenit alteri à definito, idem argumentum fieri potest de Anima separata:

3 Vera tamen sententia omnium scholarium Aristotelicam doctrinam, est definitionem de prima substantia ab Arist. traditam, exactā esse, & undequaque perfectā: probatur; supponendo primo, quod omnis negatio enuntiativa dicitur de aliquo, nisi ratione alicuius positivi, & sic by *Ens est in subiecto* nec de subiecto dicitur) conuenit prima Substantiæ ratione alicuius positivi, quod positivum non est aliud, nisi esse per se subsistenter in natura substantiali; quod enim nulli alteri conuenit nisi primæ Substantiæ. Hoc supposito, probatur bonitas definitionis primæ Substantiæ.

Hoc

Hoc est. Nō esse in subiecto, nec de subiecto dicitur idē est, ac esse per se, subsistens in natura Substantiali. & Subsistentans, Accidentia ita constituit primam substantiam in esse primæ Substantiæ, vt illam distinguat à quocunque alio, ergo illa Diffinitio est vndequaque exacta, consequentia sequitur. & antecedens patebit soluendo in contrarium argumenta.

6 Ad Primum negandum est antecedens, quod scilicet aliqua prima Substantia, quæ predicetur de nullo subiecto. Ad probationem cum dicitur, quod persona prædicatur de hac, & illa Persona. Respondet Ægid. in 1 Sentent. dist. 23. q. 3. quod Persona de se est nomen primæ Intentionis, & non importat aliquod communi: prima autem Substantia est nomen secundæ Intentionis; & idem ipse met Ægid. in 1. dist. 25. q. 1. ait, quod persona in Creaturis est Substantia, ob quam rationem non potest esse communis. In forma igitur ad argumentum dicimus, quod Persona dupliciter sumi potest, primo pro eo, quod est, & sic non est quid commune, nec prædicans; sed est hypostasis secundo sumi potest quantum admodum significandi, & sic assimilatur sedi uideo Vago. vnde primo, & per se non habet rationem communis; assimilatur tamen quantum admodum significandi cum communi; non cum communi, quod est secunda Intentio, & quod prædicatur; sed cum communi, quod est intentio prima.

7 Ad secundum arguendū est, quod Diffinitio primæ Substantiæ competat Deo; & ad probationem, cum dicitur, quod Deus nec est in Subiecto, nec dicitur de Subiecto. Respondetur, quod negatio nulla est propria; vnde si diffiniretur homo per hoc quod est, non esse hynnibilem; talis negatio non esset tantum propria hominis: sed negatum vt mandatur in aliquo positivo, & quatenus præsupponit aliquod positiuum, potest incommunare vni, vt non possit competere alteri: sic ly (non est in subiecto, nec dicitur de subiecto) quatenus equivalet huic positivo ly (est vnus per se completus, quod aliis identibus subsistat,) inconuenit primæ Substantiæ, vt nec Deo, nec alteri conuenire, præter primam Substantiam.

8 Ad tertium Respondetur, quod ly non esse in subiecto nec dici de Subiecto, non so-

salum significat non in esse alteri per inhærentiam, sed propriè dicit, esse per se completè et subsistens in natura Substantiali, quod paribus Substantialibus omnino convenit. Sic dicendum est ad illud de Anima separata.

## DVBITATIO TERTIA

### V. Diffinitio, quam Philosophus tradit de secunda Substantia, sit sufficiens?

videtur 9 Diffinitio secundæ substantiæ non sit sufficiens.

1 SIc Aristoteles secundam Substantiam diffinit: *Secundæ Substantiæ dicuntur Genera, & Species, in quibus insunt primæ.* Contra quam Diffinitionem extat gravis ratio dubitandi quæ formari potest hoc modo. Genera, & Species sunt primæ Substantiæ, ergo non sunt secundæ, probatur antecedens. In Aut Prædicamentis cap. de Priori, Illud est prius, à quo non valet subsistendi consequentia: sed a Genere, & Specie ad Individuum non valet subsistendi consequentia, non enim valet, Animal est, ergo homo est, ergo Petrus est: ergo prius est, esse Animal, quam esse hominem, & prius est, esse hominem, quam esse Petrum: ergo prima est Substantia, quam Petrus, & per consequens male dicitur a Philosopho, quod Genera, & Species sunt Secundæ Substantiæ, cum potius videantur esse primæ Substantiæ. Secundo: Dantur Genera, & Species, quæ non sunt Substantiæ, ergo mala Diffinitio; probatur antecedens, Genera, & Species Accidentis sunt Universalia, & tamen huiusmodi non sunt Substantiæ ergo, &c. Tertio. Ratio Generis & ratio Speciei Specie differunt, ergo simbæ non possunt constituere vnam Speciē Substātiæ antecedens est certū probatur consequentia, quia sicut duæ Relationes Specie distinctæ non possunt constituere vnam Speciem relationis: ita duo Prædicabilia Specie distincta, non possunt constituere vnam Speciem Prædicabilem.

2 Dicendum tamen, quod non habet minorem rectitudinem hæc de secundis Substantijs Diffinitio, quam sit Diffinitio tradita de Substātia prima, conueniunt inhæc sine dubio omnes: & probatur facile, supponendo prius id, quod docet Ægid. in 1. Sent. dist. 23. q. 13. vbi ait, quod

quod Substantia prima est idem quod suppositum, Substantia vero secunda est id, quod natura: ex quo colligitur, quod sicuti Substantia prima cum Diffinitur, Diffinitur Substantia, quæ est suppositum; seu Substantia omnino incommunicabilis: peterfabilur secunde Intentionis Substantiæ primæ; cum cum diffinitur Substantia secunda, diffinitur Substantia, quæ est natura, seu Substantia, quæ est alijs communicabilis, prout subijcitur secundæ intentioni Vniuersalitatis.

3 Nunc probatur bonitas Diffinitionis, quam philosophus tradit de Secundis Substantijs. Esse Genera, vel Species ita conuenit Substantijs secundis; vt nulla sit Substantia secunda, quæ non sit vel Genus, vel Species; ergo data Diffinitio optima est, patet consequentia, quia illa censetur optima Diffinitio, quæ ita competit Diffinito, vt illi alteri conueniat; probatur antecedens. Diffinitum datæ Diffinitionis est omnis Substantia completa, quatenus dicit naturam communem subiectam secundæ Intentioni Vniuersalitatis: sed omnis Substantia communis subiecta secundæ Intentioni Vniuersalitatis est vel Genus, vel Species, &c.

6 Ad primum Argumentum in contrarium Respondetur cum Ægid. in lib. Prædicamentorum p. 18. quod Vniuersalia sunt priora quatum ad Intellectum, sed singularia præcedunt Vniuersalibus quantum ad sensum: & ideo secundum diuersas cõsiderationes vnum est prius, & posterius alio. Ad secundum Respondetur, negando antecedens, quod dentur Genera, & Species, quæ non sint Substantiæ; ad probationem dicimus, quod Genera, & Species Accidentis sunt Substantiæ secundæ, non tamen Substantiæ secundum esse, sed sunt Substantiæ secundum dici, quia includunt modum Substantiæ.

7 Ad tertium Respondetur Genus, & Species duppliciter posse considerari, primo vt sunt quædam Prædicabilia, & hoc modo verum est quod Species distinguantur secundo vt sunt Substantiæ Vniuersales, & hoc modo conueniunt sub eadem secunda intentione Substantiæ secundæ.

D argumentum oppositum

AR-

## ARTICVLVS TERTIVS

### De Proprietatibus Substantiæ.

EX Proprietatibus, quas Aristoteles tribuit Substantiæ: tres vltimo habent aliquam Difficultatem, & ideo præsentem articulum tribus dubitationibus concludemus.

## ARTICVLI TERTII

### De Proprietatibus Substantiæ

### Dubitationes Tres.

*Dub. I.*
*Vtrùm Substantiæ sit aliquid contrarium?*

*Dub. II.*
*Vtrùm Substantia suscipiat magis, & minus?*

*Dub. III.*
*Vtrùm Sola Prima Substantia sit susceptiua contrarij?*

## DVBITATIO PRIMA

### *Vtrum Substantiæ sit aliquid Contrarium?*

1 SOlent multa obijci, vt ostendatur Substantiæ aliquid esse contrarium, & primus fuit adductus illud Aristot. 1. Post. text. 50. vbi hæc inquit (*Principia ex quibus Substantia Generatur, & componitur, esse contraria: imo esse prima contraria, & in eo quodque Genere, seu Prædicamento esse etiam contrarietatem, & ideo in Substantia, quæ etiam Genus est, etiam contrarietatem reperiri*) hæc Arist., ex quibus videtur idem Philosophus sibi ipsi contrarius, dum in capite præsenti asserit, proprium esse Substantiæ non habere contrarium. Secundo solet obijci illud, quod Elementa sunt Substantiæ, & tamen sunt contraria, videlicet, aqua, aer, & terra. Quod Scilicet Elementa esse contraria, non quatenus sunt Substantiæ, sed ratione primarum qualitatum, quæ sunt eorum Accidentia, veratione calidi, & frigidi, &c. contra hoc est, Qualitates

ist

ille procedunt ab ipsa Substantia. Elementorum, ergo ab ea accipiunt contrarietatem, ergo contrarietas primo est in Substantia, & per participationem est posterius in Accidentibus. Tertio. Omnis motus est à contrario in contrarium: sed in Substantia est motus vt Generatio, ergo in Substantia est contrarietas. Quarto, Omne id quod corrumpitur à suo contrario corrumpitur: sed Substantiæ corrumpuntur: ergo Substantiæ habent contrarium.

3 Vanum tamen est sduertendum; & tota Difficultas resoluetur: contrarietas duplex est, altera est Generis Prædicabilis, alia dicitur Generis susceptibilis: contrarietas Generis prædicabilis est quæcunq; oppositio differentiarum Substantialium, dissidentium idem Genus prædicabile, vt rationale: & irrationale ita opponuntur, & sibimetipsis contrariantur, vt in eadem specie sint omnino incompossibiles, hæc dicitur contrarietas Generis prædicabilis: quæ in Substantijs vtique peritur & non distinguitur ab oppositione priuatiua, relatiua, & contradictoria: contrarietas vero Generis susceptibilis ē oppositio inter illa, quæ se

mutuo expellunt, & circa idem subiectum esse non possunt; & hæc contrarietas nō est in Substantijs, quia ipsæ Substantiæ sibi inuicem non expellunt: & de hac secunda contrarietate intelligendus est Aristoteles dicens, proprium esse Substantiæ non habere contrarium, intelligit de contrarietate Generis susceptibilis, quæ eadem est, ac opposita contraria.

4 Quæ adeo ratione primò sic proposita conclusio fuit, Substantiæ, secundam essentiam consideratæ, nihil est contrarium contrarietate propria, & in rigore, quæ ab Aristotele vocatur Generis susceptibilis: propter qualitates tamen accidentales est Substantiæ aliquid contrarium, contrarietate Generis prædicabilis, quæ alijs verbis solet appellari vel oppositio priuatiua, vel contradictoria vel tandem relatiua, eāque contrarietas in lata significatione.

Et hoc tantum probant obiectiones adductæ.

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Substantia suscipiat magis, & Minus?

1 PRO vtraque Parte est ratio dubitandi. Pro parte negatiua est expressa Philosophus in textu, vbi asserit proprietatem esse Substantiæ, non suscipere magis, & minus. Deinde vrget ipsa ratio, quia Substantia non intenditur, nec remittitur; cum ad Substantiã nullus sit motus intensionis, & remissionis, vt ait philosophus 3. phisic. Rursus Substantia non potest suscipere magis, & minus quantum ad essentiam, quia essentia, & quiditas Substantiæ est penitus indiuisibilis: vnde nec ipsæ formæ accidentales quantum ad essentiam possunt suscipere magis, & minus: Nec Substantia potest suscipere magis, & minus quantum ad esse, quia illud esse, quod potest variari, nõ est de se in alio, sed est esse per se independenter ab alio vt a subiecto inhesionis: Substantia ergo nullo modo potest suscipere magis, & minus.

2 Pro parte vero affirmatiua etiam affert potest testimonium Arist. qui comparãdo Substantias inter se, inquit, vnam esse magis Substantiam, quam aliam, vt Substantia prima est magis Substantia, quam Substantia secunda, quæ sunt Species, & Species sunt magis Substantia quam Genera. ergo ex Arist. Substantia suscipit magis, & minus. Deinde homo est animantior bruto, & brutum est Substantia magis perfecta quam arbores, &c. ergo inter Substantias vna suscipit magis, & minus, quam alia.

3 Supponendum est tamẽ pro veritatis declaratione, quod magis, & minus comparationem importat: comparatio autem semper est respectu alicuius vnius, quia tunc comparantur ad inuicem, respectu alicuius comparantur: & quia in Substantijs est vnitas informa, propterea in Substantijs est propriè comparatio. Quamuis autem vnitas informa non sit propriè, nisi in Specie Specialissima; vnde quæ solum sunt eiusdem speciei, videntur esse comparabilia: tamen quia informa Generis, & in his, quæ dicuntur analogicè est aliqua vnitas; ideo etiam in his eo modo, quo est vnitas, eodem modo esse potest comparatio: dicemus ergo, quod comparatio propriè, & in rigore non

non est nisi in forma specifica, quæ est perfectio vltima, & impropriè actus, & in hac acceptione etiam comparatio est in forma Generis, seu inter species per respectum ad Genus; & inter ipsa Analogata per respectum ad formam Analogatam. Supposito autem supposito, duplici conclusione est præsens dubitatio resolvenda.

4 Prima conclusio. Substantia per comparationem ad formam specificam nullo modo suscipit magis, & minus. hæc evidenter probat pars negativa præsertim illo vltimo argumento; nam cum vnitas formæ specificæ sit omnino indivisibilis, non potest inæqualiter participari à suis inferioribus: atque adeo Substantia per ordinem ad formam specificam, seu per ordinem ad essentiam, & quidditatem speciei nullo modo suscipit magis, & minus. & hoc modo intelligendus est Arist. quando ait, proprium esse Substantiæ non suscipere magis, & minus. 1. concl.

5 Secunda conclusio. Si Substantia comparetur in ordine vel ad formam Generis, vel ad formam Analogi: tunc necessarium est, quod Substantia suscipiat magis, & minus: & in hoc sensu intelligendus est idem Philosophus, quando comparat vnam Substantiam cum alia, ait, primam Substantiam esse magis substantiam, quia secundæ sequè recipienda est alterum pars affirmativa, quod Substantia sit magis, & minus. 2. concl.

6 Ratio huius rei est, quia omnes species essentialiter differentes, distant a primo ente secundum quosdam Analogum; ita vt non possint esse duæ species essentialiter differentes, in quibus reperiantur æqualiter eadem forma Generis; quia vt ait Philosophus, & Metaphysicus species sunt in suis numeris; in quibus, quæ magis distant a primo ente, sunt magis imperfectæ, & minus participant de forma Generis: assignatur vna substantia magis substantia, quam alia, secundum quod magis participat de Entitate primi Principij: atque adeo inter species eiusdem Generis necessaria est comparatio secundum magis, & minus, quia inter species eiusdem Generis, semper vna magis vel minus differt a primo ente quam alia: propter quod vna Species semper est magis vel minus perfecta quam alia.

7 Et si hanc comparationem secundum magis, & minus obtinemus esse in Substantijs per comparatio-

nem ad formam Generis multo facilius ad idem oſtendemus etiam in Subſtantijs per comparationem ad formam Analogi; idque ſic. declaratum Subſtantia, de eſt quodam Analogum, & eſt quodam Genus: quatenus eſt quodam Analogum praedicatur de principijs ſubſtantiae, vt de Materia, & forma: vt autem eſt Genus, praedicatur de ipſis competitiue: cum enim dicimus Materiam eſſe Subſtantiam, & formam eſſe Subſtantiam, Subſtantia, quae dicitur de vtraque parte, non poteſt eſſe Subſtantia, quae eſt Genus, Quia ea, de quibus eſſentialiter praedicatur Genus, eſſentialiter ſunt in Genere: deſtet materia autem, & forma deſtet & perſe non ſunt in Genere, ſed tantum reductiue: Subſtantia igitur, quae praedicatur de Materia, & forma, eſt Analogum, quia forma eſt magis Subſtantia, quam materia, cum forma minus differt a primo Ente, quam materia: haec enim eſt propriè nihil, & tenet medium inter nihil, & aliquid, vt annuit Commentator in Primo Phyſicorum. In Subſtantia igitur vt eſt Analogum, reperitur magis & minus, quia forma plus participat de Entitate, quam materia. Subſtantia etiam vt eſt Genus, reperitur magis & minus: nam Animal eſt magis ens, quam Lumbricus, quia Intentio naturae non ſtatuit in Lumbrico, ſed ſolum pertenditur ad Animal: ergo inferiora, quae ſunt ſub eodem Genere Subſtantiae, minus ens eſt magis Subſtantia, quam aliud ens videatur Aegid. in 1. lib. methaph. q. 27.

8 Et quod oſtendimus de Subſtantijs Generabilibus, & corruptibilibus, id idem proportionaliter dicendum eſt de Subſtantijs Spiritualibus, & incorruptibilibus: nam cum hi etiam non aequaliter differant a primo Ente, ſed vnum magis, vel minus, quam aliud, inter ea ſic etiam erit comparatio ſecundum magis & minus.

DV-

## DVBITATIO TERTIA.

### V. Sola Substantia Prima sit susceptiua contrariorum?

1 INter Omnes Proprietates Substantiæ hæc voluit Philosophus esse vltimam, quod Substantia vna numero manens, sit susceptiua contrariorum. Circa quam proprietatem triplex difficultas est explicanda. Prima, an hæc proprietas conueniat solum Substantiis an etiam Accidentibus? Secunda, an dato, quod conueniat solis Substantijs, conueniat non solum primis sed etiam secundis; tertiò, an hæc proprietas sit quarto modo, itaut conueniat Omni, soli & semper?

2 Et singulis Difficultatibus hac vnica conclusione est Respondendum, esse Proprietas Substantiæ quarto modo, quod vna numero manens, sit susceptiua contrariorum: vnde sola Substantia, & omnis Substantia tam prima, quam secunda, manens vna numero, est susceptiua contrariorum. Ita interpretantur Aristotelem omnes Recentiores; eâque expressa nostri Ægidij. Vt autem hanc veritatem probemus, & simul etiam argumenta incontrarium soluamus, aduertendum est id, quod idem Ægid. annuit in expositione huius propriet. tis in lib. Predicamentorum hic Capitis de Substantia pag. 19. col. 1. & 2. Quod ibi verba (*Vna numero manens*) non significant tantam vnitatem numericam Substantiæ, itaut sit sensus, quod illa tantum Substantia sit susceptiua contrariorum, quæ est vna numero, & vnitatem habet numericam, id enim falsum esset: cum vnum Individuum suscipiens contraria, non maneat idem numero: Petrus enim, qui nunc est albus, si abijciens albedinem, suscipiat nigredinem, non est dicendus idem Petrus numero sub nigredine, qui erat sub albedine: nec est vna, & eadem Substantia numero sub vno & alio Accidente: nam Numerus dicit esse, esse autem cum proueniat à forma, quo ties mutatur, & variatur forma, toties mutatur, & variatur esse, ac numerus. Illæ ergo particulæ (*vna numero manens*) significant vnitatem essentiæ Substantiæ in vno numero; i. in vno Individuo, ita vt sit sensus, Omnis Substantia quæcunque

Ægid. explicat hanc propriet.

sit

sic sine Prima sive secunda sive particulari sive Totali alia manens res, i. eadem sua essentia, sive immediate manente secundum essendam, ut vno momento sit vno Individuum, est susceptiua contrariorum. At sic homo, vel Animal, quæ sunt Substantiæ secundæ, retinendo eandem veritatem in essentia in vno momento, i. in vno Individuo, sunt susceptiua contrariorum. Hæc replicatio Ægidij est satis ad mentem Philosophi, & nedum est fundamentum firmum, pro tenenda Assertione posita; sed etiam optime solvit omnes incontracium rationes.

Angeli non susciptunt contraria.

3 Sed petes an omnis Substantia etiam incorruptibilis sit susceptiua contrariorum? Respondetur, quod loquendo de Angelis, tam diximus loco, non collocari per omnem mutationem in Prædicamento Substantiæ propter quod non est mirum si Angeli non suscipiant contraria: de Corporibus vero cœlestibus, dicimus, non esse necesse, quod suscipiant omnia contraria: sed satis est, si suscipiant illa, quæ sunt connaturalia eorum naturæ, unde etiam Orbes cœlestes suscipiunt motus contrarios quantum ad diuersa vbi, quia aliquando sunt in Oriente, aliquando in Occidente, &c. & hæc de Substantia dicta sint satis.

QVÆ-

# QVAESTIO TERTIA

# DE

# PRAEDICAMENTO QVANTITATIS.

PRaedicamentum Quantitatis post Substantiam est inter omnia Accidentium Praedicamenta praestantius: De quo Agens Philosophus, diuidit totum hoc in tres partes. In prima dat de Quantitate tres diuisiones: in secunda explicat singulas species Quantitatis. in tertia tandem declarat tres proprietates Quantitatis. Quicquid autem Philosophus textualiter docet de Quantitate, nos per sequentes articulos concludemus.

## QVÆSTIONIS TERTIÆ

### De Quantitate

### Articuli Quatuor

*Artic. I.*
*De Quantitate in Communi.*
*Articulus II.*
*De Quantitate Continua.*
*Artic. III.*
*De Quantitate Discreta.*
*Articul. IV.*
*De Proprietatibus Quantitatis.*

## ARTICVLVS PRIMVS

### De Quantitate in Communi.

NOn agimus hic de Quantitate perfectionis: quo pacto Deus dicitur magnus magnitudine virtutis: sed tota praesens Quaestio erit de Quantitate molis, quae dicitur Quantitas magnitudinis; De qua vt sic, et in Communi decem sequentes sunt explicandae Difficultates.

AR-

## ARTICVLI PRIMI

## De Quantitate in Communi

### Dubitationes Decem

Dub. I.

V. Genus Generalissimum in hoc Praedicamento sit Quantitas in abstracto, an in concreto?

Dub. II.

Quae nam sit ratio formalis constitutiua Quantitatis, Diuisibilitas ne, an ratio mensurae, vel extensio partium?

Dub. III.

V. Essentia Quantitatis sit existentia partium in ordine ad se, an vero in ordine ad totum?

Dub. IV.

V. Extensio partium in ordine ad se, sit in ordine ad totum essentialiter diuersa à Quantitate?

Dub. V.

V. Quantitas essentialiter differat à Substantia?

Dub. VI.

V. Res, quae est Substantia, possit suscipere partem Quantitatis, & è contra?

Dub. VII.

V. Substantia, quae secundum essentiam est simpliciter indiuisibilis, habens modum quantitatiuum, possit dici realiter diuisibilis?

Dub. VIII.

V. Quantitas secundum diuersas Res habentes modum Quantitatiuum, sit diuisibilis in Infinitum?

Dub. IX.

V. Motus sit Quantitas?

Dub. X.

V. Diuisio Quantitatis in continuam, & discretam sit Generis in Species?

## DVBITATIO PRIMA

V trum Generalissimum in hoc Praedicamento sit Quantitas in abstracto, an in concreto?

1 Videtur, quod in hoc Praedicamento nullum sit Genus Generalissimum, quia in vno quoque Genere est reperire vnum minimum, à quo omnia fluant, & ad quod omnia reducantur, vt in ponderibus Vncia, in Melodijs Tonus, sed

videtur quòd hoc prædicamentum nullum sit Genus Generalissimum

in Quantitate non plura minima, & puncta, & vnitas: ergo Quantitas non est vnius Generis, & si non est vnius Generis, sequitur, quod non sit Genus, iuxta illud Philosophi in lib. decem, quod non est vna Propositio, non est propositio.

3 Deinde supposito, quod in hoc prædicamento detur Genus Generalissimum pro vna parte videtur, quòd illud sit Quantum in concreto, & non Quantitas in abstracto, nam Prædicamenta Accidentium eo modo constituuntur Genera Generalissima: quomodo distinguuntur inter se, sed non distinguuntur inter se in abstracto, sed in concreto: ergo non constituunt Genera Generalissima in abstracto, sed in concreto: probatur minor. Prædicamenta distinguuntur inter se penes diuersum modum Prædicandi de prima substantia, sed sola contenta prædicantur de prima substantia: non enim dicimus, Homo est Quantitas, Petrus est Albedo: sed est Quantus, Petrus est albus, ergo Prædicamenta distinguuntur inter se sumpta in concreto, & consequenter etiam in concreto constituunt Genera Generalissima.

Pro alia parte videtur Quantitas in abstracto

4 Pro plena tamen Dubitationis intelligentia tantum dum est, quod Prædicamenta Accidentium habent duplicem modum prædicandi, alium in quid de suis inferioribus, alium in quale de primis Substantia, penes primum modum constituuntur quelibet Prædicamenti: sed penes secundum modum prædicandi distinguuntur inter se: primus modus prædicandi conuenit Accidentibus in abstracto, sed secundus conuenit Accidentibus in concreto: itaque quodlibet Prædicamentum habet suum Genus Supremum, quod dicitur Genus per ordinem ad sua inferiora, quatenus de illis prædicatur in quid, dicitur autem Generalissimum, quatenus ipsa se non habet aliud Genus: & quamuis hæc

Prædicamenta Accidentium habent duplicem modum prædicandi.

3 Exinde ad parte, quiet

tem, & distinguendi illa ab aliis; propter quod posset inferri, quod si Prædicamenta distinguuntur inter se, quatenus in concreto prædicantur de prima substantia etiam per eundem modum prædicandi constituuntur in eis Prædicamenta. Tamen sciendum est, quod Quodlibet Prædicamentum potest dupliciter considerari, primo quatenus est Prædicamentum, & Genus supremum, quia cationes essentialiter habet tantum respicere sua inferiora, & in hoc convenit cum omnia Genera Generalissima; secundo, quatenus est tale Prædicamentum particulare, & hoc modo unum distinguitur ab alio per differentiam medium prædicandi de prima Substantia. Prædicamentum igitur Accidentium, vt Prædicamentum est, & quatenus est superius inferiora, est quodam abstractum, quia vt sic debet prædicari tanquam Genus de speciebus: quod non convenit Accidentibus in concreto: Quatenus vero tale prædicamentum, & pro vt vnum distinguitur ab alio sic est concretum, quia sic debet prædicari de prima Substantia: de qua non potest prædicari essentialiter, sed tantum denominative.

Fratres mentâ vt respicit sua inferiora, vt quodlibet abstractum.

Quatenus vero tale Prædicamentum particulare de prima Substantia concretum.

Hæc notanda. Assertio nostra est. In Prædicamento Quantitatis Genus Generalissimum est Quantitas in abstracto, non in Concreto, vt ex Ægid in 8. Prædicam. cap. de Quantitate dub. 1. patet. Probatur, quia Quodlibet Prædicamentum Accidentium eo modo constituit Genus Generalissimum, quo modo potest prædicari essentialiter tanquam Genus supremum de suis inferioribus; sed Accidens non potest prædicari essentialiter de suis inferioribus in concreto, sed solum in abstracto; ergo, &c. maior patet ex Notabili; minor vero etiam patet, nec verum est, quod aliqui affirmant, quod Albedo est Quantum, vt possit prædicari etiam in concreto de suis inferioribus: nam præceptum Ægid. in loco citato expresse docet, falsam esse hanc propositionem, linea est essentialiter quanta; assignatque rationem, quia linea est quid Simplicissimum, Quantum vero significat aggregatum ex subiecto, & Accidente, vnde ibidem concludit, quod Quantum non est Genus, sed Quantitas.

Assertio nostra.

Ad Argumenta igitur sic respondetur, ad primum negranda est minor, quod in Quantitate sint plura mini-

Ad 1. Ar
ga.

ma,

ma, ad probandum dicimus, quod omnia puncta in Quantitate ad vnum ultimum reducuntur, ad vnitatem, quia puncta cum se habeant per additionem ad Vnitatem, ad eandem vnitatem reducitur: & sic vnitas est minimum in Genere Quantitatis.

7 Ad secundum, quo ostendebatur, Genus Generalissimum esse Quantum in concreto, respondetur, quod Genera Generalissima, vel considerantur quatenus sunt Genera Suprema, & quatenus vnum quodque essentialiter praedicatur de suis inferioribus; & hoc modo sicuti Praedicamenta Accidentium non praedicantur de suis inferioribus in concreto; sed in abstracto, ita non constituuntur in esse Generum supremorum sub nomine concreto; sed abstracto: si vero considerētur secundum peculiares eorum rationes, quatenus vnum Praedicamentū distinguitur ab alio; sic sicuti vnum Praedicamentum distinguitur ab alio per diuersum modum praedicandi de prima Substantia, & nullum Praedicamentum Accidentium praedicatur de prima substantia in abstracto, sed in concreto: ita vnum quodque Praedicamentum constituitur in esse peculiari & peculiariter vnum distinguitur ab alio in concreto, & non in abstracto. Altera ratio dubitandi probat nostram Assertionem.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quænam sit ratio formalis constitutiua Quantitatis. Diuisibilitas ne sit ratio mensurae, vel extensio partium?*

1 INter Solemnes Methaphisicalem Disputationum de Quantitate Controuersias, illa procul dubio censenda est omnium potissima, in qua quæritur, quænam sit ratio essentialis constitutiua Quantitatis, nā eius resolutio, & intelligentia nedum est veluti fundamentum omnium aliarum, quæ de eadem Quantitate solent à Methaphisicis agitari; sed etiam & ipsis Philosophis est necessaria valde: imo & Theologis iuuat non parū pro recondita ac Sanctissimi de Eucharistia Sacramēti veritate tuenda: vnde ait Doctor Ægidius omnium Scholasticorum merito Princeps,

qui in omni materia, & Philosophicâ & Theologicâ tam egregiè scripsit: in hanc materiam de Corpore Domini pro explicandis quibusdam difficultatibus non alio modo recurrit nisi ad essentiam Quantitatis: nos ergo igitur inquam, & aliquantulam diffusè hujus Praedicamenti perscrutabimur quidditatem.

2 Et vt ab hoc inchoemus, tria possumus in Quantitate concipere, primum est ratio mensuræ, secundum est divisibilitas, tertium est extensio quarumcumque partium in quantis: nam ex his tribus fit evidentia Quantitatis.

3 Aliqui-dicunt, Quantitatis essentiam consistere in ratione mensuræ, quia Arist. in hoc Praedicamento probat, Orationem esse quantam per hoc, quod mensuratur longitudine, & brevitate, & etiam loquitur D. Thom. Opusc. 52. vbi ait, propriam rationem Quantitatis esse rationem mensuræ.

4 Alij verò præsertim Subtiles cum Scoto in Praedicamento q. 17. affirmant, essentiam Quantitatis esse divisibilitatem, quia Philosophus 6 Metaph. cap. 13. Divisibile Quantum, inquit, dicitur esse divisibile in ea, quæ sunt ex partibus, quarum utrumque, & omnino quodque aliquid est.

5 Nihilhominus communis, & vera Sententia est, essentiam Quantitatis esse extensionem partium vel de quatenus Extensio facit vnam partem extra aliam. Ita expressè docuit Aegid. tom. 16. Quodlib. 1. q. 7. cum etiam in 1 Sententiarum de Corpore Domini proposit. 29. Sed inter alia hæc habet: *Videtur enim, quod sola Quantitas sit sua extensio, quia extensio in Quantitate non est aliquid superadditum quantitati: nec enim Quantitas est extensa per aliud; sed ipsa est quid extensum, præter quod non competit ei aliquid per participationem: sed essentialiter est ipsa extensio, quia non potest intelligi quantitas, si non intelligatur extensa, pertinet ergo ad ipsam quidditatem Quantitatis extensio: unde si Dissentirent Quantitates Dispositiones non per additamentum ad extensionem pertinent ad quiditatem ipsius: natura autem primæ Quantitatis sunt extensa per participationem.* Iquidem hoc loco clarius nequit inhæc re esse inter Doctores discrepantia: nam si absque dicere, essentiam Quantitatis esse mensuram, & alij di-

Veritas 5. Extensionem esse essentiam Quantitatis.

Infirmatur locus Aegidii.

quis-

visibilitatem, aliud dicendū est, quod mensura, & divisibilitas sumpta radicaliter, scilicet pro origine, à qua nascitur mensurabilitas, & divisibilitas; sic utraque non distinguitur ab extensione partium: quamuis mensurabilitas, & divisibilitas formaliter sumpta, quatenus adueniat rei quanta, sit propria passio Quantitatis.

6 Vt autem veram assertionem probemus à priori, explicandum est prius, quid sit extensio vaga, & quid adæquata Quantitas continua atque discreta supra Quantitatem in Genere? Notandum igitur, quod extensio in rigore nihil aliud sit, nisi vnam partem alicuius totius non esse aliam; seu vnam partem esse extra aliam; quotiescunque ergo intelligimus, aliquod totum habere plures partes, quarum vna non sit alia, vel quarum vna sit extra aliam; sic idem totum dicimus esse extensum, ita vt sit omnino impossibile, quod aliquod totum habeat plures partes, quarum vna sit extra aliam, & quod tale totum non sit extensum. Extensio autem sic in Genere duplex est, alia est extensio continua, alia est extensio discreta; Extensa continua seu Quantitatis continuæ non solum facit, vt vna pars non sit alia: sed etiam vt vna pars sit vlterius diuisibilis in alias vlteriores partes; vnde extensio continua hoc addita extensionem vocat, quod singulæ partes extensæ extensionis continuæ sunt vlterius diuisibiles in infinitum: extensio vero discreta facit quidē vt vna pars non sit alia, seu vt vna sit extra aliam: sed habet hoc peculiare, quod singulæ partes extensæ extensione discreta, non sunt vlterius diuisibiles in alias vlteriores partes; vnde partes extensæ extensione discreta sunt omnino indiuisibiles.

7 Hac præmissa adnotatione sic probatur à priori nostra Conclusio: non potest intelligi Quantitas sine partium extensione, nec minus concipi potest extensio partium sine Quantitate; ergo extensio vt sic, quatenus dicit vnam partem non esse aliam, seu extra aliam, est essentia Quantitatis. consequentia non potest negari, quia illud est de essentia alicuius rei, sine quo ipsa res concipi non potest: Antecedens autem patet ad sensum, & ex dicendis in sequentibus magis tolerabitur.

## DVBITATIO TERTIA

### *Vtrum Essentia Quantitatis sit extensio Partium in ordine ad se vel in ordine ad locum?*

1 Aegidius in theorematibus de corpore dominal propositio 6. & propos. 12. docet, quod duplex est positio partium: seu duplicitèr partes possunt esse extensæ, primo in ordine ad totum; seu in ordine ad se, & hæc extensio est *Differentia Quantitatis*: vnde Arist. in hoc Prædicamento ait, *Quantitatem ha quidam habent positionem ad inuicem, alia vero nullam*. Secundo sumus potest positio partium in ordine ad locum, & hoc modo partium positio constituit Prædicamentum Situs: Extensio partium in ordine ad se, seu in ordine ad totum consistit in hoc, quod vna pars extensa non sit alia, seu in hoc, quod vna pars sit extra aliam, vt quod caput non sit pedus, *Pedus* non sint brachia, brachia non sint pedes, &c. extensio vero siue positio partium in ordine ad locum consistit in hoc, quod totum corpus occupet totum locum, & pars corporis occupet partem loci, ita vt vna pars corporis non occupet locum alterius partis, & quia vtraque extensio pertinet ad Quantitatem, ideo hic explicandum est, quæ nam illarum sit essentia Quantitatis?

2 *Primo* ex Nominalibus vt Ocham, Gabriel, & alij in tract. de Eucharistia in eorum sententia, vt fatentur, extensionem in ordine ad locum esse de essentia Quantitatis, quod sic probare conantur. *Primo* Omne Quantum finitum, & permanens debet esse necessario figuratum, sed figura non potest esse sine hac extensione locali: ergo omne Quantum debet esse necessario extensum in ordine ad locum, ergo extensio partium in ordine ad locum est de essentia Quantitatis. *Secundo*, Est impossibile, vt aliqua Res per eam Quantitatem non sit in aliquo loco: Vel ergo res per Quantitatem est in loco diuisibiliter, ita vt totum corpus occupet totum locum, & pars corporis partem loci vel est in loco indiuisibiliter? si primum; ergo Quantitas esse non potest sine extensione partium in ordine ad locum: si secundum

ergo

Nominalium sententia.

1. ratio probatur

ergo Quantitas non est Quantitas; probatur hæc vltima consequentia, quia ideo punctus non est Quantitas, quia punctus non est alicubi dimensibiliter.

Opinio defenda.

3 Vera tamen sententia nobis defendenda cum communi consensu Omnium Philosophorum paucis exceptis, est, essentiam Quantitatis non esse extensionem partis in ordine ad locum: sed solum modo extensionem partium in ordine ad totum seu extensionem partium in ordine ad se; unde quamvis non possit dari occupatio dimensibiliter sine Quantitate; potest tamen dari Quantitas, quæ dimensibiliter non occupet locum. Ita Aegid. in locis sæpe cit. præsertim in Theoremate 6. & 12., & in Quolib. 1. q. 4. probatur autè

probat assertio

assertio, quia Quantitas non potest esse, nec minus intelligi sine extensione partium in ordine ad totum: & potest esse, ac intelligi sine extensione partium in ordine ad locum, ergo sola extensio partium in ordine ad totum est de essentia Quantitatis: non vero extensio partium in ordine ad locum; consequentia sequitur, probatur antecedens, & quod Quantitas nec esse possit, nec minus intelligi sine extensione partium in ordine ad se, inde constare potest, quia si auferatur à Quantitate hoc, quod est habere partes extra partes, tam tollitur ipsa met Quantitas: & annuimus supra, quod habere partes extra partes, est ita intrinsecè Quantitati; quod punctus propterea non est Quantitas, quia non habet partes extra partes. Probatur modo, quod non solum Quantitas possit esse, sed etiam possit intelligi sine extensionem partium in ordine ad locum. Et quod id possit contingere per Dei potentiam, tunc potest evidenter deduci, quando probabimus, id posse evenire de potentia ordinata, & secundum cursum naturæ. Quod primo sic potest ostendi. De facto partes supremi cæli habent ordinem in suo toto, & tamen non sunt extensæ in ordine ad locum, quia supremum Cælum non est in loco reali: sicut non est dare vltimam Supremam corpus sine loco reali, tunc in locis, & locatis esset processus in infinitum.

4 Deinde hinc idem magis roboratur, & declaratur ab Aegid. in Theorematibus propositis vbi docet, quod in quolibet ordine partium superiorum sæpius, & inferiorum

&

& ordo partium in ordine ad totum aliquando est similis, & aliquando dissimilis eum ordine partium in ordine ad locum. Ordo partium in ordine ad totum in omnibus Speciebus animatorum praecipuum sensibilium sic est, vt os, quae est superior pars Animalis, sit in capite, caput supra pectus, Pectus supra ventrem, Venter super femora, & mora super genua, Genua super Tybias, Tybiae super pedes, &c. Ordo vero partium in ordine ad locum in variis sic est, vt illa dicantur partes superiores, quae magis approximant caelo, & illae inferiores, quae sunt versus terram. Nec in Homine, qui habet inferiores partes, pedes versus terram, & superiores, caput versus caelum, ordo partium in ordine ad totum est similis cum ordine partium in ordine ad locum; nam partes, quae sunt superiores in toto, nempe caput, & sunt etiam Superiores in loco, sed in plantis, in quibus radices tenent locum oris, reperitur ordo conversus: & accipiendo in eis superius, & inferius secundum ordinem partium ad totum: radices sunt ibi Superiores, & rami sunt partes inferiores: in ordine vero ad locum in Vniverso ordo est contrarius, nam radices, quae sunt inferiores, sunt partes inferiores, rami, quae sunt versus caelum, sunt partes superiores. Sicut ergo ventre thomicum, (quo vtebatur Plato, ob utilitatem inversionis vt caput hominis esset versus terram, & pedes versus caelum) tunc esset pars inferior in ordine ad locum; esset tamen superior in ordine ad totum, quia vbicunque ponatur caput Animalis, & quamdocumque vertatur Animal, semper caput erit Superius, & pedes erunt partes inferiores: loquendo de ordine partium in ordine ad locum: ergo ordo partium in ordine ad locum est omnino dissimilis ordini partium in ordine ad totum: & ordo partium in ordine ad locum esset omnino contrarius ordini partium ad totum, nunquam tamen tolleretur eadem ordinem partium ad totum; bene potest esse aliquod Quantum ex extensione partium in ordine ad totum, absque extensione partium in ordine ad locum.

Argid. egregiè de hac re.

5 Ex quo colligi potest, quod Quantitas, & extensio partium in ordine ad totum nullo modo dependet ab extensione partium in ordine ad

ad locum: nam potest variari extensio partium in ordine ad locum, manentia manente extensione partium in ordine ad totum: & sic bene potest per intellectum concipi Quantitas, & extensio partium in ordine ad totum abſque extenſione partium in ordine ad locum.

6 Reſpondeamus nunc obiectionalium Argumentis. Ad primum concedendum eſt maior, quod ſummum Quantum finitum, & permanens debet eſſe neceſſario figuratum & quod figura eſſe non poſſit ſine extenſione localis ſed ex hoc non ſequitur, extenſionem partium in ordine ad locum eſſe de eſſentia Quantitatis: nam omnis Homo neceſſario eſt vel albus, vel niger, vel medio colore affectus: nec dari poteſt homo ſecundum curſum naturæ, qui non ſit aliquo colore coloratus: ex hoc tamen non bene infertur: quod eſſe coloratum ſit de eſſentia hominis: nam ſaltem per intellectum concipi poteſt homo in ſuo eſſe formali conſtitutus abſque dependentia alicuius Accidentis.

7 Ad ſecundum dicimus, quod licet non poſſit eſſe Quantitas realis, quæ non ſit in aliquo loco; occupatio tamen loci non eſt eſſentialis Quantitatis, quia eſſe poteſt Quantitas in loco, abſque eo, quod partes talis Quantitatis ſint extenſæ cum earum partibus Quantitas ſit in loco diuiſibiliter, vel indiuiſibiliter? dicimus, Quantitatem poſſe eſſe in loco vtrumque modo: diuiſibiliter quidem ſecundum curſum naturæ, indiuiſibiliter etiam poteſt Quantitas eſſe in loco, ita vt tota Quantitas occupet totum locum, & tota etiam occupet ſingulas partes loci ſecundum poteſtatem ſupernaturalem. Neque hoc eſſet contra rationem Quantitatis, quia tunc licet Quantitas eſſet indiuiſibiliter in loco, & eius partes non eſſent extenſæ per ordinem ad locum; eſſet tamen Quantitas ſemper diuiſibilis in ſe ipſa, eiuſque partes ſemper diſcrete extenſæ in ordine ad totum: & quamuis haberet modum indiuiſibilem, tollentem omnino manentem ordinem partium tam in loco, quam in toto, ſic contra rationem Quantitatis: tamen habere modum indiuiſibilem in ordine ad locum, ſed habere extenſionem in ordine ad locum, id minime eſt contra rationem Quantitatis; quia extenſio partium in ordine ad locum extenſiua eſt Quantitatis, & præſupponit

quantitas pōt eſſe in loco ſic indiuiſibiliter p diſtantiam p

Quantitatem constituam in esse: ideo enim Quantitas occupat locum, quia habet extensionem in ordine ad se: quod si non haberet partes extensas in se, nullatenus posset habere partes extensas in ordine ad locum.

## DVBITATIO QVARTA

### V. Extensio Partium in ordine ad totum possit convenire alteri à Quantitate?

1. Jam incipiunt urgere difficultates: & omnium potissima, quæ Philosophos maxime torquet, ea est, quia habere partes, extra partes, seu partes extensas in ordine ad totum, convenit non dum Qualitati, sed etiam Substantiæ, ergo habere partes extensas convenit alteri à Quantitate, & ex consequenti non est essentia Quantitatis. probatur antecedens quo ad vtramque partem; Qualitas proprissime intenditur, & remittitur: & suscipit magis, & minus; ergo Qualitas proprissimè habet partes, & partes. Quod etiam extenso in ordine ad totum conveniat Substantiæ, id evidentius probatur: nam inter alia Genera, quæ ponuntur secundum rectam lineam in Prædicamento Substantiæ, vnum est esse Corpus: nam post Substantiam, quæ est Genus Generalissimum, immediatè sequitur Corpus, deinde Viuens, &c. In Prædicamento etiam Qualitatis secundum rectam lineam datur quodam Genus subalternum, quod est Species Quantitatis continuæ, & vocatur Corpus, estque trina dimensio, scilicet longitudo, latitudo, & profunditas, nec vnum essentialiter est aliud: quia Corpus de prædicamento Quantitatis secundaliter est accidens: Corpus verò de Prædicamento Substantiæ est ens per se. Hoc supposito, sic argumentatur. Corpus de Prædicamento Substantiæ non est simpliciter indivisibile; aliàs punctus, vel Angelus, qui est simpliciter indivisibilis; profect dici Corpus: ergo Corpus de Prædicamento Substantiæ est simpliciter divisibile, non enim datur medium vel ergo Corpus de Prædicamento Substantiæ est divisibile divisibilitate formali, vel saltem radicaliter quodcunque di-

dicatur, semper arguitur, quod Corpus de Praedicamento Substantiæ habeat partes, & partes seu partes extra partes, ergo extensio seu habere partes extensas in ordine ad totum, cum conueniat alteri à Quantitate, nō est de essentia quantitatis.

2 Propter vim huius difficillimi argumenti cogimur hic explicare sequentem dubitationem.

## DVBITATIO QVINTA

### V. Quantitas essentialiter distinguatur à Substantia?

1 VExat satis philosophantium mentes haec proposita dubitatio, in qua, Prima Sententia affirmat, Quantitatem essentialiter distingui à Substantia; Ita supremos omnium Mag. August. Parens lib. 1. de Trin. cap. 10. vt refert, & sequitur Rubios cap. 6. de Quantit. q. vlt. D. Thom. 3. met. lect. 13. infine, Scotus 2 sent. dist. 2. q. 9. & in 4. dist. 12. q. 2. Riccard. in 4 dist. 2. ar. 1. q. 1. Durand. & Argent. nolles ibid. Alber. Mag. 3. Phisicorum tract. 2. ar. 4. Sonc. 3 met. q. 19. & Omnes Arist. doctrinæ defensores: fundamenta autem pro hac sententia quamuis sint per se ad hoc vnicum tamen reducuntur, quod sic formatur. Quantitas non solum potest realiter esse sine Substantia, & è contra, sed etiam per intellectum Substantia habet proprium conceptum, omni no distinctum, & independentem à conceptu Quantitatis: & Quantitas habet similiter proprium conceptum, omnino distinctum, & independentem à conceptu Substantiæ, ergo Quantitas essentialiter distinguitur à substantia: antecedens sic probatur, & quia Substantia esse potest sine omni Quantitate, patet ad minus in Substantijs spiritualibus, vt in anima separata, in Angelis, &c. & vniuersaliter de omni Substantia probari potest, quia Substantia vt Substantia est prior saltem natura quolibet Accidente, quia Substantia vt Substantia est subiectum cui inhærent Accidentia, ergo Substantia non dependet à Quantitate, & per consequens esse potest sine Quantitate; ex quo sequitur, quod etiam per intellectum Substantia habeat conceptum proprium, omnino distinctum & independentem à conceptu Quantitatis: nam nemis cogitatio sequitur esse: Probatur modo, potest Quantitas nullam esse posse sine

Ita D. August. D. Tho. Scotus Riccard. Rubius Durand. Argent. Alber. Mag. Soncin.

1. Sententia affirmat quantitatem realiter distingui à substantia.

omni Substantia: sed etiam concipi independenter ab omni Substantia. In Sacramento Altaris est vera Quantitas sine omni subiecto: ergo realiter potest Quantitas esse sine omni Substantia. Ad id ergo patet ex Philosophica. quod Quantitas non habet essentialem dependentiam à Substantia, & de essentia eius saltem inseparabilis non est, vt sit inesse subiecto alias nunquam esset vera, quod Quantitas in Sacramento sit sine subiecto: sed essentia Accidentis est aptitudo ad inhærendum: ergo ratio bene potest Quantitas esse sine omni substantia: licet cognitam præcindat ab vsu esse, & aptitudine ad subiectum; & ex hoc potest etiã deduci, quod Quantitas habeat esse proprium penitus, omnino distinctum à conceptu Substantiæ.

Altera sententia negat.

2 Altera sententia, quæ negat distinctionem essentialem inter Quantitatem, & Substantiam, quamuis non hîc tot defensores, quin præcedens habeat tamen suum probabilitatem, & forte vbi de hac numerus defendentium, supplet efficacia rationum; defendens illam (vt etiam refert Ramus) non respuit) doctissimus Ocham in sua dialectica cap. de Quantit. q. 4. & etiam Quolib. 4. qu. 30. & in Tract. de Venerabili Eucharistiæ sacramento per plura capita, in quibus hoc affirmat, Quantitatem esse ipsam met Substantiam, quæ vt habet partes sitas distantes, & locabiles diuersis partibus loci correspondentes. Item eò pro eadem sententia Gabriele 4. dist. 9. q. vn. a. dub. 2. q. 1. ad 4. & Scoto 4. dist. 12. q. 1. super Canonem Missæ. Item Aureol. apud Capreolum (qui 2. dist. 12. q. vna. a. 1. ex videtur etiam fuisse sententiam Antiquorum Philosophorum, vt Platonis, qui vt affirmat Aristot. lib. met. tex. 5. loquens de materiali principio rerum, putauit veram materiam pro substantiis naturalibus, cuius differentias esse dicebat magnã & paruum, scilicet rarum, & densum, eandem esse materiam, & Quantitatem.

Ex Och. Gabriel. Aureol. Cap.

3 Rationes pro hac sententia plures solent adduci; sed prima esse potest illa Argumentatio facta in præcedenti dubitatione, occasione cuius agitata est præsens dubitatio: si enim extensio partium, quæ est effectia Quantitatis conuenit etiam Substantiæ, vt corpori de Predicamento Substantiæ, ergo Quantitas essentialiter non distinguitur à Substantia. Secundo non potest excogitari aliquid, quod sit de essentia Quantitatis,

1. ratio pro sententia

2. ratio

tatis, quod pariter non conuenit ipsi Substantiæ: ergo Quantitas essentialiter non distinguitur à Substantia, consequentia tenet, probatur antecedens. Si aliquid est de essentia Quantitatis, maximè extensio partium in ordine ad totum, seu habere partes, & partes: sed totum hoc conuenit etiam Substantiæ, probatur, hæc minor, quia Substantia est Subiectum Quantitatis, ergo saltem natura præcedit Quantitatē, sed quemadmodum tota Substantia est Subiectum totius Quantitatis: ita partes Substantiæ sunt Subiectum partium Quantitatis: ergo sicut tota Substantia præcedit natura totam Quantitatem, ita partes Substantiæ sunt natura priores partibus Quantitatis, ergo Substantia quatenus est prior natura Quantitate, habet partes, & partes.

4 Vtriusque tam Relatæ Sententiæ Argumenta continent non leuem Difficultatem: in quibus soluendis aliqui doctores valde laborant: vel admittere solent non nulla: quæ nedum Difficultatis nequeam soluere: Nos vero in Schola Ægidij si volumus omni facilitate maiori, & soluere illud difficile argumentum, quod in præcedenti Dubitatione reliquimus insolutum: & præsentem controuersiam adequate componere; operæ pretium est, prius explicare duas alias Dubitationes valde difficiles, dicturus. An Substantia possit includere modum Quantitatis? & an Substantia; quæ secundum suam essentiam est simpliciter Indiuisibilis, habeat modum Quantitatiuum, sit simpliciter diuisibilis? sic igitur.

premittuntur replicæ duæ aliæ Dubitationes.

## DVBITATIO SEXTA

*An Substantia possit includere modum Quantitatis? & Vniuersaliter an res vnius Predicamenti possit suscipere modum alterius Predicamenti?*

1 Videtur aliquibus esse penitus impossibile, quod res vnius Predicamenti possit suscipere modum alterius Predicamenti; nam si res, quæ est Substantia, posset habere modum Quantitatis: & res, quæ est Quantitas, posset includere modum Substantiæ, vel alte-

rios Prædicamenti, nunquam possemus cognoscere, in quo speciali Prædicamento res aliqua collocetur: essetque magna confusio ipsorum Prædicamentorum.

2 Nihilominus fundamentarius Aspidius in Theorismatibus de Categoria Dominabili propositione 27. partem dat affirmationem, quod I. Res, quæ est Substantia, possit induere modum Quantitatis: & Res, quæ est Quantitas, possit suscipere modum Substantiæ. & vniuersaliter res vnius Prædicamenti posse induere modum alterius Prædicamenti. Pro qua assertione declaranda dat quosdam doctrinam nostram minus firmam, & puram, quam scire dignissimum, essetque in Cathedram Philosophorum, & Theologorum mentibus adnotandam; si quidem est fundamentum præcipuum, quo hæc dona solutis potuerunt innumeræ disputationes Philosophicæ, sed quod magis est, ab eadem pendent quam plures controversiæ Theologicæ, præsertim ad materiam de Eucharistia pertinentes. Placeat ergo illam explicare sequentibus notabilibus.

3 In primis observandum est, quod Res, quatenus habet essentiam, seu quidditatem vnius Prædicamenti, nusquam potest habere essentiam seu quidditatem, & naturam alterius Prædicamenti, idest vna & eadem Res prout est præcisè in vno Prædicamento, & habet naturam Vnius Prædicamenti, non potest habere naturam & essentiam alterius Prædicamenti: & sic res v.g., quæ est Actio, prout habet naturam, & Quidditatem Actionis, impossibile est, quod habeat naturam, & quidditatem Passionis; eadem quod una, & eadem res non possit habere vtramque naturam; sed solum hoc dicimus, quod Res prout habet vnam naturam, v.g. quidditatem Actionis, nullo modo per talem naturam pertinere potest ad Prædicamentum Passionis. Idque intelligendum est quantum ad id quod res significat, non vero quantum ad id, quod implicat: quia Albedo v.g. significat albedinem, quæ est in Prædicamento Qualitatis: implicat tamen Subiectum, quod est in Prædicamento Substantiæ: concludimus ergo, quod res vnius Prædicamenti, prout habet vnam essentiam, nunquam potest per talem essentiam esse in alio

Ad 1. affirmat: Res vnius prædicamenti potest suscipere modum alterius prædicamenti.

Ad 2. negat: Res vnius prædicamenti non potest induere modum alterius prædicamenti.

alio Prædicamẽto, nec habere eſſentiam alterius Prædicamenti, præſertim realiter diſtincti.

4 Quamuis autem Res proprium habeat eſſentiam vnius Prædicamenti, non poſſit habere naturam alterius Prædicamenti; non inconuenit tamẽ quod habeat modum alterius Prædicamenti, quia ſicet reale eſſe competat rei per ſuam eſſentiam, & naturam: vnde quæ habẽt tantum vnã ſuprema, non habent niſi vnũ eſſe reale; multis tamen poteſt competere rei, ex eo, quod alteri coniungitur, vel ſecundum quod ad aliud, & ad aliud comparatur: & ſecundum quod alteri, vel alteri coniungitur, ſic alium, & alium modum poteſt indere: quod non tantum declarabimus per ea, quæ naturali ſenſu apprehendimus; ſed etiam per ea, quę ſupernaturali fide tenemus. Videmus enim, quod forma ſuſcipit aliquem modo menſuram, & modum à materia, quia omne, quod recipitur in aliquo recipitur per modum recipientis, & non recepti, vt dicitur in lib. de Cauſis text. 24. & ſecundum modum ſuæ menſuræ poſſibilem eſt modus, & mediare formarum receptarum in ipſis. Aliter enim accidentium ſunt in Pacien te bene diſpoſito, vt dicitur in 2. de Anima: forma tamen vt comparatur ad materiam in qua recipitur, nunquam propriè loquendo, mutat naturam; ſed modum: quia forma caloris ſi ſuſcepta in vno Subiecto, dat eſſe calidum; ſuſcepta tamen in alio Subiecto, non dat eſſe frigidum; ſed etiam eſſe calidum: licet ſi ſubiecta ſint magis, vel minus diſpoſita, forma caloris det magis, vel minus eſſe calidum: forma ergo caloris habet alium, & alium modum per hoc, quod recipitur in alio, vel in alio ſuſceptibili.

5 Et ſicut eſt in eſſendo, quod vna res ſumit modum ab alia, vt forma à ſuis ſuſceptibilibus: ſic eſt in ſignificando, & in prædicando, quia quod ſignificat vnam rem, poteſt ſignificare illam per modum alterius ita vt, quod ſignificat quid, poteſt ſignificare quid per modum Qualis: & quod ſignificat Quale, poteſt dicere Quale per modum ad aliquid: Vnde ſcientia, quæ ſecundum rem eſt Qualitas, habet quẽdam modum Relationis, ex eo quod relatiuè refertur ad ſcibile. Et ex hoc ſumpſit Originem, quod quædam ſunt Relatiua ſecundum eſſe

&

& quædam secundum dici: quia ea, quæ sunt in alijs Prædicamentis, habent quendā modum relationum, propter quod dicuntur Relatiua secundum dici.

Tertio ostenditur inter differentia substantiali

6 Sic etiam omnia formæ Substantialis, quæ secundum rem est Substantia, habet quendam modum qualem, propter quod in 7. met. cap. 19. dicitur, quod Qualitas uno modo dicitur de forma Substantiali, siue de eo, per quod differt una Substantia ab alia: & quia huiusmodi dicitur differentia, ex hoc sumpsit Originem, quod Differentia secundum rem dicit quid, & secundum modum dicit quale: sic etiam omnes secundæ Substantiæ secundū rem dicunt quid, sed secundum modum dicunt Quale.

Idem ostenditur in materia prima.

7 Et sicut dictum est de Vniuersalibus, & de Differentijs, ita dicendum est de materia prima, quæ secundum rem est quid idest Substantia, potest tamen habere quendam modum Quantitatiui, quatenus subest dimensionibus Quantitatis.

Idem declaratur in sacramento Eucharistiæ

8 Imo id idem ostendi potest in his, quæ fide tenemus, nam in Sacramento Altaris, quia Accidentia sunt ibi sine Substantia, quod ibi est Accidens secundum rem, habet quendam modum Substantiæ, inquantum sibi competit esse per se esse: & Natura Humana in Christo licet secundum rem sit Substantia, quia tamen admittit Verbo posse esse completum, habet quendam modum Accidentis. Concludimus ergo, quod id, quod secundum rem est Substantia, nullo modo secundum rem, & essentiam potest esse Accidens, quodcunque illud sit: & illud, quod secundum rem est Accidens, nullo modo secundum rem potest esse Substantia. Ad secundi, quod secundum rem est Substantia, potest habere modum relationum: & quod secundum rem est Substantia, potest habere modum Qualitatis: ita quod secundum rem est Substantia, potest habere modum Quantitatis, vnde materia prima, quæ secundum rem, & essentiam est Substantia, habens modum Quantitatiuum, dicitur extensa secundum dici.

Sicut dat Relatiu fundum dici, ita dat fundamē dū est in esse ſcd

9 Ex quo colligendum est, quod sicut distinguuntur Relatiua secundum esse, & Relatiua secundum dici, sic distinguendum est de Substantia, & de quocunque alio Prædicamento: datur enim Substantia secundum esse, & Substantia secundum dici; dantur Quantitas, & Qualitas

tas secundum esse, & Quantitas, ac Qualitas secundum esse, & Quantitas, ac Qualitas secundum dici: Substantia secundum esse, est illa, quæ secundum suam essentiam, & secundum totum id, quod est, pertinet ad Prædicamentum solius Substantiæ: sic dicendum de Quantitate secundum esse, & de omnibus aliis Prædicamentis: Substantia vero secundum dici potest esse quodcunque Accidens, quatenus inhæret subdam Substantiæ. Sicut Quantitas, vel Qualitas secundum dici potest esse Substantia quatenus habet modum Quantitatiuum, vel Qualitatiuum. Sed latius hæc distinctio explicabitur tam in Prædicamento Relationis: tum etiam in sequenti Tractatu *Disp.* 1. q. 2. sere per totam.

10 His ita præmissis, sic facile probatur Assertio posita, & primo probatur, quod Res, quæ secundum essentiam est in vno Prædicamento, non potest per talem essentiam esse in alio Prædicamento. Quia Quælibet res habet esse reale, & est in vna Specie, ac in vno Prædicamento per suam formam & naturam: ergo Res, quatenus habet vnam naturam, & per talem naturam est in vno Prædicamento, non potest secundum eandem rē, & essentiā esse in alio Prædicamento: antecedens est certū; consequentia sequitur, quia sicuti res per duas essentias non potest esse in vno tantum prædicamento: ita per vnam, & eandem essentiam non potest esse in pluribus Prædicamentis probatur modo altera pars, quod Res vnius Prædicamenti possit habere modum alterius Prædicamenti. Modus vnius Prædicamenti non est incompossibilis, nec repugnat eum esse reali alterius Prædicamenti; quia modus conuenit rei ex eo, quod res alteri coniungatur, vel quatenus ad aliud, vel ad aliud cōparatur: ergo res vnius Prædicamenti, vg. Substantia habens esse reale per naturam, & quidditatem Substantiæ; Si coniungatur, vel cōparetur ad Quantitatem, vel Qualitatem, potest habere modum, vel Quantitatiuum, vel Qualitatiuum.

probatur rem vni Prædicamēti posse habere essentiā alterius Prædicamenti.

11 Et per hæc patet Solutio ad Rationem dubitandi: dicimus enim, quod si res vnius Prædicamenti, vg. Substantia secundum esse, poneretur in alio prædicamento etiam secundum esse, vtique esset confusio rerum, & Prædicamentorum; nec posse-

mus cognoscere in quo Predicamento res collocentur: Alij non asserimus hoc; sed tantum dicimus, quæres, quæ secundum esse reale, & secundum essentiam est in uno Predicamento secundum eandem essentiam potest simul habere modum alterius Predicamenti: vnde de materia v.g., quæ secundum rem est in Predicamento Substantiæ, vt consequitur Quantitatem, potest suscipere modum Quantitatis, & extensum.

12 An autem modus rei sufficiens sit extrahere rem à suo proprio Predicamento, ita vtres, quæ per suam essentiam est in uno Predicamento; habens modum alterius Predicamenti, differat realiter à seipsa sine tali modo? insequenti Dubitatione ostendemus: in qua videndum est: An Substantia, quæ secundum suam essentiam est simpliciter indivisibilis, habens modum Quantitatis sit realiter divisibilis? Quam difficultatem explicabimus, vtrandem plene satisfaciamus omnibus præcedentibus Dubitationibus, quas reliquimus inexplicatas.

## DVBITATIO SEPTIMA

*An Substantia, quæ secundum suam naturam est simpliciter indivisibilis, habens modum Quantitatis extensæ: sit realiter divisibilis?*

1 Titulum Quæstionis explicemus exemplo. Materia prima secundum suam essentiam prescindendo ab omni Quantitate nec est totum, nec est corpus, nec est divisibilis, nec habet partes; sed est pars indivisibilis; propter quod Arist. in primo Metaph. text. 17. acre reprehendit eos antiquos Philosophos, qui asserebant materiam esse corpus; in fundamento enim naturæ, i. in Materia prima nihil est distinctum, quia materia prima non est aliquid in actu; vnde idem Philosophus ibi, inquit, *Materiam necesse quid, nec Quale, nec Quantum*; & Commentator p. Phisic. comm. 8. posuit materiam mediam inter ens, & nihil; quæ omnia concordant cum Verbis Augustini Parentis in lib. con-

Materia prima secundum essentiam est simpliciter indivisibilis.

confess. vbi ait: *Quo fecisti Deum? creata propria, idest Naturam Angelicam, & aliud prope nihil, idest materiam primam.* Si ergo Materia prima secundum suam essentiam considerata, præscindendo ab omni Quantitate, non est aliquid in actu, talis Substantia sic sumpta, nec est totum, nec est Corpus, nec habet partes, nec est aliquid diuisibile, sed est penitus indiuisibilis: ergo dubium est, an Materia prima, quæ secundum suam essentiam est simpliciter indiuisibilis si cocomparetur Quantitati, & habeat modum Quantitatiuum, possit propter hoc dici simpliciter diuisibilis, & nominari quodam totum, ac quodam Corpus de Genere substantiæ?

D. Aug.

2 Videbitur aliquibus valde difficile, quod Substantia simplex, quæ secundum suam essentiam est simpliciter indiuisibilis, & non est totum, nec corpus, per solum modum Quantitatiuum possit dici realiter Diuisibilis & esse quoddam corpus, habens partes extra partes?

Ratio difficultatis.

3 Sed ne pluribus Difficultatibus immoremur, audiamus Ægidium in Theorematibus de Corpore Domini, propos. 19. sæpe hoc dubium sic egregiè sententem. *Quamuis hæc omnia Predicamenti possint induere modum alterius Predicamenti, modo diuersificet essentiam: non tamen Predicamentum est tantum res unius Predicamenti considerata eum modo alterius Predicamenti, procul dubio realiter differet à se ipsa, considerata sine tali modo. exempli gratia: Materia prima, quæ secundum suam essentiam est in Predicamento Substantiæ, si consideretur cum modo alterius Predicamenti, scil. modo Quantitatiuo realiter differet à se ipsa, considerata sine tali modo: ita differet realiter, ut materia sine modo quantitatiuo est simpliciter indiuisibilis, nec est totum, nec habet partes, nec est corpus: considerata tamen cum modo Quantitatiuo, est realiter totum, habet partes, & partes à se est realiter diuisibilis, estque realiter quoddam Corpus.* Hæc Ægid.

Propositio Quæsiti

4 Ex quibus possumus hanc principalem conclusionem colligere, ad dubitationis propositæ responsum. Quælibet res cuiuscunq; sit Predicamenti, exempli gratia Substantia, secundum suam essentiam simpliciter indiuisibilis, non est totum, nec corpus: habens modum Quantitatiuum, est simpliciter diuisibilis, & pro-

Ex dictis colligitur 6 principalis.

dicitotum, & absolutè adaptari prò quadã corpora absq; aliunde alterius accessu. Hæc assertio pro nunc sic breuiter declaratur. Omne corpus est simpliciter diuisibile, habet partes, & est totum, & quodam corpus nominatum sed reuera Predicamenti V. g. Substantia est secundum suam essentiam sic indiuisibilis, si tamen habet modũ Quãtitatiuum, est propriissimè extensa, ergo res talis Predicamenti, v. g. Substantia etiam si secundum suam essentiam sit indiuisibilis, potest tamen habere talem modum Quantitatiuum, vt sic simpliciter dicatur diuisibilis, & absolutè quodam corpus, ac quodam corpus nominatum. Maior propositio nõ potest negari, quia hoc dicit esse extensum, diuisibile in plures, & plures partes, minor vero constat ex dictis in præcedenti dubitatione, vbi sufficienter ostendimus, Rem vnius Predicamenti bene posse suscipere modum alterius Predicamenti, realiter à se distinctum.

Solutio dubit. 4.

5 Nunc iam tempus est, vt redeamus ad soluendas seu potius conciliandas eas propositiones dubitationes præcipuè quartam, & quintam quas reliquimus indecisas, & Primo sciendum est dubitationi quartæ, quæ

quæritur an Materia prima in ordine ad totum possit conuenire alteri à Quantitate? Qui hanc difficultatem fundamentalem. Respondendum est.

## Conclusio Quinta.

Extensio partium in ordine ad totum duplex est, altera est secundum rem, seu secundum essentiam, & secundum esse, quæ dicitur extensio per essentiam, seu essentialis, & hæc est essentia ipsius Quantitatis, & ita est propria Quantitatis, vt nulli alteri à Quantitate conueniat. Altera est extensio partium in ordine ad totum secundum modum, seu secundum esse, vel extensio participata, & hæc licet proueniat à Quantitate non est tamen essentia quãtitatiua: sed bene potest competere aliis Predicamentis à Quantitate, vt Substantiæ, Qualitati, &c. Informa ergo ad illud difficile argumentũ dicendum est, Qualitatem cum suscipiat magis, & minus, & intendatur, & remittatur, proprissime est extensa, extensione essentiali, seu secundum rem: negamus tamen talem extensionem secundum esse esse talem propriã Quantitatis, sed Qua-

Duplex extensio altera secundum rem.

Altera extensio secundum modũ.

tas extensa secundum modum extensionis participata, & secundum dici, sic conceditur: haec autem extensio secundum modum non est essentia Quantitatis, nec dicit diversam essentiam saltem realem rei, cuius est modus: sed in Qualitate est Qualitas, & in Substantia est essentia Substantiæ.

Conciliatur stus in dub. præsenti.

6 Volo tandem fundamentalem difficultatem, quæ ex oppositis sententiis resultat ad concordiam, quas retulimus in dubitatione quinta præsenti accipite, eamq; in vestris cedibus allocate. Datur duplex Substantia, & datur duplex Quantitas (idemq; dicatur de omnibus aliis Prædicamentis). Prima dicitur Substantia secundum esse, seu secundum essentiam, seu secundum rem, & hæc constituit solum Prædicamentum Substantiæ; altera dicitur Substantia secundum dici, seu Substantia secundum modum, & hæc communis est aliis Prædicamentis Accidentium. Sic Quantitas duplex est, altera est Quantitas secundum essentiam, seu secundum rem, seu secundum esse; & hæc constituit solum secundum Prædicamentum Quantitatis: alia est Quantitas secundum modum, seu Quantitas participata, & secundum dici, & hæc communis est eo dem Prædicamento Substantiæ, sed etiam Qualitati, &c. Quid autem singulæ sint? partim ostensum est in præcedentibus, partim in sequentibus declarabitur. Nunc ad propositum. Quantitas secundum esse, seu secundum rem, & essentiam realiter, & essentialiter distinguitur à Substantia secundum esse, seu secundum rem, & essentiam. Hoc evidenter probat prior illa sententia, affirmans Quantitatem realiter, & essentialiter distingui à Substantia. Quantitas vero secundum dici, seu secundum modum, seu Quantitas participata non distinguitur essentialiter vel à Substantia secundum esse, vel à Qualitate secundum esse. At quia Substantia, quæ secundum rem est in Prædicamento Substantiæ, habens modum Quantitatium, est Quantitas participata, seu Quantitas secundum dici, in hoc sensu Quantitas secundum modum non distinguitur essentialiter à Substantia secundum esse, an autem distinguatur realiter? pendet ex illa questione, an inter rem, & modum rei sit distinctio realis, de qua alibi tractabitur expresse.

Duplex est Substantia, & duplex est quantitas.

qualitas secundò se essentialiter distinguitur à substantia secundò &c.

DV-

## DVBITATIO OCTAVA

*Res, quæ est in Prædicamento Substantiæ, habens modum Quantitatis, sit divisibilis in infinitum?*

1 QVamvis vsque modo plura diximus de essentia Quantitatis, non tamen euasimus ab omnibus difficultatibus expediti, essentque Nobis adhuc vrgentiora dubia resoluenda, quæ commodius tractabuntur in sequenti Tractatu; quæ tamen ad præsens pro mō temporis non potuit præsens proposita Dubitatio, eiusq; resolutio valde inualescere ad confirmanda ea, quæ hactenus fuimus: quæritur ergo, an res vnius Prædicamenti, v. g. Substantiæ, quæ habens modum Quantitatium, dicitur Quantitas secundum dici, sit diuisibilis in infinitum?

2 Et potissima ratio dubitandi fuit potest ex eo, quia Quantitas secundum modum vel realiter, & essentialiter distinguitur à Quantitate secundum esse, vel non? si distinguitur à Quantitate secundum modū, ergo quælibet res, habens modum Quantitatium non habet partes, & pertinet vno modo ad diuisibilem: cum hoc tantum competat Quantitati secundum esse; & non distinguitur, erit vera Quantitas est diuisibilis in infinitum, & ex consequenti sicut Quantitas secundum esse præsertim continua est diuisibilis in semper diuisibilia, ita corpus de Prædicamento Substantiæ esset diuisibile in semper diuisibilia, cuius oppositum manifestè videtur in omnibus Substantijs, quantumcunq; habentibus modū Quantitatium: nam si fumatur Hostia, in qua solet consecrari Corpus Domini, in illa ante Consecrationem est duplex Corpus, alterum est de Genere Quantitatis, est q; ipsa trina dimensio, quæ inest rei Substantiæ panis, & aliud Corpus est in Hostia de Prædicamento Substantiæ, est q; illa Substantia panis, cui inhæret eadem Quantitas; & loquendo de Corpore Quantitatiuo, dubium non est, quin illud sit diuisibile in semper diuisibilia: at Corpus Substantiale, seu illa Substantia panis cui inhæret Quantitas Hostiæ, non est diuisibilis in infinitum, quia pō accipi vna pars illius Substantiæ panis tam minima, vt subtrahi, nō sit amplius Substantia panis:

Rō dub.

ergo

ergo Quantitas secundum hoc, seu Substantia, vel Qualitas habens modum Quantitatium, non potest dici diuisibilis in infinitum.

3 His aliqua premittenda sunt, quæ docentur ab Aegid. in Theorem. de Corp. Dom propos. 8. & 11. quibus adnotatis facile negotio erit tota præsentis dubitationis Difficultas declarata. Et primo adnotandum est, quod in rebus corporalibus datur duplex totalitas seu datur duplex totum, primum totum dicitur Quantitativum, aliud totum dicitur essentiale seu Quantitativum. Primum est quidem Quantum, quod secundum essentiam suam directe pertinet ad Prædicamentum Quantitatis, totum vero essentiale seu Diffinitivum est quidem res alterius prædicamenti, quatenus aliquo modo comparatur ad Quantitatem, vnde res Prædicamenti Substantiæ, vel res Prædicamenti Qualitatis quodd̃ totum dicitur, quatenus habet quodam Quantitativum.

Totum duplex aliud Quantitativum & aliud essentiale.

4 Secundo aduertendum est, quod dator duplex totũ quantitativum, & duplex totum essentiale: Primum totum Quantitativum est Omne quantum in comuni, pro vt præscindit à continuo & discreto secundum totum Quantitatium est quodlibet quantum continuum. Primum totum essentiale, seu secundum dicit ens totum essentiale secundum Speciem, cui conuenit aliqua operatio propria talis Speciei, secundũ totũ essentiale dicitur secundum materiam, quod redditur ad totum Quantitatiuum continuum.

5 His sic positis. Dicimus primo: Quod Quantitas secundum esse in comuni non est diuisibilis in infinitum: sed solummodo in plures, & plures partes, præscindendo ab hoc, quod partes dividentes sint vlterius diuisibiles, vel indiuisibiles: Quantitas vero secundum esse vt continuum est diuisibilis in infinitum; hoc primum dictum sufficienter constare potest ex dictis in dub. 2. proximè præcedenti.

6 Et vltetius potest confirmari, quia de essentia Quantitatis vt sic est exemptio partium, seu Diuisibilitas radicaliter sumpta, præscindendo ab hoc, quod partes sint amplius Diuisibiles, vel indiuisibiles. De ratione vero Quantitatis continui est, quod sit Diuisibilis in semper Diuisibilia, vt patet per Philosophum in 6. Phisicorum 3. nec est possibile,

quod

quod continuum diuidatur in Indiuisibilia, quia si Indiuisibilia componantur, nullam efficient magnitudinem: & plura Indiuisibilia non sunt aliquid magis, quam vnum Indiuisibile.

7 *Dicimus* secundo, Quantitas secundum modum suum est secundum materiam, vt est Materia subiecta Quantitati, quia tale totum reducitur ad totum secundum esse continuum, & hoc totum est Diuisibile in infinitum, ideo Quantitas secundum modum, considerata secundum materiam, est etiam Diuisibilis in semper Diuisibilia. Est Quantitas secundum modum suum, si est secundum Speciem, vt est vt. Panis vel caro, &c. non est Diuisibilis in infinitum, sed habet partes determinatas, & in illas tantum partes est Diuisibilis, quarum quelibet potest habere aliquam operationem, sibi proportionatam; nam cum non fiat aliquid frustra in natura, & nulla res sit destituta propria operatione, necesse est, quamlibet naturam, & quodlibet totum essentiale secundum Speciem in eas tantum partes esse Diuisibilem, quarum vnusquisque possit competere aliqua operatio. & sic Panis vel lites vt continuus sit Diuisibilis in infinitum, tamen idem panis est natura, & quatenus est quoddam totum essentiale secundum Speciem, non habet infinitas partes, & potest diuidi in partem adeo minimam, vt si tale pars vlterius diuideretur, non remaneret in Specie panis.

8 Ad Rationem dubitandi plene *Respondebimus* in sequenti tractatu disp. 9. q. 2. art. 2. Dubitabatur, vbi quæremus quomodo distinguatur esse formæ accidentalis ab ipsamet forma accidentali? pro nunc dixisse sufficiat, quod Quantitas secundum modum distinguitur à Quantitate secundum esse non tanquam res à re, nec tanquam essentia ab essentia sed tanquam quid participans à participato.

## DVBITATIO NONA

### *Vtrum Motus sit simpliciter Quantitas?*

1 INter alias Diuisiones Quantitatis vna est per se, alia est per Accidens: qua Diuisione supposita, nemo dubitabit tam parui momenti, breuiter di-

ci-

cientes. Motus enõ esse Quãtitatem per se, sed per Accidens. Ita hic communis consensus sequentium Aristot. & Noller Aegid. expresse confirmat in lib. Predicam. cap. de Quantitate pag. 21. dub. penultimo, cuius veritatis ratio etiam ab eodem Aegidio insinuatur ibidem, & ad hanc formam potest reduci. Motus non habet partes per se, sed per Accidens, ergo motus non est Quantitas per se, sed tamen per Accidens: consequentia sequitur, probatur Antecedẽs, quia motus non habet partes per se, nisi à subiecto à mobili: nec habet per se continuitatem, quia motus in tantum est continuus, in quantum mobile est in qualibet parte spacij semper, & sine quiete: motus igitur non per se est Quantitas, sed tantum per Accidens.

2 Et id possunt concludere omnes in contrarium obiectiones: & cum Philosophus inquit, motum esse de Genere continuorum: non est intelligendus, quod motus per se sit in Genere continuorum, sed tantum quod per accidens reducatur ad Genus continuorum ratione mobilis, sic etiam Motus non proprie dicitur habere species, nec proprie dici potest Genus, quod directe, & per se valeat in Predicamento Quantitatis collocari, sed licet habeat partes per accidens sic per accidens reducitur ad Quantitatem.

## DVBITATIO VLTIMA

### *Vtrum Diuisio Quantitatis in continuam & discretam sit Generis in species?*

1 Videtur, quod talis diuisio non sit Generis in Species, quia nunquam vna Species potest fieri ex alia: sed Quantitas discreta fit ex Quantitate continua, ergo, &c. minor patet inductione in omnibus Speciebus tam Substantiæ, quam Accidentis, nam cum Homo fit ex puluere, nec alibi ex experientia, Aqua non autem probatur; nam si continuum diuidatur in plures partes, ex tali diuisione resultat numerus: vnde communiter dicitur, quod numerus fit ex diuisione cõtinui.

2 Veritas tamen defendẽda est. Diuisionem Quantitatis in continuam, & discretam esse Generis in species

cies ita communiter omnes. Et Aegidius in lib. praedicam. cap. de Quantitate pag. 90. col. 3. in principio, explicans, cur Philosophus in diuisione Quantitatis dixit, (*Quantitatis aliud continuum &c.*) ita Respondet. (*Sed dixit aliud, quia continuum & discretum sunt species Quantitatis, disiunctae substantiae, & quasi aliud in genere substantiae effectae: dentibus dixit aliud, & non alia.*) perinde patet, Aegidium expresse sentire, diuisionem Quantitatis in continuum, & discretum esse Generis in species. Et potest reddi ratio aliud à priori, quia etenim Ens habet partes vel esse diuisibile, quod est essentia Quantitatis vt sic, essentialiter participare tam Quantitatem continuam, tam etiam discretam.

2. Argumentum in oppositum plenius Resolvendum. Argumentum agemus de speciebus vtriusque Quantitatis; prohibemus tamen breuiter dicimus, quod licet vna Species non possit esse in alia formaliter sub ratione Speciei, nec tamen vna ex alia materialiter, idest vna Species possit esse materia alterius: haec repugnat, quod ex indiuisibile vnius sit indiuiduum alterius speciei maxime cum definitio indiuidui vltimo speciei, videatur hoc inducere ignis ex aqua, destructo igne, & è contra: ita similiter, ex hoc binario fit ternarius, non tamen manente binario in ratione binarij: sic eadem ex continuo fit discretum, non diuidatur continuum in indiuisibile; nunquam tamen vna Species in ratione speciei, & formaliter fit ex alia: nec verum est, quod numerus praedicetur denominatiue de continuo: nam quantum non dicitur à numero numerato, cum potius multa quanta debeant dici numerata à numero.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### De Quantitate Continua.

PRima, & Principalis Species Quantitatis est Quantitas Continua. Circa quam hanc tria dubia sunt declaranda.

## ARTICVLVS SECVNDVS

# De Quantitate Continua

## Dubitationes Tres.

*Dub. I.*

*Vtrum Quantitas continua bene dividatur in lineam, superficiem, & Corpus?*

*Dub. II.*

*Vtrum tempus sit Quantitas continua?*

*Dub. III.*

*Vtrum locus sit Species Quantitatis continuæ?*

## DVBITATIO PRIMA

*Vtrum Quantitas continua bene dividatur in lineam, superficiem, & Corpus?*

1 NOn quærimus in præsenti, an linea, superficies, & corpus sint membra, adæquata dividentia Quantitatem continuam? id enim ex dicendis in sequentibus resolvetur: sed tantum, an linea, superficies, & Corpus sint species Quantitatis continuæ, essentialiter distinctæ.

2 Et prima sententia affirmat, quod quantumlibet, asserentium, lineam, superficiem, & Corpus non esse species Quantitatis continuæ, essentialiter distinctas: quia linea est pars integralis superficiei, & vtraque est pars integralis Corporis, ergo neutra est Species Quantitatis, quia partes integrantes non pertinent directe in Prædicamento. Antecedens est manifestum, quia linea componit superficiem, cum superficies sit longitudo, & latitudo, & superficies componit Corpus, quia Corpus est longitudo, latitudo, & profunditas. Et confirmatur, quia pars inquantum pars nunquam facit distinctam Speciem contrariorum: sed linea est pars superficiei, & superficies est pars Corporis, ergo neutra facit Speciem distinctam Quantitatis: maior propositio patet inductione: nam materia, & forma, quæ sunt partes totius Substantialis, non faciunt Species in Genere *Substantiæ*.

3 Vera tamen sententia, quam docet Ægidius in lib. Prædicam. cap. de Quantitate pag. 21. col. 3. est quæ

Veraiçta

communis communibus sectatoribus : sed sine vlla dilatione affirmat, lineam, superficiem, & Corpus esse propriissimè species Quantitatis continuæ, inter se essentialiter distinctas, probatur ratione fundamentali, quia linea, superficies, & Corpus habent partes, & partes, ergo sunt propriissimè Quantitates, sed partes linea, superficiei, & Corporis reciprocantur termino communi, ergo prædicta tria non solum sunt Quantitates, sed etiam sunt Quantitates continuæ, relinquitur tantum probare, quod linea sit Quantitas continua, specie distincta a superficie, & superficies sit Quantitas continua, specie distincta a Corpore, quod sic evidenter probatur, linea habet partes sibi copulatas termino communi scilicet puncto, vt vna pars non sit nisi post aliam, & hoc est eius qualitas. Superficies vero habet partes ita etiam copulatas termino communi, linea, vt vna pars superficiei non solum sit post aliam : sed etiam circa aliam, & hoc est eius ratio qualitativa, Corpus autem habet partes copulatas termino communi superficie, ita vt vna pars corporis non solum sit post aliam, & circa aliam, sed etiam sub alia. Hæc est essentia Corporis : Linea ergo superficies, & Corpus sunt species Quantitatis continuæ, essentialiter distinctæ. Et quamvis tota quidditas lineæ claudatur in superficie, quia superficies habet partes vna post aliam : hoc tamen non est forma superficiei, sed potius se habet vt materia, quia superficies non solum habet partes, quarum vna est post aliam, sed etiam habet partes, quarum vna est circa aliam, & hæc est differentia essentialis, per quam constituitur in esse superficiei, & specifice distinguitur a quocunque alio modo esse linea superficies est, cui conuenit habere partes vnam post aliam, & circa aliam, sic etiam licet corpus habeat partes vnam post aliam, & circa aliam : hoc tamen non est essentia corporis, sed potius est materia eadem, quia corpus non solum habet partes vnam post aliam, & circa aliam, sed etiam sub alia.

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Tempus sit Species Quantitatis continuæ?

1 RAtio dubitandi est vna pars est, quia in 4. phis

phisicorū inquit Arist. quod tempus est numerus secundum prius, & posterius: sed numerus est Quantitas discreta, ergo & tempus.

2 Ex alia vero parte idem met Arist. in Prædicamento Quantitatis assignans species Quantitatis continuæ, sic ait, (*est autem talium, & tempus, & locus: presens enim tempus copulat ad præteritum, & futurum*) ex qua authoritate sequitur aperte, quod tempus sit Quantitas continua, quia partes temporis, præteritum, & futurum copulantur tertio communi scilicet præsenti.

3 Hanc tamen Dubitationem breuiter resoluemus, sicut etiam breuiter resolvit Arist. in Quodl. 5 q. 20. vnde, & Eodem Doctore dicimus, quod si tempus consideretur formaliter secundum suam essentiam, & quidditatem: sic est Quantitas discreta: si vero consideretur materialiter ratione Subiecti, in quo ipsum tempus subiectatur, sic est Quantitas continua. Vtrumque sic declaratur. de intrinseca ratione temporis est habere prius, & posterius: vnde D. Patens Augustinus 11. confess. ait, *Si tempus esset præsens, & non præteritum, nec futurum, non esset tempus; sed æternitas; & alibi inquit, Si tempora manarent, non essent tempora*: tempus ergo essentialiter non est sine priori, & posteriori: & propterea ait Philosophus 4. Phisic. quod tempus est numerus motus secundum prius, & posterius.

4 Et quia hoc prius, & posterius, est in motu primi mobilis, qui est continuus, & incontinuis omnia sunt in potentia, & nihil est in actu, nisi solum per designationem Intellectus; ideo ad perfectam, & completam rationem formalem temporis requiritur, quod anima sit numerans illud prius, & posterius, quod est in motu continuo: atque adeo tempus consideratum formaliter, & quantum ad essentiam suam est numerus numerans ab anima, & exconsequenti Tempus formaliter est Quantitas discreta.

5 Quoniam vero huiusmodi numerus Prioris, & posterioris subiectatur in continuo; ideo tempus materialiter est Quantitas continua: si enim in aliquo igni continuo mensurentur decem mensuræ, vt. decem palmi, & postea quæratur, an decem palmi illius ligni essent Quantitas continua, vel discre-

te-

scera, dicimus, quod ibi considerandasunt duo, scilicet decem palmi, & secundo ipsum subiectum, in quo sunt illi decem palmi. Si considerentur ipsi decem palmi qui sunt in ligno, a palmi formaliter sumpti sunt Quantitas discreta, quia Decem palmi sunt quidam numerus distantiae: sed decem palmi ligni continui ratione Subiecti seu materialiter sunt Quantitas continua. Ad propositum. Ratio formalis temporis consistit in quodã numero secundum prius, & posterius, qui numerus dicit Quantitas discreta: sed quia hic numerus subiectatur circa motu primi mobilis, ideo tempus est Quantitas continua, & per hoc ad vltimaque rationem Dubitandi.

## DVBITATIO TERTIA.

### V. Locus sit Species Quantitatis continuae essentialiter distincta à superficie?

1 VIdetur, quod pars negativa debeat sustineri, & quod locus non sit Quantitas; sic pro-

bari potest. Quantitati nihil est contrarium, sed locus vtentis contrariatur loco occidentis. Ad locum sunt loca diuersa, ergo locus non est Quantitas. Secundo quia locus differt à superficie per existentiam, quia locus est superficies continens: sed continentia pertinet ad relationem, ergo locus non est Quantitas; sed potius relatio. Tertio sic, si acquiritur per motum localem, est locus: sed quod acquiritur per motum Localem, pertinet ad praedicamentum vbi; ergo Locus non pertinet ad Quantitatem, sed potius ad illud. Praeterea & probatur specialiter, locum nec esse Speciem Quantitatis continuae; partes loci non copulantur termino communi, ergo locus non est Species Quantitatis continuae; consequentia est vera, probatur antecedens. Detur Baculus, cuius medietas sit in aere, & alia medietas sit in aqua; tunc ille baculus est in loco, sed partes illius loci s. superficies aeris continentis mediatem baculi, & superficies aquae continentis aliam medietatem baculi, cum sint indistinctis subiectis, non possunt esse continuae, ergo partes loci non copulantur termino

vbi et Locus nec sit quantitas, nec minus ipsa quantitas continua.

co.

cōtinui.

2 Pro huius tamen Dubitationis intelligentia notandum est, quod tria possunt considerari in loco corporum, primum est illud spacium seu interuallum, quod repletur à corpore, & occupatur à sua Quantitate; secundum est præsentia, quam corpus ipsum habet in tali spatio. tertium tandem est superficies vltima corporis continentis. Non est hic difficultas de illo Spatio, quod repletur à corpore: nam Arist. & Philosophi omnes eius interpretes explicant à vera ratione loci ipsum Spacium: nec minus in præsentia Dubitatio de præsentia corporis in Spacio: nam vt bene vidit Pater Soar. in Mech. Disput. 40. sect. 3. tam ipsum spatium, quod repletur a corpore, quam etiam præsentia ipsius corporis in Spacio extrinsecus sunt ipsi loco: sed vera præsens Difficultas est de superficie corporis continentis.

3 Pro quo notandum est, quod licuti linea finita claudiur duobus punctis, quorum vnum est initiatiuum, & alterum terminatiuum lineæ; sic corpus continetur duabus superficiebus, altera terminante, & altera inchoante ipsum corpus: vna ex his superficiebus dicitur concaua, altera vero dicitur convexa: superficies concaua dicitur in ordine ad aliud corpus, quod ambit, & circumscribit: superficies convexa dicitur illa, quæ continetur ab alio corpore: superficies concaua est locus, sed superficies convexa tantum dicitur superficies: vnde locus addit supra superficiem continentiam, vel ordinem ad corpus, quod continet.

4 His notatis, dicendum est, locum sumptum pro superficie concaua, esse veram Speciem Quantitatis, distinctam à superficie. Ita Aegid. in Quæstionibus de mensura Angel. q. 4. & probatur ex Arist. in hoc Prædicamento, qui numerat locum inter Species Quantitatis: deinde id idem confirmatur ex eodem Philosopho dicente in 4. Phis. quod locus est æqualis locato, sed esse æquale, vel inæquale est passio Quantitatis, quia proprium est Quantitati, ut per eam dicamur æquales, vel inæquales: ergo &c. Addi potest ratio à priori, quia quod habet partes extra partes vtriusque continui, est species Quantitatis continua: sed locus habet partes ordi-

cōclusio

Locus ē vera spēs qūātis cōtinuæ distincta à superficie.

natas ordine eminus, ergo. &c. probatur minor, sicuti enim loco respondet totum corpus, ita cuilibet parti loci correspondet aliqua pars corporis contenti; ergo ambo superficies concava & convexa ipsum contentum habent extensionem partium, copulatarum termini communes: & superficies concava, continens corpus, habebit eandem rationem essentialem, copulatarum terminus communis.

5 Quod autem locus sit spatium, distincta à superficie, probatur, quia locus sapit rationem superficiei adhuc existentis, & tunc est distincta species. Quamvis contra hoc obstet.

6 Ad hæc respondetur. Ad primum dilinguendum est minor, locus subiens est contrarius occidenti, quatenus est superficies continentia talem, negatur; quatenus dicit respectum ad totum, & polos mundi, concedatur. Sed hoc secundo modo non pertinet ad Quantitatem, sed potius ad Quando. Ad confirmationem D. ad Prædicamentum Situs.

7 Ad secundum dicimus, continentiam non esse proprie differentiam loci: sed ab ea definiri relationem formalem, & propriam ejus-dem.

8 Ad tertium dicendum est, quod Id, quod acquiritur per motum Localem, & Locum; contentum alterius motum Localem immediate, sed id, quod acquiritur per motum Localem est Ubi, seu præsentia mobilis in tali loco, quæ non erat. Ad ultimum quidam alii dicant, præsertim Suarez in Disp. quæst. 7. num. 20. Respondetur, quod illæ duæ superficies faciunt, & aquirunt unum locum continuum, quia licet illæ duæ superficies ambientes lignum, in ratione corporum sint duo corpora, ambientia contigua, nihil omnino tamen in ratione loci præsent est nisi locus continuus, respondens uni locato, continuante eum eodem termino tamen, quo continentur superficies contenta. & hoc de-pendet ex-istentia continui.

AR-

ARTICVLVS TERTIVS

## De Quantitate Discreta.

POst Quantitatem Continuam latius Disputandum occurrit de Quantitate discreta, & de Speciebus eiusdem; quia tamen intelligentia earumlibet rerum semper facilius consequitur si prius habeatur notitia partium: ideo sub hoc Articulo sequentia dubia sunt videnda.

---

ARTICVLI TERTII

## De Quantitate Discreta.

### Dubitationes Octo

*Dub. I.*

*V. Vnitas, quæ est principium numeri, convertatur cum Ente?*

*Dub. II.*

*V. Vnitas, quæ est principium Quantitatis Discretæ, sit quid positivum, & Ens modo dicendi ab eo, quod Convertitur cum Ente?*

*Dub. III.*

*V. Vnitas, quæ est principium numeri, sit Quantitas?*

*Dub. IV.*

*V. Numerus sit Ens Reale extra Animam?*

*Dub. V.*

*V. Numerus sit omnino per se, vel Ens per accidens?*

*Dub. VI.*

*V. Forma Numeri sit Vltima vestitas?*

*Dub. VII.*

*V. Numerus, qui est Species Quantitatis Discretæ, sit re Substantia Spiritualis?*

*Dub. VIII.*

*V. Numerus, & Oratio sint duæ Species Quantitatis Discretæ, essentialiter distinctæ?*

---

DVBITATIO PRIMA

*V. Vnitas, quæ est principium Quantitatis Discretæ, convertatur cum Ente?*

1 VNitas duplex est: altera est passio Entis; & de hac latius disputemus in Prima Disputatione Sequenti. Altera Tractatus

tas: Altera est Vnitas, quæ est principium numeri; de ista quæritur in præsenti, an conuertatur cum Ente? & Sensus est. An Vnum, quod est principium numeri, addat aliquid supra Ens? Et Videtur, quod idem præcise sit, esse Ens, & esse vnum numero, quod sic probatur. omne, quod est, est singulare, & ex consequenti hoc aliquid; sed quod est hoc aliquid, est vnum numero, ergo vnum, quod est principium numeri, conuertitur cum Ente.

2 Sed Ægid. in 4 Metaph. q. 5. & in Primo Sent. dist. 24. q. 2. ad 2 quæst. dubium tollit. Vnum, quod est principium numeri, non conuertitur cum Ente; sed aliquid aliud dicit præter esse Ens. hanc assertionem probat Ægidius, quia vnum, quod est principium numeri, est in Genere Quantitatis saltem reductiuè; ens autem est alio modo in eodem Prædicamento, (inquit) sed id, quod est in aliquo Genere, nunquam transcendit limites eiusdem Generis, ergo vnitas, quæ est principium numeri, est in Genere Quantitatis saltem reductiuè, non transcendit Omnia Decem Prædicamenta, et

probat, ergo vnum, quod est principium numeri, non conuertitur cum Ente, & ad mentem, quod hæc ratio tantum probat, vnum, quod est principium numeri, non conuerti cum Ente quoad significata, quia aliquid aliud significat vnum, quod est principium numeri, & aliud significat Ens.

3 Deinde Vnum, quod est principium numeri, pertinet ad Arithmeticum. Vnum vero, quod est passio Entis, pertinet ad methaphisicum: ergo vnum, quod est principium numeri, non conuertitur cum Ente; alias vel Arithmeticus ageret de omni Ente, vel Methaphisicus non ageret de Ente vt sic, sed de Ente particularizato, quorum vtrumque falsum esse, patet. & hæc ratio specialiter probat, vnum, quod est principium numeri, non conuerti cum Ente, quantum ad supposita.

4 Ad rationem in contrarium Respondetur. quod vnum numero si accipiatur large pro omni ente, quod est hoc aliquid, concedi potest, quod vnum numero conuertatur cum Ente: sed rigorosè loquendo, vnum, quod est principium numeri, non solum est hoc aliquid; sed simpliciter aliquid addit, vt in-

se-

sequenti Dubitatione dicemus, & propterea vnum numero absolute loquendo non conuertitur cum Ente.

## DVBITATIO SECVNDA.

*V. Vnitas, quæ est principium numeri, sit quid positiuum, & quomodo differat ab vno, quod est passio Entis?*

1 HÆc Dubitatio est valde difficilis, & usque est necessaria pro Intelligentia eorum, quæ infra disputabimus de Quantitate discreta: Estque secunda Dubitationis, quia addit vnum, quod est principium numeri, supra vnum, quod conuertitur cum Ente? seu quid sit propriè Vnitas, quæ est principium Quantitatis Discretæ?

2 Et præcipua ratio dubitandi, quæ dedit occasionem Patri Suario, vt asseueret, Quantitatem Discretam nec esse propriè Speciem Quantitatis, nec minus Ens per se, ea est, quia non apparet, quid sit vnitas, quæ est principium Quantitatis Discreta; vnde idem Suar. in 3. Thom Meth. Disp. 41 sect. 1. in hoc fundat totum controuersiæ flamm., eiusque hoc eius præcipuum fundamentum.

3 Sed Pro re tam difficili declaranda, id ante omnia præmittendum est, quod benè aduertunt Aegid. in 4. Meth. q. 9. & in 1. Sent dist. 24 q. 3. quod res, quæ dicuntur Quantitas, est quædam forma inhærens, quod eli res absoluta, perficit, & informat subiectum, in quo est; & vna Quantitas est accidens, quod est res absoluta, ideo Quantitas est quædam forma, quæ perficit, & informat subiectum; sed potest talis forma dupliciter considerari, primo quatenus perficit rem in se, secundo quatenus perficit rem per comparationem ad suas partes: non quod forma illa, quæ est Quantitas, perficiens rem in se, distinguatur realiter à forma, quæ perficit rem per comparationem ad suas partes: nam vna, & eadem est forma, perficiens rem in se, & perficiens rem per comparationem ad suas partes: & proinde perficit rem in se, sub ista ratione distinguitur à se ipsa, prout perficit rem per comparationem ad suas partes:

sequitur vna, & eadem res est Actio, & Passio; & vna talis res quatenus dicit ordinem ad agens, dicitur Actio, & constituit vnum Praedicamentum tam Actionis, eadem vero res, quatenus respicit patiens, dicitur passio, & constituit aliud distinctum Praedicamentum: sic pariter vna & eadem forma est secundum rem, quae perficit rem in se, & quae perficit rem per comparationem ad suas partes; sed quatenus perficit rem in se, tanc est principium numeri; quatenus vero eadem forma perficit rem per comparationem ad suas partes, sic dicitur Quantitas continua, & quatenus, & eadem res sub diuersis tamen rationibus considerata, facit diuersa Praedicamenta, s. Actionis, & Passionis: sic pariter vna, & eadem forma realis, vt perficit rem in se, sic dicitur vnitas, quae est principium numeri; quatenus vero eadem forma realis intelligitur, perficere per comparationem ad suas partes, sic talis forma est Quantitas continua.

4 Et sicut ex Quantitate, quatenus perficit rem in se, accipitur duplex vnitas, & positiua, & priuatiua; sic ex Quantitate quatenus perficit rem per comparationem ad suas partes, accipitur aliquid positiue, & aliquid priuatiue; sed differenter: nam in Quantitate quatenus perficit rem in se, tam positiuum, quam priuatiuum appellatur Vnitas; sed positiuum est vnum, quod est principium numeri, & simile pertinet ad Genus Qualitatis: priuatiuum vero est Vnum, quod conuertitur cum Ente, & transcendit omnia Genera. In Quantitate autem quatenus perficit rem per comparationem ad suas partes, positiuum appellatur continuum, priuatiuum vero conuertitur cum Ente.

5 Postesque totum hoc optimè declarari exemplo valde accommodato: quia Actio, & Passio sunt duo Praedicamenta; tamen secundum Philosophum 3. Physic. Actio, & passio non dicunt nisi vnam rem; quy res quatuor importat, duo positiua, & duo priuatiua: nam Res prout recipitur in passo, dicitur Passio, & constituit Praedicamentum speciale Passionis, dicitque quandam specialem modum Entitatis positiue; ex illo autem esse positiuo consurgit quidam modus negatiuus, quia Passio quatenus distinguitur ab omni eo, quod non est

passio

passio, habet quandam vnitatem, sed hæc vnitas conuertitur cum ente. Sic eadem res pro tempore ab Agente, dicitur Actio, & constituit speciale Prædicamentũ Actionis, imperatq; quandam modum entitatiuæ positiuæ, qui dicitur Actio; exquo positiuo cõsurgit etiam quidam modus negatiuus, qui dicitur vnitas, per hoc scilicet, quia Actio distinguitur ab omni eo, quod non est Actio, sicut ergo eadem res, quæ est Actio, & Passio, accipitur duplex ratio positiua, scilicet Actio, & Passio, & duplex ratio negatiua, Vnitas Actionis, & vnitas Passionis, sic ex vna, & eadem forma reali, aliter tamen, & aliter acceptæ, desumuntur duæ Species Quantitatis, nimirum Quantitas continua, & Quantitas discreta, quia prout forma perficit rem in se, sic est vnitas, quæ est principium numeri, seu Quantitatis discretæ, quatenus vero eadem forma perficit rem per cõparationem ad suas partes, sic est Quantitas continua: vnde continuum, & vnum, quod est principium numeri, sunt vna res seu vna forma realis, sicut Actio, & Passio: & quia cuilibet positiuo correspondet sua negatio, sicut ex re, quæ dicitur Actio, & Passio, accipitur duplex negatio seu duplex ratio vnitatis, quatenus quælibet conuertitur cum ente ita ex vna, & eadem re, quæ vocatur Quantitas continua, & Vnitas, quæ est principium Quantitatis discretæ, accipitur duplex positiuum, & duplex negatiuum. Positiua sunt Vnitas, quæ est principium numeri, & Quantitas continua: negationes autem sunt Vnitas Vnitatis, quæ est principium eorum, & Vnitas Quantitatis continuæ, quatenus quælibet conuertitur cum ente.

6 Et ex his colligi potest quid sit proprie Vnitas, quæ est principium numeri, quomodo eadem Vnitas dicat aliquid positiuum, superadditum enti, & aliquid negatiuum, quod conuertatur cum ente: & in quo distinguatur vnum, quod est Passio entis, ab vno, quod est principium Quantitatis discretæ, & aliquo-
[illegible]
tollitur omnis
ratio
dubitan-
di

## DVBITATIO TERTIA

### V. Vnitas, quæ est Principium numeri, sit Quantitas?

1 SOlus est, an Quantitas prædicetur aliquo modo de Vnitate, quæ
15 dub. est principium numeri? & Dubitandi ratio fuit potest ea esse, quia sicuti se habent principia Substantiæ, ad Substantiam, ita se habent principia Quantitatis ad Quantitatem; sed de Principijs Substantiæ, vt de materia, & forma prædicatur Substantia, vt patet; ergo de Principijs Quantitatis tam discretæ, vt de Vnitate, quam continuæ, vt de Puncto, debet etiam prædicari Quantitas.

2 Dicendum tamen est, quod Quantitas nullo modo prædicari potest vel de vnitate, quæ est principium Quantitatis discretæ, vel de Puncto, qui est Principium Quantitatis continuæ. Ita Ægidius in quarto methaph. quæst. 11. Quam veritatem vt probemus, & simul etiam declaremus; sciendum est, quod Genus, quod est Prædicamentum, non semper prædicatur vniuocè de omnibus his, quæ quomodolibet in eo prædicamento collocantur: sed aliquando prædicatur vniuocè tanquam Genus, & sic prædicatur de omnibus illis, quæ pertinent in Prædicamento directè: aliquando prædicatur Analogicè, & hoc modo prædicatur de omnibus illis, in quibus aliquo modo reperitur ratio significata per ipsum Genus, v. g. quia ratio significata per nomen Substantiæ, reperitur aliquo modo in materia, & forma, & non simpliciter, ideo ipsa Substantia prædicatur nō vniuocè, sed Analogicè de materia, & forma, aliquando demum ipsum Genus Generalissimum nullo modo Prædicatur de aliquibus, quæ ad idem Prædicamentum reducuntur, quia ratio significata per ipsum Genus, nullo modo participatur ab eisdem, v. g. existere & omnes modi Substantiales reducuntur ad Prædicamentum Substantiæ: Substantia tamen essentiæ prædicatur vel de existentia, vel de quocunque alio modo Substantiali, quia ratio significata per Substantiam, nec simpliciter, nec secundum quod reperitur in modis

dis Substantialibus; modus enim Substantiæ non est Substantia, quia modus substantiæ nec subsistat, nec existit per se. Quia tamen modi substantiales pertinent aliquo modo ad considerationem Substantiæ, propterea huiusmodi modi reducuntur ad Prædicamentum Substantiæ, & tamen Substantia nullo modo prædicatur de illis.

8 Sic de Prædicamento Quantitatis, & Vniuersaliter de quocunque alio Prædicamento: Quantitas enim Prædicatur univoce de omnibus illis Quantitatibus, in quibus simpliciter reperitur ratio extensionis, quia modi sunt omnia ea, quæ directe collocantur in eodē Prædicamento, vt omnes Species tam Quantitatis continuæ, quam discretæ: similiter Quantitas prædicatur etiam saltem Analogicè de illis Quantitatibus, in quibus ratio significata per hoc nomen Quantitas, & si non reperiatur simpliciter, est tamen secundum quid, vt Quantitas secundum modum: & similia. Aliqua reducuntur ad Quantitatem: ratio tamen Quantitatis nullo modo reperitur in illis nec simpliciter, nec secundum quid, vt est quodlibet inuisibile, in quo nullo modo est extensio partium: tunc huiusmodi reducentur quidem ad Quantitatem: sed de talibus nullo modo prædicabitur Quantitas nec vnivocè, nec Analogicè.

4 Esset hæc probari potest assertio, & dissolui ratio incontrarium.

## DVBITATIO QVARTA

### *Vtrum Numerus sit ens Reale extra animam?*

1 Videtur, quod non. Primo. Quia si numerus esset forma realis extra animam, vel erit aliquod vnum, & hoc non, quia tunc numerus esset principium numeri: & principium numeri prædicaretur de numero, quod falsum est. Vel est multiplex, & hoc neque, quia tunc in eodem continuo essent duæ Quantitates scilicet continuæ, & partium numeri. Secundo. Si numerus est aliqua forma Accidentalis realis, vel talis forma subiectatur in qualibet vnitate secundum se totam, & sic vnitas simplex Accidens esset in diuersis subiectis, quod est im-

Videtur quod numerus non sit ens reale extra animam.

impossibile, vel esse in vna sola natura, & hoc erit impossibilius, quia tunc Numerus esset indivisibilis, & omnes aliæ unitates superfluerent. Tertio. Quod est commune entibus, & non enti, non potest esse formale reale; sed numerus est commune enti, & non enti, quia non minus potuerunt numerari tenebræ, quam lapides, ergo, &c. Quarto. Partes Quantitatis discretæ non sunt aliquid reale, ergo nec tota Quantitas discreta, consequentia sequitur; quia sicut cum partes sint accidentia, tunc totum non potest esse Substantia, sic cum partes sint entia rationis, eorum totum non potest esse ens reale probatur antecedens; quia partes Quantitatis discretæ sunt unitates: sed unitas omnem dicat solam negationem divisionis, non est aliquid reale, ergo partes Quantitatis discretæ sunt aliquid rationis. Quinto. Illud, quod non habet esse, nisi dependenter ab intellectu, est ens rationis; sed numerus habet esse dependenter ab intellectu, ergo numerus non est ens reale: sed rationis, maior est certa, probatur minor ex Arist. 5. Metaph. asserente, nullam esse naturam sine intellectu numerante.

3 Nihil hominibus certius esse debet, Quantitatem discretam esse verum ens reale, independenter ab omni opere intellectus; ita manifeste Philosophus, qui in hoc Prædicamento Quantitatem Prædicamentalem dividit in continuam, & discretam, dicens: *Quantitatum autem aliud est discretum, aliud est continuum*; sed Quantitas continua est verum ens reale independens ab omni opere intellectus, ergo & Quantitas discreta. Ita etiam noster Ægid. in lib. Prædicamen. cap. de Quantitate pag. 26. col. 3. eiusque sententia communis: probatur autem rationis à priori, quia Quantitas discreta non distinguitur realiter à Quantitate continua; sed una, & eadem forma realis, Quatenus perficit rem ita se, est unitas, quæ est principium Quantitatis discretæ; quatenus vero perficit rem per comparationem ad suas partes, est Quantitas continua: sed Quantitas continua est extra animam verum ens reale, ergo & numerus, qui est Species Quantitatis discretæ; & confirmatur, quia figura est verum ens reale extra ani-

animam, ergo & numerus. antecedens patet ad sensum, quia figura est vera species Qualitatis realis, consequētia probatur, quia omnis figura præsupponit numerū tanquam aliquid necessario requisitum, sine quo impossibile est esse figuram: est enim impossibile, quod sit figura triangularis sine numero Ternario, & Quadrangularis sine Quaternario.

3 Ad argumenta in oppositum Respondetur ad primum dicimus, quod omnis numerus secundum suam speciem est aliquod vnum, quia vnumquodque res quantum habet de entitate, tantum habet de Vnitate: sed illud vnum, quod prædicatur de vnoquoque numero, non est vnum, quod est principium numeri; sed est vnum, quod conuertitur cum ente. Ad secundum Respondetur, illam diuisionem esse insufficientem, quia forma, quæ est numerus, nec est tota in qualibet Vnitate, nec est tota in vna tantum vnitate; sed est tota in omnibus suis vnitatibus simul sumptis, omnia enim numerata per aliquem numerum simul sumpta respondent tali numero tanquam vnum subiectum adequatum. Ad tertium Respondetur, quod

multitudo, qua numerantur figmenta, non est realis sed ficta, sicut ipsa numerata.

4 Ad quartum Respondetur negando antecedēs, quod scilicet partes Quantitatis discretæ non sint aliquid reale: ad probationem dicimus, quod vnitas, quæ est principium numeri non est tantum negatio diuisionis; sed vt vidimus dubit. 1. præcedenti, addit supra ens aliquid positiuum. Ad quintum negando est minor, quod Quantitas discreta non habeat esse nisi dependenter ab intellectu: ad auctoritatem Philosophi dicentis, nullum esse numerum sine intellectu numerante, dicendum est, omnem vnitatem esse numerum in potentia, quia quælibet res est intelligibilis in potentia, & sicut nulla res actu intelligitur sine intellectu: ita nec vlla vnitas actu constituit numerum, sine intellectu numerante: est igitur sensus Aristot. dicere esse numerum realem de prædicamento Quantitatis, qui aliquando potest per intellectum numerari, vnde si daretur aliqua multitudo, quæ nunquam posset per intellectum numerari: talis multitudo propriè non esset numerus prædicamentalis.

Ad alias.

## DVBITATIO QVINTA.

### V. Numerus sit ens per se, vel ens per accidens?

1 NOnnulli desiunt ex Recentioribus, qui asserant, Numerum esse ens per accidens, & ideo non pertinere ad Predicamentum esse speciem Quantitatis, sed esse unum ens per aggregationem; sicuti cumulus lapidum, &c. Ita inter alios defendit Fatee Smisc. 2. tom. Supermetaph. sect. etiam Iustin Fonseca 5. lib. metaph. cap. 11. q. 4. sect. 4. & ex modernis quamplures. Argumenta autem quamuis sint plura, & diuersa; principaliora tamen sunt sequentia.

2 Primum desumitur ab auctoritate Philosophi multis in locis præsertim 5. lib. Phisic. cap. 3. tex. 18. vbi loquens de numero sic ait: (*Numerus est ens plurale quantum quantum.*) & 10. metaph. cap. 2. tex. 20. ait: (*Numerus est multa una*) & lib. 5. cap. 7. tex. 10. inquit *Numerum oportet aliquid esse, quæ unum, si enim est mera entia non est scire quæ sint, neque cognoscere, aut discernere*

1 Arg.

2 argu. ab auctoritate

*est, quidnam sit illud, quod vnum ex multis facit?* Ex quibus omnibus auctoritatibus plane sequitur, numerum non esse vnum per se, sed per accidens, & ex consequenti non esse speciem Quantitatis. Secundo sumitur ratione à fine Numeri. Numerus conflatur explicandæ causa inferiorum, ergo numerus est ens per accidens probatur consequentia, quia enim accipimus res humanas secundum substantiam considerationi suæ accipiamus res Quantitatis separatas ab omni substantia, vt res Mathematicas, quælibet ex his erunt vna, ergo numerus, cum non sit vna per se, erit vnum per accidens.

3 Tertio. Vltimo omnes conueniunt ad compositionem numeri per aliquam vnionem, aut vnitatem realem, ergo non possunt esse vnum per se, quod sit directe in Prædicamento Quantitatis consequentia patet, quia non potest quidquam, quia non potest aliqua effectæ vnum per se, nisi per se vniantur; antecedens vero probatur, quia de ratione Quantitatis discretæ est, quod eius partes non copulentur eo modo communi, ergo repugnat ens quodlibet vnum, & ex conse-

3 argu. à fine.

quen-

quanti, quod efficiant vnum per se. Quarto, Omnes vnitates, ex quibus sit numerus, sunt actu existentes, ergo ex ipsis non potest fieri numerus, qui sit ens per se. Quinto ex non quantis non potest fieri quantum: sed vnitates non sunt quantæ, ergo ex vnitatibus non potest fieri numerus, qui sit Quantitas: atque adeo numerus nec erit ens per se, nec vllum ens ponibile in prædicamento Quantitatis.

4 Fateor hæc argumenta non carere difficultate, sed suppresta ea doctrina, quam didicimus ab Ægidio, & hic adnotauimus in præcedere dubitandi secunda, facile negocio ab omni difficultate expedientur: dicimus ergo, & ea nostra Assertio Principalis: quod numerus est proprissime vnum ens per se, nec illi aliquid deest, vt Species constituat Quantitatis discretæ, huius sententiæ fuit prorsus dubio Aristot. tum in hoc Prædicamento Quantit., tum etiam 5. metaph. cap. 13., ibique locis semper numerum connumerat inter species Quantitatis discretæ: nec potest vllusque capitis textus vllam admittere expositionem, tum quia eius verba sunt expressissima, tum etiam quia ita sentiunt omnes eius expositores, vt Ægidius in lib. Prædicam. cap. de Quantitate Discr. Thom. 7. methaph. lect. vltima, Scotus 5. metaphis. quæst. 9. Argentina vbi per in 1. sentent. dist. 24. quæst. 1. Caietanus, Conus, Toletus, & alij, quos citat, & sequitur Ruuius hic cap. de Quantitate quæst. 6. & Sanchez in comment. sup. log. quæst. 25. Reliqua autem omnibus alijs rationibus, quæ possent aduci pro confirmatione huius sententiæ, illa mihi videtur potissima, & fundamentalis, quam annotauit Ægidius vbi supra, quæ potest ad hanc formam reduci. ex omnibus vnitatibus, quæ sunt in numero, illæ præcedentes ad vltimam vnitatem habent rationem materiæ, & sunt in potentia; vltima vero vnitas habet rationem formæ, ergo quilibet numerus est ens per se; consequentia non potest negari, quia omne compositum ex materia, & forma, vel est aliquo loco materiæ, & ex aliquo loco formæ, est verum ens per se: antecedens vero hic probabitur in dubitatione sequenti.

5 Restat satisfacere ad obiectas rationes, ad quarum primam desumptam ex au-

thori-

dentibus Arist. Respondetur, quod numerus, & est vnus secundum formam, seu secundum speciem; & est verum multiplex secundum partes integrantes: neque id implicat, quia bene dari potest aliquid, quod sit vnum secundum speciem, & quod idem sit multiplex secundum partes materiales; vt patet in homine, in Domo, in obiecto alicuius scientiæ, quod materialiter est multiplex, & formaliter est vnum: & cum dicitur, quod vnum, & multa opponuntur; Respondendum est, verum esse respectu eiusdem: sed numerus non est vnus, & multiplex respectu eiusdem; sed est vnum tantum per se secundum speciem, est vero multiplex materialiter. Ad secundum Respondetur, quod vnitates numerales duobus modis considerari possunt, primo quatenus sunt partes materiales numeri, seu secundum rationem materiabiles, quatenus nimirum plures Quantitates actu separatæ, & hoc modo non essentiunt eidem per se secundo quatenus sunt numerabiles ab intellectu secundum prius. & posterius, & hoc modo habent vnitatem, per quam constituunt vnū numerum, quando dicitur, quod ordo prius, & posterius non est realis, distinguendum est, si prius, & posterius sumitur vt connotat aptitudinem numerabilitatis, sic est aliquid reale in ipsis entitatibus, quia quælibet ex propria natura potest numerari secundum prius, & posterius, si vero connotetur, vt dicit actualem numerationem, sic falsum est extrinseca denominatio in eisdem vnitatibus: sicut intelligibilitas in quantumque re est aliquid reale, sed actu intelligi est extrinseca denominatio.

6 Ad tertium, quod est potissimum apud Scotum, Respondetur negando, quod Vnitates non concurrant ad componendam numerū per aliquam vnionem: nam licet sint separatæ, quatenus sunt quantitates continuæ inter se distinctæ; tamen per aptitudinem numerabilitatis seu quatenus sunt per se vnitates, sic sunt numerus in potentia, & vniuntur inter se ad efficiendam vnā Quantitatem discretā, de cuius ratione est, vt partes eius non copulentur termino communi materiali, hoc est puncto indiuisibili; aut quouis alio; nam ta-

n. ad 3.

tamen inconuenit, quod Vnitates vniantur formaliter ad constituendum vnum Discretum: vnde licet Vnitates sint separatæ separatione continui; sant tamen Vnione Discreti; & ideo licet non efficiant vnum continuum, quia non copulantur termino communi; efficiunt tamen vnum Ens Discretum, quia ex Vnitatibus numeri præcedentes, vniuntur vltimæ tanquam materia ad formam.

7 Ad Quartum, distinguendum est antecedens; duplex est potentia, altera est potentia receptiua actus, sic est materia prima, ex qua fit Ens naturale, alia est potentia determinabilis per actum, & est simplex potentia Generis, quod non recipit in se actum Differentiæ, sed determinatur per illum ad constitutionem Speciei; & talis est potentia in qualibet Vnitate; Vnitas ergo determinans se habet tanquam actus per se; Vnitas vero determinata, se habet tanquam potentia per se; & hoc sufficit, vt ex eis fiat vnum per se, & constituatur species Quantitatis Discretæ. Ad Quintum Respondet Egid. vbi sup. quod ex eam Quanta, quæ nullo modo sunt Quanta nec in actu, nec in potentia: nullum sit quantum, sic vera est maior: ex non Quantis, quæ licet non sint Quanta in actu; sunt tamen Quanta in potentia, nullum fit Quantum, sic falsa est maior: cum igitur Vnitates sint Quanta in potentia, quia sunt mensurabiles, bene potest ex eis fieri quantum Discretum.

## DVBITATIO SEXTA

### V. Vltima Vnitas sit forma Numeri?

1 HÆc Dubitatio tam procedit supposita veriori sententia, quam iam probauimus in præcedenti Dubitatione, quod nimirum numerus fit verum vnum per se, veraque Species Quantitatis Discretæ cum igitur numeris componatur ex pluribus Vnitatibus, tota Dubitatio ad hunc locum reducitur, an vltima Vnitas habeat rationem formæ, & præcedentes ad instar materiæ habeant rationem materiæ?

Vltima vnitas numeri non fit ens realc extra ani.

2 Euidenter, quod vltima Vnitas non possit dici forma numeri, quia nec vltima Vnitas est forma numeri, quatenus vltima vel quatenus vnitas, sed neutrum dici potest ergo &c. probatur

tur minor, non quia Vnitas, quia si etiam precedentes Vnitates ad vltimam, haberent rationem formæ; nec quatenus vltima; quia vel ratio vltimi sumitur, quatenus dicit relationem ad alias Vnitates, & hoc modo non pertinet ad Predicamentum Quantitatis, sed Relationis; vel sumitur ratio vltimi, qua terminat procedit ab intellectu, & hoc modo nec potest esse forma numeri, quia numerus est rerum Ens Reale, independenter ab intellectu: Deinde Numerus non est aliquid distinctum à Quantitatibus rerum numeratarum sed in rebus numeratis ita Quantitas non se habet vt forma alterius, ergo neq; in numero, maior patet, quia Vnitas non dicit aliquid distinctum à Quantitate rei, quæ est vna: minor vero probatur, quia corpus de Predicamento Quantitatis, quod est in hoc lapide, non est forma illius corporis, quod est in alio lapide ergo, &c.

3 Nostra tamen in præsenti Dubitatione conclusio est, formam essentialem constituentem numerum esse specifice esse vltimam Vnitatem: reliquas vero Vnitates precedentes ad vltimam, habere locum materiæ. Ita Ægid. in lib. Predicam. cap. de Quantitate pag. 20. col. 1. ad secundum Argumentum probatur facile: Nam primo, quod in rebus sensibus non est compositio essentialis Philica ex vera materia, & vera forma; nam accidentia sunt naturæ quædam imperfectæ, nec sunt Entia naturalia, sed aliquid Entis naturalis, vnde non possunt habere compositionem ex vera materia, & vera forma sed solum componi possunt ex aliquo, quod sit loco materiæ, & aliquo, quod sit loco formæ: Hac supposita probatur assertio. omne illud, quodest determinabile per aliud, habet modum materiæ, & illud, quod determinat alind, habet modum formæ: sed inter partes integrantes numerum, vltima Vnitas se habet vt determinans precedentes: & precedentes se habent vt determinabiles per vltimam, ergo vltima Vnitas se habet vt forma, & precedentes ad vltimam se habent vt materia. Maior propositio est nota in Philosophia, minor autem probatur, quia vt dicebamus in dub. 2. cum Ægid. quælibet Vnitas est numerus in potentia, ergo quælibet Vnitas de se potest esse materia, & pars integralis numeri: probatur minor, quod

Ratio concluſ.

Assertio 1ª pbida.

vl

vltima Vnitas habeat rationem formæ, qua determinet præcedentem: Illud, per quod vnum essentialiter & specificè constituitur in suo esse, & distinguitur ab alio, habet rationem formæ determinantis respectu illius: sed quilibet numerus essentialiter constituitur, & distinguitur ab alio per vltimam vnitatem: vnde addita vnitate cuilibet numero, variatur Species numeri, ergo vltima Vnitas respectu numeri habet rationem formæ determinantis.

4 Ad primam rationem in oppositum Respondetur, quod forma constituiua nitionibus meri in esse specifico nec est contrariam Vnitas, quatenus ipse Vnitas nec quatenus vltima; sed ex vltima Vnitas, quatenus determinat præcedentes: quod si ly esse vltimam dicat aliquem respectum: talis respectus est tantum secundò dictus secundum esse. Ad aliam, qua ostendebatur, numerum non distingui à rebus numeratis: latus dictum est in Dub. 2, & propterea nunc negranda est absolutè maior, ad cuius probationem dicimus, quod Vnitas, quæ est principium numeri distinguitur ratione à Quantitate continua ei numerate, sicut alio, & passio, quæ licet non distinguantur secundum rem, differunt tamen secundum rationem: & sic licet secundum rem sit vna, & eadem Vnitas, quæ est principium numeri, & Vnitas Quantitatis continuæ: quatenus tamen talis forma perficit rem in se, est Vnitas, quæ est principium numeri: quatenus vero perficit rem per comparationem ad partes, est Quantitas continua.

## DVBITATIO SEPTIMA.

### *An Numeris Predicamentalis reperiatur etiam in Substantiis Spiritualibus?*

1 QVæritur, an sicut tres homines, tres lapides, &c. efficiunt vnum ternarium, qui est vna Species Quantitatis Discretæ: ita tres Angeli aut tres animæ efficiant etiam numerum ternarium, discretè ponibilem in Prædicamento Quantitatis?

2 Prima Sententia affirmat, numerum rerum Spiritualium non esse minus Speciem Quantitatis Discretæ, quam numerum corporum: ita maior pars Recentiorum

quos

quæ citat Sanctis. q.9 probatur primo, auctoritate Magni Augustini parentis, qui lib. 1. de lib. Arbitrio cap. 16. asserit, numerum esse aliquid intelligibile, & in omnibus rebus inueniri. Item Damascenus 3. lib. de fide orthodoxa cap. 8. ait, numerum in quibuslibet rebus inter se diuersis sic reperiri, vt duæ naturæ Diuina, & Humana in Christo ad quælibet tantam discretam pertineant.

3 Secundo, hoc idem probatur ratione, quia integra ratio numeri constat ex multis vnitatibus realibus, & inter se separatis, atque numerabilibus ab intellectu secundum prius, & posterius: sed totum hoc reperitur in numero rerum Spiritualium: ergo numerus rerum Spiritualium est vere numerus prædicamentalis, probatur minor, quia tres Angeli, vel tres animæ separatæ sunt tres res, distinctæ realiter, atque etiam numerabiles ab intellectu secundum prius, & posterius.

4 Caterum noster Ægid in 4. methaph. quæstione 2. quærens an vnum, quod est principium numeri, inueniatur in Substantijs separatis? partem resolvit negativam, pro qua sententia citari etiã possunt plures tum ex Antiquioribus, tum etiam ex Recentioribus, quos refert, & sequitur Rubius hic quæst. 9. similiter etiam Aureolus dicit, quod est inseparabile, illud est, quia vnitas, quæ est principium numeri, nihil aliud est, quam vnitas replicata seu numerata: sed omnis numeratio est cum mentatione fit per Materiam: ergo cum in Substantijs Spiritualibus nulla sit materia, sequitur, quod in Angelis non est vnitas, quæ est principium numeri: maior de se est clara; minor autem vera authoritatem Commentatoris, qui illam docet, sic probatur: vnitas replicabilis seu numerabilis realiter non distinguitur à Quantitate continua, quia vt dictum est videmus, eadem res forma quatenus perficit rem in se, est vnitas numerabilis, & quatenus perficit rem per comparationem ad suas partes, est Quantitas continua: sed omnis Quantitas continua sequitur materiam, & non reperitur nisi in habentibus materiam; ergo vnitas numerabilis non potest esse in Substantijs Spiritualibus, in quibus nulla est Quantitas continua.

Ægidij sententia

5 Prosolutione tamen Authoritatum, & omnium ar-

gu-

gumentorum in oppositum, Aduertendum est, quod sicut datur duplex Relatio secundum esse, siue secundum dici, quæ vocari solet Relatio transcendentalis, ita datur duplex numerus, alius est Prædicamentalis & secundi esse, alius vero est secundi dici, seu transcendentalis. Et sicuti Relatio secundum esse est illa, quæ secundum totā id, quod est, pertinet tantum ad Prædicamentum Relationis; relatio vero secundum dici potest etiam reperiri in alijs Prædicamentis: ita numerus Prædicamentalis & secundum esse est ille, qui secundum se totum, seu secundum id, quod est, pertinet tantum ad Prædicamentum Quantitatis, quia secundum totum id, quod est, non componitur nisi ex Vnitatibus, quæ realiter sunt Quantitates Continuæ; numerus vero secundum dici non inconuenit reperiri in alijs Prædicamentalis, & rebus extra Quantitatem.

6 Ex quo obiicies in Angelis, & Substantijs Spiritualibus esse quidem numerum secundum dici, non tamen secundum esse, propter rationem tactam in fundamento

to Ægidij, & hoc probant rationes contrarię.

## DVBITATIO OCTAVA

### V. Vtrum sit Species Quantitatis Discretæ, essentialiter distincta tam à numero, quam à tempore?

1 TRia quærentur sub hoc titulo: Primū est. An Oratio sit Species Quantitatis *Discretæ*? secundum. An Oratio sit species Quantitatis Discretæ, essentialiter distincta à numero? tertium an Oratio etiam essentialiter distinguatur à tempore? & singula breuiter per duas nostras triplici conclusione. sub hoc titulo quæruntur

2 Prima conclusio, Oratio secundum se est vera Species Quantitatis Discretæ. Hoc præcauidubiè docuit Arist. cap. præsenti, dum inter Species Quantitatis enumerauit Orationem: hoc etiam expressè tenet Ægid. in lib. Prædicam. cap. de Quantitate pag. 31. col. 3. & 4. Ioan. Oper. 22. & in 4. Sent. dist. 3. q. Vnica. Scot. & multi alij quos citat, & se-

communicatum q. ad huius praedicamenti probatur facile, quia Oratio constat ex syllabis, vere ibi est ista distinctio prius, & posterius, non minus quam numerus constat ex unitate. Vocabulis ergo figuratis numerus est vera species Quantitatis Discretæ: sic Oratio probatur antecedens, quia vna syllaba longior est, & maiorem habet extensionem Soni, quam alia, non solum ratione temporis consumpti, quod patet esse maius: sed etiam ratione tui, nempe vt ell. Sonum extensus; quemadmodum tres lapides habent solidam extensam per Quantitatem, & propter talem rationem efficiunt speciem numeri.

3. Secunda Conclusio, Oratio est Species Quantitatis Discretæ, essentialiter distincta à numero. Ita Aegid. vbi supra, Cuius ratio fundamentalis est, quia numerus aut mensura talis res permanentes: successiuæ autem non mensurat nisi ratione permanentiæ; Oratio vero mensurat ratione successionis: Vltrius Numerus non determinat sibi aliquam materiam, quæ indifferenter habet numerari: sed Oratio determinat sibi vocem prolatam, quam tantummodo habet mensurare: nam Oratio mentalis, & Scripta non pertinet ad hoc Praedicamentum: cum vtraque sit Qualitas, illa naturalis, hæc ratione quâ per artem. 2. com. 1.

4. Ex tandem 3. Conclusio, Oratio non solum est Species vera Quantitatis Discretæ, vt probatum est in prima conclusione: nec solum differt à numero essentialiter, vt probatum est in conclusione secunda, sed etiam essentialiter differt à tempore, Quia vt bene docet Aegid. vbi supra. Oratio tantum mensurat ratione Discretorum: at tempus mensurat ratione continuorum: ergo si Oratio, & tempus haberent diuersas rationes mensurandi, essentialiter, & specifice distinguuntur. 3. com. 1.

## ARTICVLVS QVARTVS

### De Proprietatibus Quantitatis.

EX Proprietatibus, quas assistribuit Quantitati, potest esse Dubium circa primam, an sit verum sit, quod Quantitati nihil est Contrarium? Item potest esse Difficultas de Diuisibilitate, & mensurabilitate formalitas sumpta, & propterea

rea præsentem articulum in duas Dubitationes dividemus.

## ARTICVLI QVARTI

## De Proprietatibus Quantitatis.

### Dubitationes Duæ.

*Dub. I.*
*An Verum sit, Quantitatem non habere contrarium?*

*Dub. II.*
*V. Divisibilitas & mensurabilitas sint proprietates Quantitatis?*

### DVBITATIO PRIMA

*An Verum sit, Quantitatem non habere Contrarium?*

1 QVamuis Arist. docuerit in textu, quod Quantitati nihil sit contrarium: possit tamen contrà obijci primo, In omni Genere est reperire vnam contrarietatem; ergo in Genere Quantitatis est contrarietas. 2. Omnis motus est à contrario in contrarium: sed in Quantitate est motus: Augmenti, & diminutionis, ergo Quantitas habet contrarietatem. 3. multum contrariatur paruo, & magnum paruo: sed hæc sunt Quantitates; ergo. Quarto, Locus est vera species Quantitatis: sed Locus sursum contrariatur loco deorsum, frigo &c.

2 Quod tamen docuit Arist. verissimum est, & inficiari non potest. vnde Hæc est nostra in præsenti Dubitatione conclusio. Quantitati Determinatæ nihil est contrarium ita Omnes Aristotelici, præsertim Ægid in lib. Prædic. cap de Quant. pag. 21. & probatur soluendo contraria argumenta, sed præsupponendum prius id, quod etiam alibi obseruauimus, quod contrarietas duplex est, alia est Generis *Prædicabilis*, altera est Generis *susceptibilis*. quo supposito, dicimus, quod Quantitati nihil est contrarium, quia sola Qualitas, & ea, quæ à qualitate causantur, contraria suscipiunt: & per hoc patet ad primam.

Quæ ni hil est cō trarium

3 Ad secundū, Respondeo omnis motus est à contrario in contrarium contrarietate largè sumpta, pro quacunque oppositione, non verò

contrarietate propria, quæ tanta est inter illa, quæ mutuo expelluntur ab eodē subiecto. Ad tertium Respondetur, quod malum, & parcum, magnum & parvum, opponuntur relatiuè, & sic cōtrarietate communiter sumpta, non propriè pro illa contrarietate, quæ dicitur Generis susceptibilis. Ad quartum Respondet Aegid., quod locutarium, & deorsum non sunt hæc esse possunt vicissim in eodem subiecto, vnde non sunt contraria propriè, sed potius opponuntur quatenus habent modum relationis.

Solvitur 3. obiect.

## DVBITATIO SECVNDA

*Vtrum Divisibilitas, & Mensurabilitas sint Proprietates Quantitatis.*

1 Conclusio est affirmativa, quia Divisibilitas, & mensurabilitas demonstrantur de Quantitate; sed quæ demonstrantur de subiecto, sunt passiones eiusdem ergo, &c. Maior est Arist. 6. met. vbi probat omne Quantum esse Divisibile, quia habet partes extra partes: ex quo loco duo colligi possunt primum, quod habere partes extra partes sit essentia Quantitatis, vt videbimus art. 5. Dubium autem est quod Divisibilitas, (& idem dici debet de mensurabilitate), sit passio Quantitatis.

2 Sed obijcies, Ens Actus Actus, & potentia sub eodem Genere collocantur, sed actualis Divisio ponitur sub Praedicamento Actionis, ergo etiam potentia ad actualem Divisionem, ergo Divisibilitas non pertinet tanquam passio seu proprietas ad Quantitatem. Respondetur, propositionem Philosophi intelligendam esse de potentia obiectiua, ita vt sit sensus, sub eodem Praedicamento ponitur res, vt est in potentia, & quatenus est in actu, & sic argumentum non est contra nos; nam Divisibilitas formaliter sumpta non dicit potentiam obiectiuam, sed potius potentiam actiuam. obiectio

3 Remaneret hic etiam obiectio, an finitum, & infinitum sint passiones Quantitatis? sed de hac re ad Philosophos naturales: & hæc de Quantitate sufficiant.

QVE-

# QVAESTIO QVARTA
# DE
# PRAEDICAMENTO
# RELATIONIS.

SEcundum ordinem dignitatis prior est consideratio Qualitatis, quam Relationis, quia nobilior est Qualitas, quam Relatio, cum qualitas sit res, & Accidens absolutum: At secundum ordinem, quo Accidentia inhærent primæ Substantiæ, prior est consideratio Relationis, quam Qualitatis; quia Relatio prius inhæret Substantiæ, quam Qualitas: Agens autem Aristoteles de Prædicamento Ad aliquid, dividit totam capax in duas partes: in prima duplicem tradit Relativorum divisionem: in secunda quatuor affignat Relativorum Proprietates. Quia tamen Relatio potest considerari vel secundum se vel sic, vel in ordine ad fundamentum; vel tandem in ordine ad terminum; ideo hanc de Relatione Quæstionem in tres tantum sequentes Principales Articulos dividemus.

## QVÆSTIONIS QVARTÆ ARTICVLVS PRIMVS

### De Relationes Articuli Tres.

*Artic. I.*
*De Relatione secundum se.*
*Articulus II.*
*De Relatione per comparationem ad fundamentum.*
*Artic. III.*
*De Relatione per ordinem ad Terminum.*

### De Relatione secundum se.

ANtequam primum hæc Articulum aggrediamur, necesse est prius explicemus hos terminos, scilicet Ad aliquid, Relativum, Correlativum, Relatio, Terminus, Fundamentum proximum, Fundamentum Re-

mo-

mentum, & Ratio fundandi. Hoc nomen ad aliquid est concretum, significans id, quod refertur ad aliud; & est idem ac Relativum, sed Relativum dicit quasi potentiam, ad hoc vt referatur; Ad aliquid vero significat exercitium referendi.

Correlativum est id, ad quod per Relationem refertur relativum; & differt à Relativo in hoc, quod Relativum tantum habet, quod referatur ad aliud; sine terminet relationem alterius, sine non. Correlativum vero tantum habet referri ad aliud; sed etiam terminare Relationem sui Relativi.

Terminus est ille, qui terminat Relationem Relativi; & differt à correlativo, quia ad rationem termini pertinens est, quod sit Relativum, vel absolutum, ad Rationem vero correlativi requiritur, quod simul terminet, & referatur;

Relatio est forma illa, qua Relativum denominatur: vnde certe ille, quem dicit pater ad filium; Relatio est, qua denominat Patrem Relativum, & est ratio referendi Patrem ad Filium.

Quoniam autem Relatio inter omnia Accidentia hoc habet peculiare, quod nunquam inest subiecto nisi mediante aliquo Accidente absoluto, ideo ipsum subiectum dicitur fundamentum remotum; ipsum Accidens absolutum dicitur fundamentum proximum; & quia Accidentia non sufficiunt ad hoc, vt in illis denominet Relatio, nisi habeant praedicamentales; quae dicuntur rationes fundandi vt quantitas alicuius non sufficit adhoc vt ille dicatur aequalis: sed requiritur vnitas quaedam cum Quantitate alterius: vnde inquit Aristot. quod vnum in Quantitate facit aequale, vnum in Qualitate facit simile, & vnum in substantia facit idem; ideo videtur ipsorum Accidentium absolutorum dicitur ratio fundandi Relationem.

His terminis sic explicatis de Relatione in communi sequentia dubia sunt videnda

AR-

## ARTICVLI PRIMI

# De Relatione secundum se.

## Dubitationes Octo.

### Dub. I.

*V. Relatio constituat speciale Prædicamentum, distinctum ab aliis?*

### Dub. II.

*V. Relatio Prædicamentalis sit realis?*

### Dub. III.

*V. In aliquo subiecto possit advenire eadem relatio realis sine subiecti mutatione?*

### Dub. IV.

*Quotuplex sit suprema Genera bonum Prædicamenti Relationis?*

### Dub. V.

*V. Differentia Relationum ab Aristot. tradita, sit perfecta?*

### Dub. VI.

*Quotuplex sit Relatio in Genere, & an omnis relatio pertineat adhoc Prædicamentum?*

### Dub. VII.

*Vtrum Relatio Realis secundum se dicat perfectionem?*

### Dub. VIII.

*Vtrum inter Ens, & non Ens sit Relatio realis?*

## DVBITATIO PRIMA.

# V. Relatio constituat speciale Prædicamentum, distinctum ab aliis?

1 SEnsus Quæstionis est, an Relatio sit ratio generalis, erascendens omnia Prædicamenta, ita vt in Quantitate sit Quantitas, in Qualitate sit Qualitas &c. an vero sit ratio specialis, dicatque modum essendi peculiarem, ita vt constituat proprium Prædicamentum distinctum ab aliis?

2 Fuit antiquorum sententia, affirmantium, ad aliquid inchoari in omnibus Prædicamentis, atque adeo Relationem non constituere vnum speciale Prædicamentum, à cæteris distinctum; quod multis rationibus suadere conantur; quarum potissima sic formantur. Relatio nō cōstituit speciale Prædicamentum; cognitum secundum esse: quia Relatio non habet proprium esse; sed

Fuit antiquorū Philosophorum Opinio.

sed eorum esse, quod habet, esse fundamenti, vt pro nunc supponitur. Ita minor consilium speciale praedicamentum, considerata secundum Quidditatem, quia Relatio secundum quidditatem non est ens reale: quod sic probatur; Relatio secundum quiditatem nec est substantia, nec est Accidens, ergo secundum quidditatem non est ens reale, probatur antecedens, & quod non sit substantia, patet, quia si Relatio secundum quidditatem esset substantia, sequeretur, quod Relatio non constitueret Praedicamentum, distinctum à Substantia: quod vero neque Relatio secundum quiditatem sit Accidens, ex eo probari potest, quia in Divinis est vera, & perfecta Relatio secundum suam quiditatem, & tamen in Divinis nullum est Accidens. Secundo. Illud, quod non habet esse nisi ex fundamento, videtur, quod non habeat nec Species, nec differentias proprias, nisi ex fundamento; sed Relatio habet totum esse ex suo fundamento, ita vt ablato omni fundamento nulla Relatio habeat esse, ergo, &c. Tertio adiungi potest testimonium Arist. qui Quinto met. volens assignare Species, & differentias Relationum, eas assignat secundum differentias absolutorum: ergo Relatio non constituit distinctum Genus entis ab absolutis.

1. to probatur

3 Vera tamen sententia, & nobis substinenda, est Relationem constituere distinctum, & speciale Genus entis, ita vt sicut Quantitas constituit speciale Praedicamentum, distinctum à cæteris, ita, & Relatio. Sic nempe, qui Aristotelicam doctrinam profitentur, praesertim noster Aegid. in Quodlib. 2. q. 5. vbi duo asserit, primum, quod Relatio habet species, & differentias; distinctas à speciebus, & differentijs absolutorum. Secundum, quod species, & differentiæ Relationis nobis innotescunt per species, & differentias absolutorum. Probat primum hac potissima ratione. Relatio habet quiditatem distinctam à quiditate omnium absolutorum, ergo Relatio habet species, & differentias distinctas à differentijs, & speciebus absolutorum, atque adeo constituit distinctum Praedicamentum ab absolutis. consequentia sequitur, quia species, & differentiæ à quiditate sumuntur, & illam necessario supponunt. Antecedens sic probatur in Deo, à fortiori

Vera Relationem esse de genere relationis constituere speciale genus entis

Aegid. pro confirmatione huius dicti facit.

con-

conueniet in Creaturis. In Deo autem, & si omnia absoluta tranſeant in Diuinam Subſtantiã tam ſecundum eſſe, quam ſecundum quiditatem, ſola tamen Relatio ſecundum quiditatem manet in proprio Genere, licet ſecundum eſſe tranſeat etiam in Diuinam Subſtantiam: vnde Diuus Auguſt. 5. de Trinit. cap. 1. vult, quod Deus ſit ſine Qualitate bonus, ſine Quantitate magnus: non autem eſt ſine Relatione Pater; ergo ſi Relatio etiam in Diuinis habet diſtinctam quiditatem à quiditatibus abſolutorum, multo magis in Creaturis, & ſi Relatio habet diſtinctas Species, & differentias ab abſolutis; ſequitur, quod Relatio cõſtituit ſpeciale prædicamẽtũ diſtinctũ ab illis. Probatur ſecundum, quia illa, quæ habent vel eſſe excellens, vel multum deficiunt ab eſſe, ſatis ſubtiliter fugiunt cognitionem noſtram, & non per ſe ipſa, ſed per alia cognoſcuntur, ſed Relatio habet minimum de eſſe, ergo ſubtiliter fugit cognitionem noſtram, & non poteſt à nobis cognoſci per ſe, ſed per differentias abſolutorum innoteſcit, & propterea Ariſt. 5. meth. Differentias Relationorum tanquam minus notas enumerat per differentias, & ſpecies abſolutorum.

4 Sed aduertendum diligenter pro ſolutione argumentorum, quod in omni re deo ſunt conſiderandæ, ni- Relatio duo hẽt ſcil. & quidita-
mirum eſſe, & quiditas: quiditas eſt ipſa rei eſſentia, ſeu definitio, vel ratio quidditatiua: eſſe vero eſt ipſum exiſtere, ſeu actus quidam, quo ipſa res realiter ponitur extra cauſas: & loquendo ad propoſitum, in Relatione quiditas eſt ordo ad aliud, vel ipſum referri: vnde Ariſtot. definiens Relatiua ait, *Relatiua ſunt illa, quorum eſſe ad aliud eſt referri.* Eſſe vero Relationis eſt eſſe fundamenti, quia Relatio non habet proprium eſſe, vt in ſequentibus oſtendemus; ſed totum eſſe Relationis *eſt* eſſe fundamenti.

5 Hoc adnotato, quando dicimus; Relationem conſtituere ſpeciale Genus entis, diſtinctum ab aliis Prædicamentis, non loquimur de Relatione ſecundum eſſe: nam ſecundum hanc conſiderationem Relatio non diſtinguitur ab Accidentibus abſolutis: ſed in Quantitate eſt Quantitas, in Qualitate eſt Qualitas, &c. ſed ſermo eſt de Relatione ſecundum quiditatem, & eſſentiam, ita vt ſit ſenſus, Relatio ſecun-

dam suam propriam quidditatem considerata, consequit distinctum Genus ab alijs Praedicamentis.

6 Nunc facile soluuntur Argumenta contraria ad Primum dicimus, quod quidditas Relationis (& idem dicendum est de quidditate cuiuscunque alterius Praedicamenti) proprie, & in rigore rei rerum ens reale: licet propriè nec sit Substantia, neque sit Accidens aliquod ex eis promanit, quia ens reale prout dicit essentiam, seu figuras Praedicamentorum, non dividitur immediate in Substantiam, & Accidens: cum Accidens sit nomen secundæ intentionis, sed ens reale immediate dividitur in Substantiam, Quantitatem, Qualitatem, Relationem, &c. & sic sicuti quidditas Substantiæ est Substantia; ita quidditas Relationis est Relatio.

Duplex esse, aliud quidditatiuum, & aliud existentiæ.

7 Ad secundum dicimus, quod duplex est esse: aliud est esse quidditatiuum: vnde Arist. in Definitione 4. Orationis, quid quid dicit esse rei significat: aliud est esse quod dicit existere, seu esse superadditum essentiæ. Relatio non habet esse quidditatiuum à fundamento, imo habet quidditatem distinctam à quidditate fundamenti, sed tantum esse existentiæ limitatum fundamento; & ideo cum sequitur, Relationem non habere distinctas differentias, nec consequenter distinctum Genus entis à fundamento. Ad testimonium Philosophi dicendum est, Aristotelem distinguere differentias Relationum secundum differentias absolutorum, non quod hæ sint illæ: sed quia differentiæ Relationum nobis innotescunt per differentias absolutorum.

## DVBITATIO SECVNDA.

### *An Relatio Praedicamentalis sit Realis?*

1 Hæc dubitatio est difficilior præcedente, cuius signum est, an Relatio sit aliquid in re, independenter ab intellectu? an vero omnis Relatio sit rationis, & secundum suam quidditatem sit aliquid per intellectum?

2 Et prima sententia esse potest non nullorum, quos citat, & sequitur Henricus Quodl. 1. q. 5. & aliorum Recentiorum, qui putant, nullam esse rationem convincentem, quod aliqua Relatio sit Realis, pro qua sententia sunt sequentes ratio-

nes

ces non paruimomenti Prima. Relatio nihil aliud est nisi comparatio duorum extremorum: sed comparatio est opus rationis, & fit ab intellectu, ergo Relatio est ens rationis. Secundo. Si Relatio esset aliquid reale, ergo in eodem subiecto possunt esse infinita entia realia actu, quod nemo concedet: probatur sequela, quia si in Petro v. g. esset una realis similitudo ex eo quia Petrus alterum album, ad quod Petrus refertur; ergo cum in mundo possint esse falsem hinc esset infinita alba, erunt in Petro infinitæ similitudines. Tertio. Quidditas Relationis est aliquid rationis, ergo Relatio non potest esse realis: consequentia sequitur, probatur antecedens. Ad inquantum Ad, quod est vltimus conceptus Prædicamenti Relationis, convenit cum constituto Relationis rationis, ergo Ad inquantum Ad est ens rationis: probatur iterum antecedens, quia sicut Relatio Generis est ad speciem, ita Relatio paternitatis est ad filium; ergo ad, vt ad, est commune omnibus Relationibus rationis. Vltimo. Si Relatio esset aliquid secundum rem, non posset de novo aduenire alicui subiecto sine subiecti mutatione: sed contrat ad sensum, potest aliquod subiectum incipere esse simile, cum antea non esset simile, sine vlla mutatione subiecti, ergo signum est, quod Relatio non est aliquid secundum rem, sed est solummodo aliquid rationis, & per intellectum tantum.

3 Verior tamen, & communior sententia apud tranquillam sententia quæ Scholam est, Relationem, quæ constituit speciale Prædicamentum, esse omnino realem, & non simplicis rationis, nec ens apud intellectum. Ita Philosophorum Princeps Aut. in hoc Prædicamento, & 5. metaph. vbi Relationem constituit vnum ex decem Prædicamentis, contradistinctum à reliquis; ergo esse nihil esse possit commune vllo ente reali, & rationis: si Reliqua Prædicamenta sunt entia realia; etiam Relatio erit ens reale extra animam. Ita etiam expresse pro omnibus docet Magister communis, & Fundamentalis Aegidius discipulus principalis in locis præsertim in explicat. Prædicam. de ad aliquid, item in 1. sentent. dist. 26. principa. q. 1. in Corpore; & in Quodlib. q. 3. fundamentum autem

Verior sententia

quod non potest non tertio ab omnibus illudasse potest. quod idem Ægid. sequit. in eisdem locis, dicitur, quia Ens rationis non habet fundamentum in re; ut entia rationis chimerica seu rationalia: sed habent fundamentum in re, illud è remotum; proximum autem semper est in Animâ: nam sunt omnes secundæ intentiones; quæ immediatè fundantur in primis, & omnes Relationes rationis, quarum proximum fundamentum non est aliquid in re, sed solum modo ens apud intellectum: nunquam igitur est reperire aliquod ens rationis (accepta prima intentione) quod immediatè, & proximè fundetur in re extra animam: sed omnis Relatio Predicamentalis, tam remotè, quam proximè semper fundatur in re extra animam, seu in esse secundo, qd res potest realiter existere nam Relatio similium nominum, vt æqualitas immediatè fundatur in Quantitate, quæ est res extra animam, similitudo immediatè fundatur in Qualitate, quæ est res extra intellectum. Similiter Relatio modo potentiæ, vt Paternitas, & Filiatio, Agens, & Patiens, &c. immediatè fundatur vel in actione, & Passione; vel saltem in potentia.

Fundam. tu conc.

Actiua, & Passiua, quatenus vtraque est reducibilis ad actum; nec ea assignabilis aliqua Relatio Predicamentalis, quæ immediatè, ac primò non fundetur in ente reali extra animam;

4 Dices. Etiam prima intentio immediatè fundatur in re extra animam, & tamen prima intentio ens rationis, ergo per hoc, quod Relatio Predicamentalis immediatè fundatur in re extra animam, non sequitur, quod ipsa sit Realis: sed dici potest, quod sit rationis saltem vt prima intentio. Respondetur, quod res extra animam potest habere duplex esse, aliud ab esse reali simpliciter, quod ipsa res potest realiter existere extra intellectum; & hoc dicitur esse realis existentiæ, aliud esse est obiectiuum, per quod eadem res potest actu intelligi, & hoc dicitur esse quidditatiuum. Nunc ad argumentum dicimus, quod prima intentio fundatur in re extra animam non secundo esse realis existentiæ, per quod res potest realiter existere; sed in re extra animâ, secundum esse obiectiuum, seu quidditatiuum, per quod eadem res potest actu intelligi: Relatio verò Predicamentalis immediatè fundatur in re extra animam secundum

Ad rela tionem Realem tres cõditiones requiri.

dum Esse reale, per quod ea dem res potest realiter existere, & ideo Relatio Prædicamentalis habet ex fundamento, quod sit realis simpliciter: prima vero intentio habet ex fundamento, quod sit Realis objectiuè. præterquamquod prima intentio obiectiua quamuis immediate fundetur in re extra animam, ipsa tamen carebat ab actu rationis directo: at Relatio Prædicamentalis nullam dependentiam habet ab actu rationis.

5 Nec est contra rationem Relationis, quod ipsa sit Realis: nam Quiditas Relationis est Respectus: Respectus est Ordo. Ordo est bonum: unde Arist. ait, Vniuersum esse bonum propter ordinem: bonum autem, & malum est in rebus: sicuti verum, & falsum est in anima: consonat ergo Quiditati Relationis, quod aliquando sit Realis: Vt vero cognoscatur, Quando Relatio est Realis? aliæ conditiones requiruntur, quæ explicabimus in Dubitatione vltima huius articuli, sed pro modo sufficiat quod illa est Relatio Realis, quæ immediatè fundatur in re, & est inter duo extrema, actu existentia, habentia diuersum esse, & quorum vnum realiter ordinatur ad aliud, & ita intelligendum est fundamentum nostræ conclusionis.

6 Ad primum in contrarium Respondetur, quod duobus modis comparantur aliqua, primo ex natura eorum, quæ eorum rationes naturales ipsorum non sunt absolutæ, sed ad alterum, & talis comparatio non est opus intellectus: sed est aliquid secundum res: alia comparatio est, quam non habent res extra per se natura, sed opere intellectus, & hæc est ens rationis. Ad secundum Respondebimus ex professo in art. 3. huius Quæst. dub. 1. & 2. quando quæremus, an multiplicatis terminis specie, vel numero distinctis, multiplicentur etiam Relationes? pro nunc breuiter dicimus, quod Relationes aliquam multiplicantur secundum esse primo, & per se propter solam multiplicationem terminorum, sed necessaria est multiplicatio fundamentorum: secundum quiditatem vero, & si multiplicentur Relationes propter multiplicationem terminorum, nunquam tamen multiplicantur in infinitum; quia vnquam est dare terminos, specie distinctos actu infinitos. Ad tertium Negandum est Antecedens, quod pro-

propria ratio constitutiua Relationis nempe (Ad) sic ens rationis; Quidditas uel Relationis, quæ explicatur per hoc (Ad Aliquid) quodammodo est, (loquendo de re creata) quia cum sit modus essendi tam principalis, nunquam reductus in alium formaliter & non minus quam alia Praedicamenta dicidat Ens reale, ens etiam, & ens Entis reale: nec verum est, quod ly (ad) sit commune ad Relationem Praedicamentalem, & rationis; nisi aequiuocè tantum: nam Enti reali, & rationis non datur nec aliquod commune univocum, nec Analogum, sed tantum æquiuocum. Ad vltimum Respondebitur plenè in Dubitatione sequenti; interim dicimus, Relationem non esse aliquid in aliquo, sed ad Aliquid, & propterea non facit compositionem, nec mutationem per se in eo, in quo est, sed tantum dissidationem.

## DVBITATIO TERTIA

### *V. In aliquo Subiecto possit aduenire noua Relatio Realis sine Subiecti mutatione?*

HAec Dubitatio ista prima est tum propter se, vt sciamus, an Relatio Realis mutet realiter Subiectum, cui aduenit per vltimum Argumentum, quod in Dubitatione praecedenti non plenè soluimus: tum denique propter doctrinam Nostri Aegidij, qua sibi ipsi videtur aduersari. Prior locus est in Quodl. 5. q. 23. vbi videtur, quod Relatio realis possit de nouo aduenire alicui Subiecto sine vlla mutatione Subiecti: cuius rei tradens rationem, inquit, quia Relatio Realis nec secundum suum esse, nec secundum suam quidditatem facit compositionem in eo, in quo est, non secundum esse, quia esse Relationis nullo modo distinguitur ab esse fundamenti: esse enim similitudinis idem est, ac esse albedinis; ergo Relatio secundum suum esse non facit compositionem in eo, in quo

Praesens dubitatio sumitur ex dictis Aegid.

que est; Nec minus Relatio secundum suam quidditatem facit compositionem, quia quidditas Relationis non est aliquid in aliquo, sed est Ad aliquid; seu est aliquid ad aliud: unde si solus defectus alterius posset deficere quidditas Relationis, & per inceptionem alterius posset quidditas relationis incipere; sequitur, quod Relatio nec secundum suum esse, nec secundum quidditatem remanet subiectum in quo est; Quia Relatio non est aliquid in aliquo: sed est ad Aliquid vedd nō est compositius esse album, & simile: quam esse album tantum: solumque ad hoc propositum addici illud valgatissimum exemplum de homine albo, qui nunc nec est similis, nec dissimilis puero non nato; & nascente puero, si realiter similis vel dissimilis absque vlla sui mutatione, sed tantum per inceptionem, pueri, qui de nouo incipit esse alb.

2 Alter locus Aegidij est in 2 Sententiar. 30. q. 2. vbi docere videtur oppositum ad precedentem locum; Sic enim loquitur in Sententijs: *& propter hoc aduertendum, quod quantitas non ex adhone transeunte in extrinsecum subiectum ipsius Aqs consequitur aliquam relatio-*

*nem; tunc sic illa Relatio est quid reale, & pertat, quodcūq; ipsa mutatio facta sit in aliquem: non enim potest esse, quod aliquid realiter in aliquo habeat esse, quod prius non fuerit, nisi aliqua mutatio facta sit in eo, vel saltem sit possibilis fieri.* Hæc ibi Aegidius ex quibus verbis videtur aperte sequi, ipsius Sententia tanti Doctoris nō posse Relationem realem de nouo aduenire subiecto, sine Subiecti mutatione.

3 Potest hinc in Corroborationem huius secundi dicti Aegidij, adiici quoddam infantia non leuis momenti, quia Relatio realis extrinseca non aduenit Deo extemporaliter, quia mutaretur Deus, ergo Relatio realis quantumcunque est ex se, realiter mutat illud Subiectum, cui aduenit, alias si posset Relatio realis realiter aduenire Subiecto, sine Subiecti mutatione, cur non aduenit Deo in temporaliter?

4 Sed accipite duas conclusiones, adequate Dubium resolventes.

## Conclusiones Opinionum

*Prima conclusio*, Relatio secundum esse quidditatem qua-

Alter locus Aegid.

Idemq; roboratur ratione.

quacunque fit, & quomodocunque consideretur, nunquam causat mutationem, nec facit compositionem cum alio: sed solummodo distinctionem: quia Relatio secundum suam Quidditatem non est aliquid, sed Ad aliquid, seu non est aliquid in aliquo: sed aliquid ad aliud: & propterea inquit Comm. in 12. Meth., quod Relatio habet minimum de esse, quia Relatio secundum quid dicatem non est quid reale per modum fixi, & rei permanentis, sed est ad aliquid, seu est aliquid per modum transitus, seu per modum fieri: & quia secundum suam quidditatem non ponit aliquid in aliquo, sed tantum esse est ad aliud; propterea Relatio secundum suã quidditatem nec facit compositionem: nec minus realiter mutat Subiectum, cui aduenit: hoc est intelligendum Arist., cum inquit, Ad Relationem non esse per se motum. & sic etiam Accipiendus est Aegidius, quando vult Relationem realem realiter aduenire Subiecto, fiue Subiecti mutatione.

5 Secunda conclusio. Relatio realis si accipiatur secundum esse: semper causat mutationem realem vel actualem, vel possibilem in Subiecto, cui aduenit. Quod sic declaratur. Relatio non habet proprium esse: sed totum esse, quod habet, est esse fundamenti, vel ergo fundamentum Relationis est aliquid, quod omnino transit in Substantiam tam secundum Quidditatem, quam secundum esse: & tunc talis Relatio non erit realis, sed reducitur ad Relationem identitatis; quae (ut alibi dicemus) est relatio rationis ob defectum illarum circumstantiarum, quae requiuntur ad Relationem realem: vel Relatio immediate fundatur in Accidente, siue in Quantitate, vel in Qualitate, vel in potentia transmutabili per actum, quae nec secundum esse, nec secundã quidditatem transeant in Substantiam; & tunc Relatio erit quidem realis, quia immediate fundatur in Accidente, sed Quia tale Accidens, est quoniam extrinsecũ Subiecto, cui aduenit relatio: sic, quod sicuti ipsum Subiectum realiter mutatur, vel saltem potest realiter mutari per aduentum ipsius Accidentis realis; ita etiam realiter mutatur, vel saltem potest realiter mutari per ipsam relationem realem secundum esse consideratam, quae consequitur, & immediatè fun-

fundatur in Eodem Accidente reali; nam esse Similitudinis vg. non est distinctum ab esse Qualitatis; & esse Equalitatis non est distinctum ab esse Quantitatis: ergo eo ipso, quod Subiectū mutatur realiter, vel saltem potest realiter mutari per additatum vel Quantitatis, vel Qualitatis; ratum realiter mutatur, vel saltem potest realiter mutari per esse Relationis, quæ immediate fundatur in ipso Accidente.

6 Et ita intelligendus est Ægidius in illo 1. loco sententiarum superius adducto, quia licet in Relatione non fiat motus per se, vt dicitur in 5. Physicorum, est tamen in ea motus per accidens, quia cum aliquod mouetur ad Albedinem, per accidēs mouetur ad similitudinem.

7 Et propterea Nulla realis relatio potest adesse Deo in tempore, quia Relatio similium nominum, si sit realis, immediatè fundatur in Accidente; quod in Deo esse non potest sine Dei mutatione, & imperfectione: Relatio similiter modo potentiæ, quando est realis, immediatè fundatur in potentia transmutabili per actum, quod Deo repugnat omnino.

Explicatur secundum Ægid.

## DVBITATIO QVARTA.

### *Quod nam sit supremum Genus huius Predicamenti Relationis.*

1 DVbitandi ratio desumitur ex Quidditate Relationum: Nam si Relatio illa sunt, quorum esse est ad aliud; ergo Relationum necessario habet respicere terminum: Tunc sic vel Supremum Genus huius Predicamenti ordinatur ad terminum æqualem sibi, vel ad terminum se ipso inferiorem, vel ad terminum Superiorem? non potest terminari ad Superiorem, vel inferiorem sibi, quia Relatio realis debet esse inter extrema realia, realiter distincta: sed inter superius, & inferius non est distinctio realis, vt manifestum esse potest ex dictis in Disputatione de Vniversalibus in communi: ergo, &c. Si dicatur Relationum referri ad terminum æqualem sibi, ergo vel dabo erunt suprema Genera huius Predicamenti, vel nullum; sed nemo dicet, quod sint duo, ergo

Ratio dubitandi.

go nullum erit supremum Genus huius Predicamenti.

2 Veritas Communis est, Supremum Genus huius Predicamenti non esse Relatum in Concreto: sed Relationem in abstracto, abstrahentem ab hac, vel illa specie Relationis, ut expresse Aegid. in Expositione Predicam. cap. de Ad aliquid; nec est vlla dissentio inter Philosophos; probatur autem prior pars, quia nullum concretum per se cadit in Genere; ergo supremum Genus in hoc Predicamento non est Relatum in concreto. Altera vero pars etiam probatur, quia Relatio in abstracto, & in communi sumpta, habet rationem communem communissimi Generis Generalissimi; vt enim ordo ad aliud, ergo Relatio in abstracto vt sic in communi est Genus Generalissimum.

Supremū Genus in hoc Predicamento est Relatio in abstracto vt sic in communi.

3 Ex hac patet ad rationem dubitandi decimam enim, quod supremum Genus huius Predicamenti non est Relatum in concreto: sed tantum Relatio in abstracto. Quamvis autem Relatio in abstracto in particulari, & in specie respiciat aliam sibi oppositam: non tamen Relatio in Genere.

Ad rationē dubitandi.

## DVBITATIO QVINTA

### *Vtrum Diffinitio Relationum tradita ab Aristotele, sit exacta?*

1 DVplicem Diffinitionem tradidit Philosophus de Relatiuis: Alteram de Relatiuis secundum dici sub his verbis. *Ad aliquid talia dicuntur, quaecumque hoc ipsum quod sunt, alterius dicuntur, de qua diffinitione nihil in praesenti dicendum occurrit.* Alteram de Relatiuis secundum esse, sub his terminis. *Relativa sunt ea, quorum tantum esse ad aliud est referri*; & de hac est praesens difficultas, an sit exacta?

2 Facit autem dubitare, quia data Diffinitio conuenit etiam Relationibus Rationis: huic conuenit etiam Relationibus Diuinis, quae in hoc Predicamento non collocantur: ergo, &c. probatur antecedens, quia totum esse Speciei est respicere Genus, & econtra: & totum esse Patris aeterni est respicere Filium: licuit totum esse Agentis creati est ordinari ad passum, & econtra.

Aliā dubitā

3 Secundo ex also capitu-

vi-

videtur data Diffinitio esse insufficiens; quia Relatio, cum sit verum Accidens reale; non solum habet respicere terminum, ad quem refertur: sed etiam Subiectum, cui inhæret: ergo falsum erit, totum esse Relationis esse referri ad terminum: nam aliquid aliud includitur in essentia Relationis, Lrespicere Subiectum, cui inhæret.

4 Sed vera conclusio est, Diffinitionem de Relatione secundum esse ab Arist. traditam, sufficientem fuisse, & undequaque perfectam: ita constantibus vtriusque Scholæ, & probatur, quia Hoc nomen *Ad aliquid* (in Relationum quamvis sit communi Diuinis personis, Relationibus creatis Predicamentalibus, & Relationibus rationis: Ratio tamen significata per hoc nomen Ad aliquid, L. (quorum totum esse, &c.) non est simpliciter tam in Relationis creatis Predicamentalibus, & Relationis rationis: sed in Diuinis ly esse ad aliud est esse simpliciter, quia esse Diuinarum Relationum est esse subsistens: esse vero ad aliud in Relationis rationis est esse per intellectum; esse eandem ad aliud in Relationis creatis realibus non est esse simpliciter, sicut in Diuinis nec est esse per intellectum, vt in Relationis rationis: sed est esse reale dimensum, & secundum quid: vnde interire possunt, quod hoc nomen Ad aliquid est primum Aquinocum ad Relationa Diuina, vel creata realia, & rationis: quia ratio significata per nomen Ad aliquid, est omnino diuersa: sed respectu Relationum Diuinarum, & Relationum realium in Predicamentalium ly Ad aliquid est Analogum, quia ratio significata per hoc nomen Ad aliquid, simpliciter est in Relationis Diuinis: sed secundum quid in Relationibus Predicamentalibus.

5 Et per hæc solui potest prior Ratio dubitandi. Ad illam ex secundo cap. Respondetur in Relatione duo esse, L. Quidditatem, & esse: Relatio secundum esse habet respicere Subiectum, cui inest, quia secundum esse Accidens est: sed secundum Quidditatem tantum habet respicere terminum: Quando autem ait Arist. (*Relatiua sunt quorum totum esse est ad aliquid.*) intelligendus est de esse quidditatiuo, non de esse, quod suppetitat esse-tiæ.

Relatio respicit subiectum in esse, sed terminum quidditatiue respicit terminum.

## DVBITATIO SEXTA

### *Quadruplex sit Relatio in Genere, & an quælibet pertineat ad hoc Prædicamentum?*

1 NOn petimus in præsenti, quotuplex sit Relatio ratione fundamenti: de hac enim infrà quæstionarie disputamus: sed tantum petimus, quæ sint Genera Relationum? & quæ eam pertineat ad hoc Prædicamentum?

Status & diuisio.

2 De quatuor dictis Scotti in Quodlib. q. 8. circa quæ versatur tractatus primæ partis Disputationis, dicimus primo, quod sint Duo Genera Relationum, seu duplex distinctio assignari possit dictæ Relationis in Genere. Primum Genus Relationum est, quod dicit Relationes sint secundum esse, seu secundum dici. Relativa secundum esse dicuntur illa, quæ secundum rem id, quod sunt, significant habitudinem ad aliud, vt similitudo, æqualitas. Patentiam &c. Relativa verò secundum dici ea sunt, quæ secundum id, quod sunt, pertinent ad alia Prædicamenta absoluta, habent tamen in se quendam modum Relationis, vt Scientia quæ secundum id, quod ipsa, significat Qualitatem, habet tamen respectum ad Scibile.

Primum Genus Relationum est, quod quædam Relativa consequantur & alia sint secundum rationem: Relativa secundum esse ea sunt, quæ ideo referuntur ad alia, quia realiter dependent ab illis; sicut Scientia dicitur realiter referri ad Scibile, quia realiter dependet ab eodem: Relativa verò secundum rationem sunt, quæ referuntur ad Alia, non quia dependent ab ipsis, sed quia è contra ab eis dependent alia: vnde Scibile quia refertur ad Scientiam non per realem dependentiam, quæ sit in Scibili, sed per relationem, quæ est in Scientia, talis Relatio in Scibili est secundum rationem.

Primum Genus Relationis, quod alia sint Relativa secundum esse, alia secundum rationem.

4 Ex his distinctionibus vna aliam non includit. Sed membra harum distinctionum se habent inter se sicut exemplum, & exemplatum: nam Relatum sub Re esse potest tam secundum esse, quam secundum dici, vt similitudo fundata in Qualitate, & est Relatio secundum rem, & est

Relationes sine esse potentiam sine esse, quæ sine dici.

etiam secundum esse secundum rem, quia est realis: est vero secundum esse, quia secundum ipsum id, quod est ad Prædicamentum Relationis pertinet: Scientia vero est etiam Relativum secundum rem, sed non secundum esse, sed tantum secundum dici; est relativum secundum rem, quia realiter dependet a scibili: est vero Relativum secundum dici, quia secundum id, quod est, pertinet ad Prædicamentum Qualitatis. Includit tamen respectum ad scibile.

Similiter Relativum secundum rationem dividi potest in Relativum secundum esse, & in Relativum secundum dici. exempl. gr. Dominus est Relativum secundum rationem, & etiam est Relativum secundum esse: est secundum rationem, quia eius dependentia ab alio per intellectum est: est vero secundum esse, quia secundum totum id, quod est, Relativum est. Scibile vero est Relativum secundum rationem, & secundum dici, est relativum secundum rationem, quia Scibile non refertur ad scientiam realiter, cum non dependeat realiter a scientia, sed potius e contra, sit vero Relativum secundum dici, quia Scibile secundum id, quod est, in quolibet Prædicamento esse potest, includit tamen respectum ad Scientiam.

Similiter Relativum secundum rationem dividi potest in Relativum secundum esse, & in Relativum secundum dici

6 Et quod dictum est de Relativo secundum rem, & rationem, dicendum etiam est de Relativo secundum esse, & secundum dici: Relativum enim secundum esse non est idem, ac relativum secundum rem; sed aliquando est Relativum secundum rationem, similiter Relativum secundum dici non est idem, ac relativum secundum rationem, cum aliquando sit secundum rem, & aliquando secundum rationem.

7 Et hac Relationem distinctione sic posita, & declarata; Dicimus secundo: quod ad Prædicamentum Relationis nulla alia Relatio pertinet, nisi illa Relatio, quæ est secundum esse, & secundum rem, vel illa Relatio, quæ est secundum rem, & secundum esse, non vero illa Relatio, quæ est secundum rationem, sive sit secundum esse, sive secundum dici; nec illa Relatio, quæ est secundum dici, sive sit secundum rem, sive secundum rationem. De Relatione rationis quæ etiam quæstio patet, quia Relatio rationis rationis æquivocè convenit cum Relatione Prædicamentali. De Re-

la-

lationis vero secundum dici quacunque etiam stella, probatur, quia Relatio secundū dici semper secundum esse: etiam est quid absolutum, licet habeat modum essendi ergo tale Genus Relationis non convenit reliquis cum Relationibus Prædicamentalibus.

## DVBITATIO SEPTIMA

### *Relatio Realis secundum conceptum dicat Perfectionem Realem?*

16 Dub. QVod Relatio Realis considerata secundū esse dicat perfectionem tum Realem, id in dubium verti non debet, nam totum esse relationis Realis semper ē quid Reale absolutum, sola difficultas est de Relatione Reali secundum quidditatem: nā hæc ut est verum ens Reale: sed ens, & bonum convertuntur, & bonum ē Passio Entis, ergo quidditas Relationis Realis dicit Realem perfectionē: & existimamus, quia quidditas Relationis ē quidam respectus, Respectus ē ordo, Ordo ē bonum: unde Aristot. vniuersum esse bonum propter ordinem, ergo quidditas Relationis ē quid bonum, sed bonum illemet ac perfectū: ergo Relatio secundum quidditatem dicit perfectionem.

2 Nihil hominis dicendū est, Relationem realem secundum suam quidditatem nullam dicere perfectionē: Ita expresse Schola subtilis in 1. dist. 30. q. 1. & S. Thomas non dissentit cū suis discipulis, ita etiam conciliator, & quasi Schola Ægidiana Quodl. 4. q. 3. vbi inquit reliquis, Relationem secundum quidditatem nec facere compositionem, nec inferre mutationem Realem in eo, inquo est: sed solummodo distinctionē ab aliquo non ut aliquid, sed ad aliquid.

Relatio secūdū quidditatē nō dicit perfectionē realem.

Ita S. Tho Ægid.

3 Sed propter dubitandi rationes, quæ difficultate nō carent, diligenter aduertendum est id, quod late explicabitur in Tertio sequenti Tractatu, disp. 1. q. 1. art. 1. dub. 1. & 3. & art. 3. dub. 1. & alibi Quod Ens reale dupliciter sumi potest, primo pro vt dicit entitatem in abstractione figuram alicuius Prædicamēti: secundo pro vt dicit esse superadditum Essentiæ, quod à Recentioribus vocatur esse existentiæ, de vtroq. n prædicatur Ens Reale: & bonitas, veritas, &c. conuertuntur quidem cum Ente, pro vt Ens dicit esse; quia passiones

nes

nes Entis conuertuntur cũ Ente quantum ad supposita; cum omne Ens, habens esse, sit bonum, verum, &c. & omne bonum, verum, &c. sit aliquod Ens, habens esse: Ast passiones Entis non conuertuntur cum Ente, pro vt Ens dicit essentiam in abstracto; quia nec passiones Entis cõuertuntur cum Ente quantum ad significata; nõ enim recte dicimus, Ens est bonitas, est veritas, &c. Ens igitur prout dicit essentiam seu quidditatem alicuius Prædicamenti, abstrahit à bonitate, Veritate, & cæteris passionibus; vnde quidditas substantiæ quamuis sit verum Ens reale, pro vt Ens dicit essentiam Prædicamenti, non tamen quidditas substantiæ est vna, est vera, est bona, &c. Sic etiam quidditas Relationis é verum Ens Reale, pro vt Ens dicit figuras Prædicamentorum: hoctamen modo considerata nec dicit perfectionem, nec imperfectionem; sed sicut præscindit ab esse, ita etiam præscindit à bonitate, & cæteris passionibus Entis.

Passiones Entis cõuertuntur cũ ente pro vt ens dicit esse.

4 Præterquam quod etiã admonemus, omnia alia Prædicamenta adhuc secundum quidditatem dicere aliquam perfectionem: nonquã tamen id dicendum est de Quiditate Relationis: nam vt alibi dicebamus, latum è discrimen inter quiditatem Relationis, & quiditates aliorum Prædicamentorum; quiditas enim aliorum Prædicamentorum sunt aliquid; & possunt dici quædam res vel absolutè, vt substantia, Quantitas, & Qualitas: vel saltem sub aliquo ordine, vt sex vltima Prædicamenta. Ast quiditas Relationis non est aliquid in aliquo, nec res absolutè loquendo, sed est ad aliquid; seu est quædam res relata.

nõ est ens &c rõde quiditate relationis &aliter̃ prædicamẽtorũ

5 Et per hæc patet ad primam rationem dubitandi, ad quam potest respondeti secundo, quod Ens reale nõ dicitur Vniuocè de decem Prædicamentis: sed tantum Analogicè, vt infrascripta distinctione ostendemus; & sic quamuis Quiditates aliorum Prædicamentorum ita sint Entia Realia, vt etiam sint res, aliquid, &c. Quidtas tamen Relationis, cum non sit res absolutè loquendo, sed tantum ordo; non ita est Ens Reale, vt sit aliquid, sed ita est Ens, vt sit Ad aliquid, & propterea Relatio secundum quiditatem non dicit perfectionem.

6 Ad secundam Rationem dubitandi Respondetur, concedendo Quiditatem Relatio-

tionis esse respectum, & Respectum esse ordinem, sed distinguenda est illa pars vicesima, quod Ordo sic bonum: Ordo in abstracto secundum quiditatem præcise negatum quid abstrahit ab esse reali, abstrahit etiam à positionibus entis. Ordo verò sic tantum aliquod esse reale concreditur, & ita intelligendus est Arist. cum ait, vniuersum esse bonum propter ordinem, intelligit de ordine secundum aliquod esse.

## DVBITATIO VLTIMA.

### *Vtrum ens, & non ens possit esse Relatio Realis?*

1 VRget pro vna parte testimonium Philosophi in hac capite, vbi inquit, quod Producentia ad producibile est vera relatio sed producibile non est præsens, ergo &c. Deinde adiungi potest, quod Relatio scientiæ ad scibile est vera Relatio realis: sed Scibile potest non esse præsens, vt cum habemus scientiam de rosa in Hiemc, ergo &c.

2 Sed cum fundamentali Ægidio in Quodlib 5. q. 12. resolutè dicimus, inter ens & non ens nullam posse intercedere Relationem realem nec secundum esse, nec secundum dici, nec mutuam, quæ solet vocari modo nominari, vel modo potentiæ; nec eam mutuam, quæ solet dici Relatio modo mensuræ, seu ex parte vnius extremi: sed inter ens & non ens, (cum inter præsens, & futurum solum intercedere potuit Relatio rationis tam secundum esse, quam secundum dici.) Est hæc assertio apertè contra Medinam, relatum Santchez hic q. 41. rursus contra Greg. in 1. dist. 28. q. 2. relatum a Suario Disp. 47. sect. 3. num. 3., & aduersatur etiam multis Recentioribus: est tamen communiter recepta in vtraque Schola. Nam Nasebeus hoc supremitate refert S. Thomam ita sentisse cum in 1. p. q. 13. art. 7. cum 2. contra Gentes cap. 12., & q. 3. de Potentia art. 2. ad secundum, in quibus locis Angelicus Doctor hæc ait. (*Relationes enim, quæ sunt inter ens & non ens, sunt secundum rationis, quia eas format ratio apprehendens non ens ad quod fundatur extremum.*) & Angelicum sequuntur Omnes Thomistæ, relati à Suario Disputatione citata, est etiam posita Assertio apud subtiles certissima. Nam Scotus in quodlib. q. 3. & 4. art. 2.

&c

& 7 metex. 4 apud Naz. num 9. 24. Vt enim alium scripsi repetit omnem Relationem realem requirere duo extrema in actu, adeoque rationem, quia Relatio nihil aliud est, nisi habitudo in ordine ad hoc, vel fundamenti ad terminum: ubi quædam Entia duplici pendens pendentia, a fundamento scil. & a termino.

3 Tota difficultas est, in assignanda ratione fundamentali, cur terminus Relationis realis debeat esse actu existens: licet inter Ens, & non Ens non possit esse realis Relatio & fundamentum solidum huius rei facile conse quemur ab illo principio arcano tot tractatibus id, quod idem fundatissimus doctor habet in 1 sent. dist. 33 q. 1. vbi docet, quod realitas Relationis non solum desumenda est ex esse, & fundamento: sed etiã ex ordine, & quidditate, quia vtrumq; debet ibi concurrere ad hoc, quod Relatio sit realis: licet ab vtroq; illorũ non æqualiter realitatẽ consequatur: nam ab esse, & fundamento consequitur Relatio realitatem simpliciter, & absolute, à ratione vero quidditatis seu à termino eadem relatio consequitur realitatem ex consequenti. & hoc est, quod dicebamus in dubitatione secũda, quod quoties Relatio habet immediatum fundamentum reale, est simpliciter realis: nam cum Relatio nõ habeat esse, sed eorum suum esse fundamenti, & desit fundamentum reale, nullo modo Relatio est realis, etiam si terminus sit Ens reale, realiter existens: vt patet in Relatione Creaturæ ad Creatorem, & in Relatione subiti ad scientiam. Relatio igitur consequitur realitatem à fundamento simpliciter, & à termino realis Relatio minime simpliciter consequitur realitatem, sed tanquam à quodam necessario requisito vt dictum est. Si aliqua Relatio habeat immediatum fundamentum reale, & nihilominus non realiter ordinetur ad aliud: tunc talis Relatio est quidẽ rationis ex defectu ordinis realis ad aliud, sed aliquando potest dici realis saltem propter esse reale fundamenti.

Relatio habet realitatẽ à fundamẽto simpliciter, sed à termino ex consequenti.

4 Et propterea hic explicanda sunt ea professo ea, quæ requiruntur ad Realitatem Relationis; cum quo modo magis confirmata manebunt, quæ diximus in dubitatione secunda; Tria igitur necessario requiruntur ad realitatem Relationis, quorum quodlibet si defi-

Cõsimiles sunt relationes mẽ relationis.

clat, nunquam Relatio esset realis, sed rationis tantum. & primum, quod è simpliciter necessarium, est realitas fundamenti proximi: vnde quotiescunq; aliqua relatio est sine proximo fundamento reali, quomodocunq; ordinetur ad aliud, nunquam est realis, etiam si terminus eiusdem relationis sit simpliciter Ens reale: vt in exemplo superius allato. Secundum requisitum ad Realitatem relationis est ordo realis, seu distinctio realis inter extrema, quæ referuntur: vnde quotiescunq; aliquod extremum quælibet modo; habeat fundamentum reale, non tamen realiter ordinatur ad aliud, nec realiter distinguitur ab illo, nunquam est Relatio realis, quia non est realiter idem, & seipsum non est realiter realis, non ex defectu fundamenti realis, quia inter idem, & seipsum est perfecta unitas in substantia, sed ex defectu ordinis realis, seu distinctionis realis inter extrema, nam idem ad seipsum realiter non refertur. Tertia demum conditio ad realitatem Relationis necessaria, è quod terminus Relationis realis sit aliquid realiter Ens realiter existens, quod ex duplici capite potest ostendi, primo, quia totum esse quidditatium Relationis est ad aliud se habere: ergo si id, ad quod terminatur Relatio, non est aliquid reale, sed vel Ens rationis, vel non Ens actu, nulla relatio non esset, sed ratio tantum. Secundo, quia tota quidditas Relationis est ad aliud se habere: vt sic, si defectu alterius extremi possit deficere quidditas vt ego sim albus, & in mundo nullum aliud sit album, quare ego non sum realiter similis: sed si aliquod incipiat esse album, tunc ego incipiam esse realiter similis propter hoc solum, quia aliud existens est album, deficiebat ergo mihi similitudo, non quia deficiebat mihi aliquid, sed quia solum deficiebat mihi ad aliquid, ergo quidditas Relationis sicut solo defectu alterius potest deficere, ita per solam existentiam alterius extremi, (supposito fundamento in Allo extremo), incipit esse: si ergo terminus Relationis non est aliquid extra animam, tunc Relatio non est realis, sed rationis.

¶ Nunc patet solutio ad rationes oppositas. Ad testimonium Philosophi concedimus inter productum, & producibile esse veram Relationem non realem, sed rationis: nam inter productum

Primũ requisitum.

2. requisitum.

3 requisitum.

Satisfit testimonio Arist.

tium, & producibile est Relatio rationis secundum esse, quæ propriissime est Relatio, cum secundum totum id, quod est, Ad Relationem tantum pertineat.

6 Ad rationem, quæ adiungitur, dicimus, falsum esse, ad Relationem realem modo mensurare non necessario requiri, vt ambo extrema actu realiter existant: nam vt supra diximus, ad quamlibet Relationem realem, quæcunque sit illa, ita necessario requiruntur omnes tres conditiones, iam explicatæ, vt vna tantum deficiente, nulla Relatio sit realis: exemplum autem Relationis scientiæ ad scibile non est contra nos: nam Relatio scientiæ ad scibile est realis tam propter fundamentum reale, quod est in scientia, tam propter respectu realem scientiæ ad scibile, scientia enim realiter ordinatur ad scibile, cum realiter dependeat à scibili: tum denique propter existentiam realem scibilis: quæ necessaria est ad actualem scientiam: nec quod scientia sit directè de existentibus, cum potius sit de Vniversalibus, quæ abstrahunt ab existentia, sed propter nostrum modum sciendi, qui incipit à sensu, nec potest nostes intellectus habere actualem scientiam de aliquo scibili, quod nunquam fuit: & hoc vult dicere Doct. Rigid. in quodlib. 2 q. 6 infine, dum ait hæc verba, *dum scientia est in actu, forte refert, vtrum res sit, vel non sit, sed postquam habemus scientiam de aliqua re, vt puta de rosa, sive rosa sit, sive non sit, potest cum intelligere intellectus.* Ad actualem ergo scientiam necesse est scibile esse saltem in suis singularibus, quod si aliquod scibile nullo modo sit Ens actu, vel nunquam fuerit, tunc Relatio scientiæ ad tale scibile nullatenus est realis propter defectum tertiæ conditionis.

quod aliquam rôné

## ARTICVLVS SECVNDVS

## *De Relatione in ordine ad fundamentum.*

AGentes de Relatione secundum se, dubitationes habuimus perdifficiles: nunc comparata Relatione ad fundamentum, adhuc sequentia vrgentiora superstant dubia declaranda.

## ARTICVLI SECVNDI

### De Relatione in ordine ad fundamentum

### Dubitationes Quatuor

#### Dub. I.

V. Substantia possit esse immediatum fundamentum Relationis?

#### Dub. II.

V. Una Relatio possit esse fundamentum Alterius Relationis?

#### Dub. III.

V. Quantitas, Qualitas, Actio & Passio fundet Relationem realem, & quomodo appellentur denominabilia Relativa?

#### Dub. IV.

V. Quilibet Relatio realis realiter distinguatur a fundamento?

---

## DVBITATIO PRIMA

### V. Substantia sit, vel esse possit immediatum fundamentum Relationis Praedicamentalis?

1 RVbertus Capis. de Ad Aliquid q. un. ma. gnadum dicens, Primo asserit, quod Relationes identitatis, & diversitatis sunt reales, & Praedicamentales: secundo, quod huiusmodi Relationes immediate, & proxime fundentur in substantia. Citat pro hoc sententia Avicennæ 3 metaph. cap. 10. Alber. mag. cap. de Adaliquid. Caiet. p. 1. q. 28. art. 1. atque esse expressa sententia Arist. 5 metaph. & D. Thomas sed huiusmodi Doctores non dicunt Relationes immediate fundatas in substantia, esse Praedicamentales, sed tantum esse reales: quod nos infra admittemus. Verum esse tamen potest sententia quæ tenet. 1. Scot. Suar. Tom. 2. metaph. disput. 47. sect. 7. num. 4. & David Brunus in suis manuscriptis disput. 6. de Relat. sect. 3. Cui sententiæ quo tamen sit, & ex primo fulcri probari. Vnitas specifica Qualitatis fundat Relationem Praedicamentalem similitudinis, & unitas specifica Quantitatis fundat Relationem realem, & Praedicamentalem identitatis. Antecedens ab omnibus admittitur: consequentia

sequitur à paritate rationis Secundo, Substantia creata præcisè quocunque Accidente, est effectus Dei, ergo *Substantia* (*Substantia* est immediatum fundamentum Relationis realis: probatur hæc consequentia, quia *Relatio* effectus ad Causam & mensurati ad mensuram est realis, & Prædicamentalis. Tertio non est maioris dignitatis substantia creata, quam increata; sed Divina Substantia fundat immediatè relationem realem; nam ea ipsa, quod filius accipit Substantialem naturam à Patre, est ita ea Filiatio, quæ est Relatio realis, ergo multo magis substantia creata.

1 *Recolligo tamen pro Decisione istam Relationis distinctionem*, in præcedenti Act. datam, *Dub. 4.* vbi cũ Ægidio docuimus, Relationem primo dividi in Relationem secundum esse, & Relationem secundum dici. Qua distinctione supposita. Nostra conclusio est; Substantiam creatam posse immediatè, & proximè fundare Relationem realem secundum dici, & tranſcendentalem; non verò Relationem realem Prædicamentalem, & secundum esse. Ita expressè Ægidius in Quol. 4. q. 8. Probatur prima pars, Quia Relatio secundum dici illa sunt, quæ secundum id, quod sunt, ad alia pertinent. *Prædicamenta*, habent tamen quemdam modo relationum; ergo si aliqua Substantia est, quæ immediatè, & proximè dicit respectum ad aliud, hic ordo erit quidem *Relatio* realis, sed secundum dici, seu secundum modum, quia Substantia cum modo respectivo secundum totum id, quod est, Substantiam importat. & hæc ratio nos convincit: argumenta Adducta pro prima Sententia sic quæ explicanda sunt Omnes Auctoritates cum D. Thom., tum etiam *Arist.*, & Subtilissimi Scoti, quæ in favorem huius sententiæ possent afferri.

3 Probatur modo altera pars, & primum Relationes *Prædicamentales*, & secundum esse nullo modo fundari possunt immediatè in Substantia; Quia *Relatio realis Prædicamentalis*, & secundum esse est Accidens, seu unum ex nouem Accidentibus realibus: vel ergo Relatio *Prædicamentalis* habet, quòd sit Accidens ab esse, quod habet ex fundamento; vel ratione quidditatis suæ habet, quòd sit Accidens ratione quidditatis; nam tunc in Divinis nul-

nulla esset Relatio secundum Quidditatem, quia in Deo nullum est Accidens, habet ergo Relatio, quod sit Accidens ratione solius fundamenti, quatenus fundatur in Accidente; ergo in Creaturis nulla esse potest Relatio Predicamentalis, & secundum esse, quæ non sit fundata in Accidente.

4. Ad vltimum argumentum primæ sententiæ (nam duo priora soluta manent ex dictis) Respondetur, quod Dari Prædicamenta, quæ sint in Diuinis, non sunt eiusdem rationis cum Prædicamentis creatis: sed tantum Analogicè conueniunt cum illis, vnde licet in Deo est Substantia, quæ non est eiusdem rationis cum Substantia creata: ita Relatio, quæ est in Deo, nec ponitur in Prædicamento Relationis creatæ, nec est eiusdem rationis cum illa: atque adeo si Relatio Diuina immediatè fundatur in Substantia, non propter hoc sequitur, quod etiam Relatio creata Prædicamentalis debeat fundari in Substantia, quia hæc cum sit Accidens, non potest non fundari in Accidente.

## DVBITATIO SECVNDA

### *V. Vtrum Relatio Realis possit esse immediatum fundamentum alterius Relationis Realis?*

1. S. Thomas, & cum eo omnes Thomistæ in 1. parte q. 42. art. 4. & 2. contra Gent. cap. 12. & q. 7. de potentia art. 11. & in 1. Sent. dist. 3. q. 1. Sentit, quod vna Relatio realis non potest esse fundamentum alterius realis; eius sententiæ fundamentum præcipuum est ille de processu in infinitum, qui inde sequeretur, si Relatio ob similem rationem ad Actionem non est Actio, nec admittitur esse motus; & vniuersaliter procedendo à quod in quo, stetur dum est in quo; ergo cum relatio sit ens, quæ vnam Relationem refertur ad aliud, stetur dum est in illa, ita vt non per aliam Relationem referatur. Addi potest expressa authoritas S. Thomæ, quam in prima parte q. 42. art. 1. ad quartum hæc habet: *Nec alterum eorum Relatio refertur ad aliam per aliquam aliam relationem, cum eiusdem*

5. Tertio negat.

di-

*Fiunt, quod paternitas opponitur filiationi, oppositio non est alia relatio media inter paternitatem, & filiationem, quia utrique mediæ relatio multiplicaretur in infinitum.)* Hæc pro sententia D. Thomæ.

2 Sed subtilissimus, quem sequuntur multi Recentiores præter Scotillas in 2. Sent. dist. 2. q. 4. & in 4. dist. 6. q. 10 simpliciter affirmat, Relationem realem posse esse immediatum fundamentum alterius relationis: sunt pro eo Soncinas in 2. Sent. dist. 2. q. 4. & in 4. dist. 6. q. 10 Tolet. pro hac eadem sententia Ramus cap. 7. de Ad Aliquid q. 11 num. 104. Nec dissentit omnino Suarez dis. 47. suæ Metaph. sect. 12. num. 2. Item sanct M. Bruno in manuscriptis Disp. de Relatione sect. 3. Sanchez q. 49. concl. 3 & Rationes pro Scoto sunt sequentes. Non minus duæ *Paternitates* sunt eiusdem Speciei in Genere Relationis, quam duæ lineæ in Genere Quantitatis, vel duæ Albedines in genere Qualitatis: sed unitas specifica in Quantitate facit æquale, & in Qualitate facit simile; ergo unitas specifica inter duas paternitates facit idem secundo Prædicamentum Relationis etiam ut distinguitur ab aliis Prædicamentis, habet proprias Species, & proprias differentias, ut omnes concedunt, ergo Fundamentum Relationis habet etiam sua individua, cum nulla sit Species, quæ non habeat Individua. tunc sic. Isti Duæ paternitates vg. vel isti duæ similitudines sunt duo individua Prædicamenti *Relationis*, ergo sunt eiusdem Speciei: ergo hæ duæ Paternitates, vel hæ duæ similitudines fundant relationem identitatis: sed identitas *est* relatio realis, quia quæ sunt unum in Specie, realiter distinguntur numero ergo Relatio realis bene potest immediatè fundare aliam *Relationem*. tertio Paternitas ut *Relatio* est præcisè realiter oppositur filiationi; & idem dici potest de omnibus relationibus mutuis: sed oppositio realis est *Relatio realis*, ergo, &c.

1. ratio pro sententia Scoti.

2. ratio.

3 Iam tetigimus Sententias oppugnantium: sed pro conciliatione Veritatis aliqua adnotanda sunt, seu præcipua supponenda, quæ licet tota Schola tenuerit non possunt: In primis supponendum est, quod *Relatio* identitatis etiam in Creatis non est *Relatio realis*, sed rationis tantum, non ex defectu fundamenti directi, quia sicut unum in Quantitate facit æquale, ita unum in

in substantia sit idem; nec est verisimile, quod Pater in substantia sit quid Rationis, cum velint sequatur Entitatem, & non minus accedat ad Entitatem substantia, quam Quantitas ad entitatem, quare identitas est de necessitate Relationis rationis, est tantum defectus alterius, quia Idem ad seipsum realiter non refertur.

4 Secundo supponendum est, quod oppositio est quidem Relatio realis, sed non est distinctare realiter ab oppositis; exempli gratia inter Patrem, & Filium est oppositio realis: sed talis oppositio non distinguitur realiter vel a Paternitate in Patre, vel a Filiatione in Filio: quia sicut Pater opponitur Filio per Paternitatem, ita Filius opponitur Patri per Filiationem, si autem oppositio esset Relatio realis, realiter distincta ab ipsis oppositis, evitari non posset processus in infinitum, quia si Pater v. g. opponeretur Filio per realem relationem realiter distinctam a Paternitate, tunc illa realis oppositio deberet distingui ab oppositis per aliam oppositionem realiter ab illis distinctam, & sic processus in infinitum. est igitur oppositio Relatio realis, sed non realiter distincta ab ipsis oppositis. Et propterea nobis Apud Illustrissimum Quodlib. 4 q. 3. resolutum quidam obiectionem de hoc faciunt. Omnes enim dicunt, quod Relatio habet habitudinem ad subiectum, dici dicit, quod hoc habet per Relationem, sed non per aliam Relationem, ergo est Relatio relationis ad subiectum per similitudinem, ipsa autem similitudo ad simile oppositum, vel ad simile subiectum non refertur per aliam Relationem: ista per seipsam refertur quod differt, differentia differt: ista autem Differentia secundum se ad subiectum refertur, ergo non per aliam differentiam.)

5 Demum memorandum est illa Communis distinctio de Relatione secundum quid, & Relatione simpliciter, & formaliter, quatenus est ratio referendi, scilicet id, quod unum refertur ad aliud, & de Relatione materialiter, quatenus est id, quod secundum suum esse relativum refertur ad aliud.

6 Quibus præmissis sece

## Concordia Opinionum

Relatio formaliter sumpta secundum suam quidditatem præcisè, quatenus est ratio referendi; & id, quod refertur ad aliud, sic nullo modo

modo potest fundamentum alterius Relationis realis. Sic intelligenda est sententia D. Thomæ, sed in hoc sensu nec Subtilissimus contradiceret cum propter argumenta adducta pro Sententia Angelicorum; tum etiam quia fundamentum Relationis realis est id, quod realiter refertur ad aliud, sed Relatio formaliter sumpta, quatenus est ratio referendi, non est id, quod realiter refertur ad aliud; sed cum sit purus ordo, est tantum id, quo vnum refertur ad aliud; ergo Relatio formaliter sumpta fundandum quidditatem & quatenus est ratio referendi, non potest esse fundamentum alterius Relationis.

7 Cum hoc autem etiam dicimus, quod Relatio sumatur materialiter, & secundum suum esse relativum, quatenus est id, quod refertur ad aliud, sic bene potest fundare Relationem realem, non realiter a se ipsa distinctam, sed tantum ratione, & per intellectum. in hoc accipimus sententiam Scoti, cui in hoc sensu nec contradicet Angelicus: & ratio fundamentalis est, quia Relatio materialiter sumpta secundum suum esse relativum, vel comparatur ad sibi oppositam, vt paternitas ad filiationem, & tunc fundat quidem realem Relationem oppositionis, sed realis Oppositio non distinguitur realiter ad ipsam Relationem, quæ realiter opponitur; vt supra iam vidimus; vel comparatur ad aliam sibi non oppositam, vt paternitas ad alium Paternitatem, & tunc Relatio secundum totum suum esse Relativum non potest fundare nec Relationem realem similitudinis nec dissimilitudinis, nec æqualitatis, nec inæqualitatis, quia Relatio secundum suum esse relativum nec est similis, nec dissimilis, nec æqualis, nec inæqualis. quod si dicas Relationem secundum suum esse relativum fundare relationem Identitatis, iam etiam supra diximus, quod Relatio Identitatis non est realis, sed tantum rationis, & per hæc patet ad omnes rationes sententiæ

rationes.

## DVBITATIO TERTIA

*V. Quantitas, Qualitas, Actio, & Passio fundent Relationes reales, & quomodo appellentur huiusmodi Relationes?*

1 HAEc Dubitatio sub alijs terminis fieri solet proponi. Quae sunt species Relationis Praedicamentalis? & quod discrimen est inter singulas?

2 Modernistae tantum assignant fundamenta proxima Relationum realium primi generis. Primum est Vnitas vel numerus in Substantia, Quantitate, & Qualitate. Secundum est Actio, & Passio, tertium est mensura, & mensurabilitas. Relationes, quae fundantur in vnitate, & numero substantiae, Quantitatis, vel Qualitatis, appellantur primi Generis. Quae autem fundantur in Actione, & passione, sunt secundi Generis: quae vero in mensura & mensurabilitate, appellantur tertij Generis: licet autem nomine vnitatis intelligitur conuenientia duarum rerum: ita nomine numeri intelligitur dissonantia; & excessus inter eosdem.

3 Ad primum Genus Relationum pertinent omnes Relationes identitatis, & diuersitatis, Aequalitatis, & inaequalitatis, similitudinis, & dissimilitudines: nam vnitas in Substantia facit idem, & eiusdem numerus seu excessus in eadem Substantia facit diuersum; Vnitas vel numerus in Quantitate facit aequale, vel inaequale. Vnitas tandem vel numerus in Qualitate facit simile, vel dissimile; & sic fundamentum Relationis primi Generis est vnitas Substantia, Quantitas, & Qualitas.

4 Circa Relationes secundi Generis dicunt Recentiores, eas non fundari absolute in Actione, & Passione; sed potius Actionem & Passionem esse rationes fundandi, atque adeo conditiones sine quibus non reliceretur Relatio; fundamenta vero proxima huius secundi Generis dicunt, esse potentiam activam, & passivam, vt reductas, vel reducibiles ad actum.

5 Tandem circa Relationes tertij Generis id aduertunt Doctores, quod illae nō sint mutuae, sed nō mutuae seu tantum ex parte vnius extremi: vt sunt Scientia, & Scibile;

explicit relatio tertij Generis

bile : ſenſus & Senſibile : ſundantur autem huiuſmodi Relationes in menſura, per quam intelligitur menſurata perfectionem, quam recipit ab alio, vt Scientia & potentiæ ab obiectis, à quibus ſpecificantur, & cum quibus commenſurantur. Et ita Communiter explicantur à Recentioribus omnia Genera & fundamenta Relationum.

6 Sed vt procedamus iuxta principia Noſtræ Scholæ, aliter explicandę ſunt Species Relationum, & propterea cum Ægidio in Primo ſent. diſtinct. 30. q. 2. & diſt. 31. q. 1. & alibi, dicimus, quod Relatiua alia ſunt ſimilium nominum, & alia diſſimilium nominum. Relatiua ſimilium nominum illa ſunt, quæ fundantur in vnitate, & ſemper habent idem nomen in vtroque extremo: & quia vnitas poteſt eſſe vel in ſubſtantia, vel in Quantitate, vel in Qualitate, ideo Relatiua ſimilium nominum dividuntur in triplici ordine, & alia dicuntur Relatiua identitatis, vt quæ fundantur in vnitate Subſtantiæ: alia æqualitatis, & hæc fundantur in vnitate Quantitatis; alia demum ſimilitudinis, & huiuſmodi fundantur in vnitate Qualitatis.

explicat Species Relationis iuxta mentem Ægidij.

7 Sicut autem Relatiua ſimilium nominum ſunt in triplici ordine, ſic etiam & Relatiua diſſimilium nominum ſunt in triplici claſſe: Dicuntur autem Relatiua diſſimilium nominum, quæ non habent idem nomen in vtroque extremo, & alia dicuntur modo numeri, & hæc fundantur in numero, ſeu in exceſſu, vt dupplum, & ſubduplum: alia ſunt modo potentiæ, vt Agens & Paſſum, & vniuerſaliter omnia Relatiua, quæ fundantur in potentia actiua, & paſſiua, alia tandem ſua Relatiua modo menſuræ, vt Scientia & Scibile, quæ fundantur in menſura, & menſurabilitate.

8 Coincidit vero hæc explicatio Ægidij cum Præcedenti Recentiorum, quia ſicut iuxta Modernos Omnes Relationes ſunt in triplici differentia I. Primi, ſecundi, & tertij Generis, ita iuxta explicationem Ægidij (ſuppoſita prius diſtinctione Relationum ſimilium, & diſſimilium nominum) Relationes diſſimilium nominum ſunt in triplici claſſe, & quæ dicuntur modo numeri, ſunt eadem ac Relatiua primi Generis: Relatiua vero modo potentiæ conueniunt cum Relatiuis ſecundi Generis: quæ tan-

dem sunt modo mensuræ conueniunt cum Relatiuis tertij Generis, & per hęc patet ad vtramque partem Dubitationis.

9 Fiet, an Omnia Relatiua tam similium quam dissimilium nominum sint Realia, vel aliqua sint Relatiua rationis? Respondetur, quod sicut in Relatiis dissimilium nominum Relatiua modo numeri, & modo potentiæ sunt realia. Relatiua vero modo mensuræ sunt rationis saltem ex parte mensuræ: sic in Relatiis similium nominum Relatiua æqualitatis, & similitudinis sunt Realia, Relatiua vero Identitatis sunt rationis ex defectu Ordinis: dicat in Relatiis dissimilium nominum si Relatiua modo potentiæ reducuntur ad Relatiua modo mensuræ, sunt rationis, sicut ipsa mensura: sic in Relatiis similium nominum si æqualitas, & similitudo reducitur ad identitatem, vtraque erit Relatio rationis sicut ipsa Identitas.

## DVBITATIO QVARTA

*V. Quælibet Relatio realis realiter distinguatur a fundamento?*

1 Hæc quarta Dubitatio in Præsenti Articulo controuersa non parum: in qua ardue pugnant Angelici cum Subtilibus.

2 Scotus, quem sequuntur multi Philosophi in 2. Sent. d. 1. inst. p. q. 5. & præsertim Ruuius cap. 7. de Ad aliquid q. 14. num. 158. Caiet. p. p. q. 28 art. 2. Bann. Capreol. in p. dist. 4. q. 1. ar. 4. lib. contr. Gent. Soto huius Practicam sect. 5. lib. meth. cap. 15. q. 2. Sanchez q. 52. tract. 1. p. & 2. Mag. Fr. cap. de Relatione sect. 3. in ea est sententia, vt inter fundamentum, & Relationem non ponat solam distinctionem rationis: sed distinctionem maiorem, & ante operationem Intellectus; Cuius Opinionis fundamenta præcipua sunt sequentia.

Scot. Ruuius Caiet. Bann. Capreol. Soto Sanch. Brun.

3 *Primo.* Quælibet propria passio realiter differt ab eo, cuius est propria passio: sed vt patet quinto Meth.

idem

lem & diuersum sunt passiones substantiæ, æquale & inæquale sunt passiones Quantitatis; & simile vel dissimile sunt passiones Qualitatis, ergo Relatio identitatis realiter distinguitur à substantia, sicut æqualitas, & similitudo realiter etiam distinguitur à Quantitate, & Qualitate. Secundo. Illa, quæ sic se habent, quod vnum corrumpitur: & desinit esse, alio permanente, illa necessario differunt realiter sed corrupta Relatione, manet fundamentum, ergo, &c. Tertio si Relatio identificatur cum fundamento, ergo duæ Relationes non magis distinguntur, quam fundamenta ipsarum sed paternitas, & similitudo, quæ fundantur in duabus Qualitatibus, magis distinguntur, quam similitudo, & æqualitas, quæ fundantur in Qualitate, & Quantitate; ergo signum est, quod Relatio sit identificata cum fundamento; minor se declaratur, quia Paternitas, & similitudo sunt Relationes diuersorum modorum, cum paternitas sit Relatio modo potentiæ, & similitudo sit Relatio modo actus similiqualis autem, & æqualitas sunt Relationes vnius modi. Imodo autem plus quatenus differunt duæ Relationes diuersorum modorum, quam duæ Relationes vnius tantùm modi: & ex alia parte plus differt Quantitas à Qualitate, in quibus fundantur Relationes vnius modi; quam Qualitas à Qualitate, in quibus fundantur Relationes diuersi modorum. Quarto inter rem, & rem est distinctio realis vel saltem est maior distinctio, quam rationis sed Relatio, & fundamentum se habent tanquam res & res, ergo inter fundamentum, & Relationem est distinctio realis; maior est veritissima apud omnes, probatur minor, & quod fundamentum sit quædam res, dubitari non debet; quod vero Relatio secundum suam quidditatem etiam sit alia res. sic probatur Relatio secundum suam quidditatem est quidam respectus, respectus est ordo, ordo est bonum, bonum est in rebus, sicut verum est in anima: ergo quidditas Relationis est quædam res præterquam quod Relatio secundum suam quidditatem è vnum ex membris dividentibus Ens reale, ergo, & ipsa est verum Ens reale, sed res convertitur cum Ente reali, ergo quidditas Relationis est res, & hæc habet probata sententia Scotistarum.

Sed D. Thomas quem præ-

ter

tes Thomistas sequuntur, nō
pauci; docent, inter Relationē
realem, & eius fundamentū
non esse distinctionem real-
lem, nec formalem ex natu-
ra rei; sed solummodo distin-
ctionem rationis, & per in-
tellectum cum fundamento
in re. defendit proculdubio
hanc sententiam Argentina
nasterin 2. sent. dist 30. q. 1.
art 2. contra Greg. Arim in
1. dist. 28, q 2. art 2. & omnes
Nominales, item Herueus in
1. dist 30 art. 1. & Quolib. 7.
q. 15. & Quolib. 10 q. 1. Ochā
in 1. sent dist. 31. q. 1. Silueſter
in centiloq. q. 28. & ex Recē-
tioribus ſtat etiam pro ea
Pater Suarius in 2. & merita
disp. 47. sect. 2 num. 22. Nec
desunt pro hac opinione Ra
tiones efficacissimæ. In pri-
mis solet adduci insignis Au-
thoritas S. Thomæ quæst. 5. a. 3
de Adaliquid, vbi sic ait. (Illā
autem dico, quod similitudo
sortis habet albedinem sine
vel fundamentum non est in-
tella gendum, quod similitudo
sortis sit aliqua res in sorte
alia ab ipsa albedine; sed so-
lum est ipsa albedo, vt sortis ha-
bet quod albedinem Platonis, vel
aliter dicendum) idq; Sanctus cō
firmat ratione dicens, quod
Relatio si realiter distingue-
retur à fundamento, non pos-
set alicui aduenire sine sub-
iecti mutatione. Secundo. Re-

arg. pro 1. opin.

latio supra fundamentum
non addit aliquam perfectio-
nem, quia non apparet ali-
quis compositus ex hac,
quod sit albus, & similis, qui
si esset albus tantum; ergo,
&c. Tertio. Relatio aduenie
alicui sine sui mutatione tem-
po Relatio non est Entitas,
realiter à suo fundamento
distincta; antecedens patet,
nam ego, qui nunc non sum
similis puero nato, na-
scenti puero albo, dicor illi
realiter similis absq; vlla mu
tatione in me, per solam mu
tationem pueri, qui nascitur
albus: consequētia patet, nā
si Relatio esset Entitas rea-
lis, realiter à fundamento
distincta, ea necessitare mu-
tatur subiectum, cui adue-
nit. Quarto. Relatio secū-
dum quidditatem suam com-
parata ad fundamentum,
nullo modo est res, sed ratio
tantum: ergo Relatio secun-
dum suam quidditatem non
distinguitur realiter à fundā-
mento, sed tantum distinc-
tione rationis ratiocinatæ.
Antecedens non debet ne-
gari, quia si Relatio secundū
suam quidditatem compara-
ta ad fundamentum esset ali
quid, proculdubio faceret
compositionem cum illo,
consequentia autem proba-
tur, quia distinctio Realis nō
est nisi inter rem, & rem; ec-

ce

Explicatur quomodo quidditas Relationis sit res?

cē sententiæ discordantes.

5 Sed nos possumus iuxta nostrum munus assumptum, singulas cum Ægidio comparare, & approbare: vt autem fundamentum solidum iaciamus, quo possimus vtrāque sententiam subsistere; est primo loco videndum; an sit compossibile, quod eadem Quiditas Relationis respectu diuersorum sit aliquo modo res, & ratio? & propterea notandum est maximè id, quod docet Ægidius in 1. sent. dist. 33. quæst. 3. quod Relatio secundum suam quiditatem est aliquo modo res: nam si nullo modo esset res; nullo modo Relatio secundum suam quiditatem posset dividere ens reale: nec minus Relatio posset dici vnum ex decem Prædicamentis realibus: Quomodo autem Relatio secundum suam quiditatem sit aliquo modo res, & aliquo modo ratio? est valde difficile ad explicandum, quia cum ipsa Relatio secundum quiditatem non sit aliquid, sed ad aliquid, non possumus dicere, quod quiditas Relationis sit res absolutè, & secundum omnem suam acceptionem.

6 Vt ergo appareat, quomodo eadem quiditas Relationis sit aliquo modo res, & aliquo modo ratio? Aduertendum est, quod Quotiescunque Relatio secundùm suam quiditatem comparatur ad illud, ad quod habet ordinem realem, tunc semper quiditas Relationis est quædam res, cum omnis ordo realis sit etiam quodāmodo quid bonum, & res. At quando eadem quiditas Relationis comparatur ad illud, respectu cuius realis ordo esse non potest; tunc non est res, sed ratio tantum; quia cum realem competat Relationi propter ordinem realem ad aliud; ipso quo tollitur ordo realis ad aliud, statim tollitur omnis realitas Relationis.

7 Vltimus est summopere adnotandum id, in quo consistit tota concordia Doctorum; quod est Priuilegium solius Relationis, vt respectu diuersorum sit quodammodo Res, & Ratio simul, & hoc priuilegium habet Relatio, quia eius quiditas non est aliud, sed id aliquid licet ergo quiditas Relationis quatenus est ratio tantum, non distinguatur à fundamento: nihilominus tamen quatenus eadem quiditas Relationis est aliquo modo res, quia non est res absolutè, sed est res relata; nec est simpli-

ci-

pliciter aliquid: sed ad aliquid: & quod est ad aliquid vel res relata semper essentialiter respicit terminum, qui realiter distinguitur à fundamento; ideo quidditas Relationis vt est quaedam res relata, seu ad aliquid relata, etiam realiter distinguetur à fundamento, non directè, & primo, & per se, & absolute, & simpliciter, sed solum indirectè, & secundò, & per se, & secundum quid, quatenus res relata essentialiter respicit terminum, qui realiter distinguitur à fundamento.

8 Nunc ecce

Concordia Opinionum

Relatio quatenus est ratio tantum, non distinguitur realiter à fundamento, sed solum ratione ratiocinata? hoc est sententia Sancti Thomæ, cuius argumenta præcipuè vltimum hoc conuincunt.

9 Cum hoc tamen etiam dicimus, quod Relatio quatenus est quædam res relata, dependens à termino, realiter distinguatur à fundamento non primo, & per se, & directè, sed indirectè, & per consequens, quia Relatio vt est quædam res relata, includit necessariò in suo intellectu ordinem, & dependentiam à termino, qui realiter distinguitur à fundamento; in hoc sumus cum Scoto, nec eius argumenta aliud probant.

## ARTICVLVS TERTIVS

## De Relatione per comparationem ad Terminum.

TAndem agam de Relatione per comparationem ad terminum, difficillima sequentia dubia declarabimus.

---

## ARTICVLI TERTII

## De Relatione per comparationem ad Terminum.

### Dubitationes Tres.

*Dub. I.*

*V. Relatio specificationem, & distinctionem specificam sument a Termino?*

*Dub. II.*

*Vtrum ad multiplicationem numericam Terminorum multiplicentur relationes numero distinctæ?*

Dub.

*Dub. III.*

*V. Terminus Relationis sit formaliter existentia, an formaliter respectus?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### *V. Relatio sumat suam Quidditatem, & distinctionem specificam à Termino?*

1 EX Triplici capite nascitur ratio dubitandi. *Primum est.* Quia Relatio non habet minorem dependentiam à fundamento, quam à termino: imo à fundamento pendet tanquam à causa, à termino vero tanquam à fine, ergo potius Relatio sumit specificationem à fundamento, quam à termino. *Deinde* Actiones non tantum differunt penes terminos; sed etiam penes principia, ergo Relationes, quæ fundantur in Actione, non solum specificantur à termino, sed etiam à principijs. *Rursus* ab eo Relatio habet speciem, à quo habet esse: nam specificatio est quodam esse; sed Relatio habet esse à fundamento, ergo à fundamento habet speciem

1. capu difficul.

2. Secundum caput est, quia aliquando obtingit, Relationem esse realem, cum tamen terminus sit ens rationis, vel saltem non existat in Relatione scientiæ ad scibile; & universaliter in Relationibus Generis, in quibus terminus est vel ens rationis, vel saltem non est. *Deinde* si Relatio sumeret specificationem à termino, sequeretur, quod Relatio creaturæ ad creatorem sumeret speciem à Deo; atque adeo maneret ex sua natura incognita, cum Deus pro hoc statu cognosci à nobis minime possit. *Præterea* Relativa sunt simul natura, tempore, & cognitione, ergo terminus non potest specificare Relationem: *antecedens* est Aristotelis, *probatur* consequentia, quia specificans semper est prius saltem natura specificato, cum enim specificare pertinet ad Genus causæ formalis, quidquid enim est causa, semper est prius saltem natura suo effectu.

2. capu

3 Tertium caput est, quia similitudo, & dissimilitudo specie differunt; sed binæ modi Relationes habent eundem terminum, nam albedo est similis alteri albedini, & eadem albedo est dissimilis nigro, ergo eadem albedo est

terminus similitudinis, & dissimilitudinis. Tandem Relationes paternitatis, & maternitatis specie differunt: cum Pater ad generationem filij concurrat actiue, Mater vero passiue: sed hæ Relationes habent eundem terminum specie, nempe eundem filium, ergo Relationes non sumunt vnitatem, & distinctionem specificam à termino.

Vera resolutio.

4 Verum Communis sententia est; Quamliber Relationem Praedicamentalem specificari, & quidditatem specificam desumere à termino; non quod terminus sit Genus vel differentia Relationis: sed potius quia terminus est connotatum eiusdem: ita vt ablato omni ordine ad terminum, tollatur omnis specificatio Relationum. Ita colligi potest ex Aegidio in primo sententiarum distinct. 31. quæst. 2. & distinct. 33. quæst. 3. Item in distinct. 21. prim. 2. quæst. 2. & pluribus aliis in locis probatur: atque hæc veritas vnica, sed efficacissima ratione: tum quia Quiditas Relationum primo, & per se non sumitur à fundamento, sed à termino: ergo Relationes Praedicamentales vnitatem, & distinctionem specificam

Relationes 1. & per se distinguntur specie ex terminis ex consequenti vero ex fundamentis.

desumant à termino primo, & per se, & non à fundamentis. Antecedens est certissimum, quia tota quiditas Relationum consistit in respectu ad aliud, consequentia probatur, quia vnitas specifica quiditatem dicit, & eam includit intrinsecè.

Solutio difficultatum.

5 Ad Capita dubitationum Respondetur, & Ad primum dicimus, verum esse; quod Relatio non minus prendet à fundamento, quam à termino, sed propter dependentiam à fundamento habet esse; propter dependentiam vero à termino habet quiditatem; quæ Quiditas specificationem dicit. Ad primam confirmationem, dicimus, quod Actiones distinguuntur specie non solum penes terminos, sed etiam penes principia: sed alio, & alio modo: nam à terminis habent specificationem primo, & per se: à principijs autem ex consequenti, & velut materialiter, quatenus scilicet principia Actionum distinguuntur etiam vel Genere, vel specie. Et itadicendum de Relationibus, quod primo, & per se distinguantur specie ex distinctione specifica terminorum; ex consequenti ve-

ro

Esse est duplex, absolutum, & quidditatiuū aliud ens fictitiū.

ro possint etiam distingui specie ex fundamentis, quatenus hæc vel distinguntur vel Genere, vel saltem specie, videatur Ægidius in primo sentent. distinct. 19. p. 2. quæst. 1. Ad aliam confirmationem Respondetur, quod duplex est esse, aliud est esse Quidditatiuum, aliud est esse existentiæ, quod ab Ægid. vocatur actus essentiæ, seu esse superadditum essentiæ. Nunc ad formam argumenti dicimus, quod maior solum est vera, loquendo de esse quidditatiuo, non de esse existentiæ: Minor autem, quod scilicet Relatio habeat esse à fundamento, est vera de esse existentiæ, non de esse Quidditatiuo.

6 Ad primam rationem ex secundo capite negatur antecedens. diximus enim in primo artic. dubit. vltimo inter ens, & non ens non posse esse Relationem realem. ad probationem autem dicimus, Relationem scientiæ non terminari ad entitatem realem ipsius met scibilis. Ad primam confirmationem huius secundi capitis Respondetur, Relationem Creaturæ ad Deum non specificari præcisè ab ipso Deo, qui est vltimo extrinsecus talis Relationi; sed à modo dependendi à Deo, qui est finitus, & propterea huiusmodi Relatio dicitur modo mensuræ, qua Creatura mensuratur, & totum, quod habet, accipit à Deo, qui est mensura Creaturarum. Ad aliam confirmationem eiusdem rationis respondebimus adhuc quæstione in dubitatione tertia sequenti; pro nunc breuiter dicimus, similitudinem naturæ non debere esse inter Relationem, & terminum absolutum; cum potius terminus absolutus cū fundamento supponi debeat ad resultantiam Relationis: sed illa propositio sic est intelligenda, quod similitudo naturæ debet esse inter Relationum, & suum Correlatiuum.

7 Ad tertiam Principalem rationem dicendum est, similitudinem, & dissimilitudinem habere quidem terminum scilicet vnum Album, sed materialiter, non formaliter: quatenus similitudinum in vno albo sunt plures rationes formales, quarum vna specificat similitudinem, & alia dissimilitudinem: sicuti vnum, & idem obiectum materiale diuersificat, & specificat duas, vel plures scientias, specie

distinctas propter diuersas rationes formales, quis habet? Ad vltimam difficultatem dupliciter Respondetur; primo, negando maiorem: nam vt bene Argutus in tertio sentent. distinct. 4. princip. 2. quæst. 1. artic. 1. Mater ad Generationem filij non concurrit minus actiuè quam pater; imo quandoque plus concurrit actiuè, & cum Philosophus ait, quod quid est ibi actionis, facit Pater: intelligendus est Philosophus quantum ad actionem principalem, quæ est organizare membra fœtus: Vel Respondetur secundo, & admissa maiori, dicimus, quod tunc Pater & Mater terminantur ad eundem filium materialiter, sub duplici tamen ratione formali.

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Ad multiplicationem numericam Terminorum Multiplicentur Relationes numero distinctæ?

declaratur

Fortè maiorem difficultatem habet dubitatio præsens de multiplicatione numerica Relationum, quam præcedens de multiplicatione specifica: & vt Quæstionis sensus magis aperiatur, ponò exemplum.

Ad Quando vnum Relatiuum respicit plures terminos, numero distinctos, vt pote Pater plures Filios, vel vnum simile plura similia; tunc Pater per plures Paternitates respiciat plures Filios, & vnum simile per plures similitudines respiciat plura similia? an vero vnus Pater per vnam, & eandem Paternitatem respiciat omnes Filios, & vnum simile per vnam tantum similitudinem respiciat omnia similia?

1. sfria subtilis

2 In qua difficultate subtilissimus Scotus in 1. Sentent. distinct. 6. quæst. vnica docet, quod vnum Relatiuum non refertur ad plures terminos numero distinctos vna tantum Relatione; sed per multiplicari in eodem Relatiuo Relationes numero distinctas, quotiens terminus numero distinctus: sequuntur subtilissimum omnes eius discipuli, & ex Recentioribus quam plures alij, præsertim Doctiss. Brunus in capite de Relatione sectio 4. & Suarez 2. tomo methaph. disp. 47. sectio 17. num. 16. probatur autem hæc

hæc *Scoti Sententia* primo fic. *Relativa ex Arist. cap. de Ad aliquid sunt simul natura, tempore, & cognitione: ergo Pater & secundus filius de novo Genitus sunt simul natura, cum mutuam importent Relationem: sed paternitas, qua pater refertur ad priorem filium, est prior ne dum natura, sed etiam tempore cum secundo filio; ergo in Patre post priorem Paternitatem alia requiritur, quæ sit simul natura cum 2. filio. Secundo. Si moriatur prior filius ante Generationem secundi, desinit in Patre prima paternitas, & per Generationem secundi consurgit nova Relatio, quia novum est fundamentum, & novus terminus, ergo etiam si non moreretur prior filius, consurgeret nova Relatio, probatur consequentia, quia in utroque casu semper est novum fundamentum, & novus terminus.*

*Tertio. Specificatio Relationis non solum sumitur à termino, sed etiam à fundamentis, ut patet in Relationibus, quarum fundamenta distinguuntur Genere; ergo Individuatio non solum sumitur à fundamento, sed etiam à termino: ergo cum termini multiplicantur numero, etiam Relationes erunt numero distinctæ, hæc & alia habet Subtilissimus pro sua sententia.*

3 *Ad Angelicus totum tenet Oppositum in 3. Sent. dist. 8. q. 2. & 2. p. q. 35. art. 5. & cum Angelico numerari possunt Cajet. ibid. Ferrar. 2. lib. contr. Gentes cap. 4. Soncin. 5. meth. q. 32. Toled. 2. Rubius cap. 7. de Ad aliquid q. 8. num. 80. Sanchez q. 55. concl. unica qui omnes aperte asserunt, Relationem non multiplicari numero ex multiplicatione numerica termini rerum, sed unam Relationem bene posse referri ad plures terminos, numero distinctos per unicam tantum Relationem. Potissimum fundamentum huius sententiæ solet desumi ab illo principio, quod Quodlibet Accidens individuationem sumat à Subjecto; ergo in uno, & eodem Subjecto est impossibile, quod simul sint plures Relationes, numero distinctæ: & propterea S. Thom. 2. p. q. 19. art. 2. in corp. ait: (Accidentia autem sicut sunt in Subjecto, ita in Subjecto sortiuntur individuationem numeralem.) Secundo ab eo Relationes desumunt distinctionem numeralem, à quo desumunt esse, atque adeo tot Relationes mul-*

a sera S. Tho.

Cajet. Ferrar. Soncin. Toled. Rubius. Sanchez.

multiplicantur numero, quia multiplicantur esse: sed Relationes non habent esse nisi à fundamento, & in vno subiecto, & fundamento non est nisi vnicum esse, ergo Relationes non habent distinctionem numericam nisi à fundamento. in quo cum sit vnicum esse, etiam si multiplicentur termini, dividendi, vnica causa erit Relatio individualiter. Minor quo ad embas partes est certissima: maior vero probari potest ex eo, quia Relatio non pendet nisi à termino, & fundamento, & propterea Relatio non habent nisi duos Quidditatem, & esse; vel ergo Relatio habet vnitatem Individualem ab eo, à quo habet Quidditatem, & hoc non quia confunderetur vnitas numerica cum vnitate specifica, nec ergo, quod Relatio habeat vnitatem numericam ab eo, à quo habet esse, & quia habet esse à fundamento, sequitur, quod ab eodem habebit individuationem.

Argumenta pro 2a secta D. Thom.

4 Adiungi possunt ratione huius Sententiæ S. Thomæ loca Ægidianis clariora. Prior locus est in 1. Sent. dist. 31. q. 1. in Argumento in Contrarium, vbi hæc ait: *Relationes similes non multiplicantur nisi secundum fundamentum, & ideo Pater per vnam Paternitatem refertur ad multos filios, & similiter per vnam similitudinem ad multos similes ratione vnius Qualitatis, subiectatæ ipsi similitudini.* Alter locus est in eodem p. Sentent. dist. 33. q. 1. vbi hæc habet: *Sic enim sunt duæ albedines in vno albo, ita non sunt duæ similitudines in vno simili, nec duæ Paternitates in eodem Patre: & ideo si aliquod est simile pluribus, vel Pater pluribus, per vnam similitudinem refertur ad omnia similia, & per vnam Paternitatem ad omnes filios.* Quid hoc clarius?

Adducitur in 2a sententia S. Thomas Ægi-

5 Sed videamus, quid in tanta Opinionum asperitate dicat vtrique Scholæ summus conciliator Ægidius. Relatio duo habet, scilicet, & referri: nam Relatio non solum est ad aliud, nempe ad terminum, sed etiam est in aliquo, puta immediate in fundamento, & remote in supposito, seu in subiecto. Relatio igitur non solum pendet à termino, quia refertur ad illum, sed etiam pendet à fundamento, cum habeat esse in illo: aliter tamen pendet à termino, & aliter Relatio pendet à fundamento: nam à termino pendet Relatio quantum ad quidditatem:

tem; à fundamento autem pendet quantum ad esse. Et quamuis *Relatio* primo, & per se specificationem sumat à termino, quia & per se habet referri ad terminum; tamen exconsequenti, & secundario eandem Specificationem sumit à fundamento, quia *Relatio* non solum est ad terminum, sed etiam habere se in fundamento; sic de Individuatione, quamuis *Relatio* primo & per se Individuationem sumat à fundamento, quia primo & per se habet esse, & existere in fundamento, tamen exconsequenti eidem *Relatio* Individuationem sumit à termino, quia *Relatio* non solum habet esse, & existere in fundamento, sed habet referri ad terminū. Ab vtroque igitur *Relatio* habet specificationem, & ab vtroque pariter habet Individuationem: sed diuerso modo: nam Specificationem, quæ significatur per quidditatem, primo, & per se habet à termino: secundario autem, & exconsequenti habet à fundamento; Individuationem vero, quæ significatur per esse, totum è contra primo, & per se habet à fundamento, in quo existit: exconsequenti autem habet à termino, ad quem refertur.

*Relatio sicut specificatur primo & per se habet à termino sed exconsequenti à fundamento.*

*Ita Individuatur primo & per se habet à fundamento sed exconsequenti habet à termino*

6 Totam hanc doctrinam collegimus ex Ægidio in p. Sent. dist. 20. princ. q. p. & 2. & dist. 31. q. 1. & alibi, & quia est valde fundamentalis, & Philosophica, ideo subtilissimam libenter accipiet, & Angelicus non negabit: stante autem hac data doctrina, ecce

## Concordia Opinionum

7 *Relatio* vt *Paternitatis*, qua pater respicit plures filios, & est vna numero, & est numero multiplex: est vna numero, primo & per se, seu quantum ad esse, quia *Vnum* est esse, quod habet *Paternitas* in Patre: & hoc tantum intendit S. Thomas. est vero eadem Paternitas numero multiplex, non quantum ad esse, quia esse, quod habet in subiecto, non est multiplex, sed quantum ad referri, quia [eadem paternitas habet plures respectus ad plures filios: vel (quod idem est,] Paternitas est numero multiplex non primo, & per se: nam hanc multiplicitatem solum habet ab esse, seu à fundamento, sed potest dici paternitas in eodem patre multiplex numero secundario, & exconsequenti, quatenus [Relatio

non

non solum habet esse, propter quod dependet à fundamento; sed etiam habet esse ad aliud, propter quod etiam dependet à termino: si igitur termini sunt plures numero; etiam relatio est multiplex numero, non primo, & per se, seu quantum ad esse: sed secundario, & consequenti, seu quantum ad respectus; hæc est intentio Scoti.

Ægid. 3 Accipite Ægidium paucissimis verbis totam hoc declarantem in 2. Sent. dist. 33 q. 3. pagina 147 col. 2. versus finem. *Et idem si aliquid est simile pluribus, vel Pater plurium, per consequens similitudinem refertur ad omnia similia, & per consequens Paternitatem ad omnes filios. Respectus quidem sunt aliquo modo plures: sed ens tantum est Relatio.* Idest Paternitas, quæ Patri respicit decem filios, & est una quantum ad esse, quia unum esse habet in Patre: & est multiplex quantum ad respectus, quia plures sunt termini, ad quos refertur.

## DVBITATIO VLTIMA

### *F. Terminus Relationis sit formaliter absolutus, an formaliter respectivus?*

Agenti statim difficultatis.

HÆc Dubitatio, inter omnes, quæ de Relatione tractantur, est difficillima: verumtamen in qua sit ardua difficultas, innotescat: est supponendum, quod in Quolibet Relationis tria sunt: primum est illud in quo dicitur Subsistentiale, quod dicitur Subjectum. & fundamentum Remotum: secundum est Accidens absolutum quod est fundamentum Proximum: tertium tandem est ipsa Relatio, quæ est Ratio referendi ipsum ad aliud: ecce pli gratia in Petro, quatenus est quidam Relativum, inductum Relatione Patris, consideramus, quod sit quoddam Individuum Substantiale, & hoc est fundamentum remotum, secundo consideramus potentiam Generandi, quæ est Accidens absolutum & hæc dicitur fundamentum proximum. tertio tandem consideramus in Petro Paternitatem, quæ est ratio referendi ipsum Patrem ad filium

sic

sic pariter in illo eadem tria considerantur? Nunc difficultas est; si Relatio *Paternitatis* terminatur ad filium, quod nam est in filio, quod terminat Relationem Paternitatis? est ne ipsa filiatio, seu ipse filius, vt filius est praecise inditus Relatione filiationis, vel est ipsum Accidens absolutum, scilicet potentia genitiua?

2 In qua perdifficili Quæstione controuersia *Duæ* sunt ex *Diametro* oppositæ Sententiæ, ambæ celebres, & fauorabiles; ne dum propter *Patronos*, quos vtraque habet, sed etiam propter validissima argumenta, quæ pro vtraque sunt parte.

3 Prima Sententia principalis docet, Terminum cuiuscunque *Relationis* nunquam esse formaliter absolutum: sed semper esse formaliter *Relativum*; ita *S. Thom.* in 1. part. q. 42. art. 1. ad 4, & 2. contr. Gent. cap. 11, & p. p. q. 77. art. 1. illamque pro hac sententia tota Schola Thomistica præsertim *Caiet.* p. p. q. 13. art. 7. *Hispal.* in p. disp. 10. q. 1. *Sanchez* q. 38. contra quos multi Fundamenta autem sunt, quæ sequuntur.

Prior ratio.

D. Tho. Caiet. Hispal. Sanchez

*Primum.* Relatio realis suam quidditatem, & specificam rationem desumit à termino: ergo terminus formalis cuiuscunq; Relationis est formaliter relativus. consequentia tenet; quia si terminus Relationis non esset formaliter *Relativus*, quomodo posset præcise esse *Relationem*, cui? dare est se formaliter relativum? indo *Relativa* sunt simul natura, cognitione, & definitione ex *Arist.* cap. de *Ad aliquid*. Sed si vnum Relatorum formaliter non terminaretur ad aliud Relativum, nullo horum modorum *Relativa* essent simul natura, &c. ergo terminus formalis *Relationis* debet esse alterum *Relativum*, vel ipsum *Relativum* vt formaliter inditum Relationi, probatur minor. & primo de simultate naturæ, quia si *Pater* vt *Pater* non terminatur ad filium, vt filius est formaliter, sequitur quod Pater non sit simul natura cum filio, vt filius est formaliter: sed solum cum filio, quatenus est hic homo Genitus à Patre. & cum hic homo per naturam sit Genitus ab illo, ſi

1. argum. huius rationis.

2. arg.

habeat relationē filationis, quia filiatio est consequens, & relatiuum in homine genito sequitur, quod Pater vt pater erit prior natura, quam sit filius vt filius. Idem probari potest de similitudine cognitionis, & dissimilitudinis: tertium Argumentum pro hac sententia desumitur à Philosopho cap. de Ad aliquid, vbi agens de termino Relationis, hæc habet (*aggregatur seruus alicui: & circumscribatur ab illo domino. omnis est seruus, esse domini, non amplius seruus ad istum dominum referretur: si quidem talis homo Dominus non est.*) ergo vult Philosophus Relationem Serui terminari ad hominem, non vt eumque, sed vt est Dominus, atque adeo vt ipse quodam Relatiuum, & adhuc iam potest adiungi aliud testimonium eiusdem Philosophi, qui inter Proprietates Relationum enumerat, quod Relatiua dicantur ad Conuertentiam, vt Pater filij Pater, filius Patris filius &c. sed hæc conuertentia non esset respectu termini absoluti, ergo, &c. Hæc sunt potissima fundamenta Thomistarum.

3. arg. de supēr ex duplici testimonio Arist.

4. Secunda Opinio non minus illustris, & insignis quā præcedens est Subtilissimi Scoti in 2. sent. dist. 30. q. 3. quam sequuntur non solum omnes eius discipuli, sed ferè Omnes Recentiores; præsertim Suarez 3. tomo 2. disp. 47. sect. 10. num. 4. & nouissimè hanc Sententiam defendit acerrime Mag. Ruuius in suis amplissimis Disputationibus Quodlibeticis Quodlib. 9. disp. 3. de Veritate sacræ doctrinæ cap. 4. de termino Relationis §. 3. & 4. vbi etiam citat Soto cap. de Specie, & Petrum Didacum à Iesu cap. de Ad aliquid 3. p. disp. 14. q. 9. nunc dicit pro hac Opinione validissimas rationes, quarū prima est. Relatio, quam dicit Scientia vt ad Scibile est Relatio realis, vt manifestum est, & docet Arist. 5. Metaph. text. 17. ergo omnium ad quem talis Relatio terminatur, debet esse realis, non enim Relatio realis esse potest, nisi inter extrema realia: sed in Scibili nulla est Relatio realis, sed tantum rationis, & quicquid est realiter in Scibili, est formaliter absolutum, ergo terminus Relationis, quæ à Recentioribus dicitur non mutua, seu tertij Generis, vel modo mensuræ, non est quid relatiuum, sed simpliciter absolutum. Secundo probatur id idem de Relationib' mutuis. Relatio non potest ter-

Suarez Ruuius Borus Didac. a Iesu &c.

1. ratio pro hac sēta.

2. ratio

minā-

latiuum; in quantum Relatio est; quia datur vera Relatio realis, quæ tamen non terminatur ad illa, ut patet de Relatiuis non mutuis, nec quatenus est mutua, qua Relatio non dicitur mutua per tationem terminādi; sed prōt refert, quatenus verū que extremum refertur ad aliud; ergo nullo modo Relatio potest terminari ad terminum respectiuum. Tertio est Philosophicum axioma, quod posito fundamento, & termino, statim consurgit Relatio, ergo terminus vnius Relationis nequit esse altera Relatio. Probatur cōa, nam quia mutuæ Relationes sunt simul natura, ex quo vna ali non precedit; tum et quia vna Relatio non consurgit ex positione alterius, nā illa particula (ex) dicit antecessionē naturæ, & originis: vna ab Relatio non habet originem ex alia, neq; antecedit naturaliam, ergo cum dicitur Relationem resultare, positis fundamento, & termino, sēper est, positionem fundamēti, & termini antecedere Relationē, sed quod antecedit Relationem, est absolutū, ergo tō formalis terminandi ē aliquod absolutū formaliter.

5 Hæc ardua pugna inter tantos Patres, veriusq; Scoti Magistros, & Prædētes: quid nos Aegidiani in tanta oppositione dicemus? Quomodo subtilissimum conciliabimus cum Angelico, qui absolutè vnire non possumus cum sit spectiuo? attendite quid dicamus.

6 In primis supponēdum est, Relationem non mutuā, quæ solet vocari tertij Generis, seu modo mensuræ non esse Relationem Prædicamētalem, & secundum esse, sed tantum secundum dici, quod hac rōe demonstro. nam Relatiua tertij Generis, seu mō mensuræ, & omnino omnia Relatiua non mutua, secundum illud, quod sunt essentialiter pertinent ad Prædicamenta absoluta, & tantum includunt quendam modū respectiuum, ergo Relatiua non mutua non sunt Relatiua Prædicamentalia, & secundum esse; sed potius dicenda sunt Relatiua trascendētalia, & secundum dici tantum. cedens vltimus sum, quia probatur: quia Relatiua Prædicamentalia illa sunt, quæ secundum totum eorum esse ad solam Relationem pertinent.

relatiua nō mutua terminātur ad absolutum.

7 Hæc autem suppositio, (quod sine vlla contradictione nō debeat esse certum,) sequitur ex eo, quod omnia Relatiua non mutua non terminantur ad terminum formaliter

liter Relatiuum, sed y ordinatum simpliciter absolutumve inductione constare potest in omnibus Relatiuis non minus: cuius ratio postrema illa est, quia singula Relativa non mutua essentialiter sunt absoluta, cū secundum totum id, quod sūt, ad Predicamenta pertineāt absoluta, ergo singula Relativa non mutua essentialiter non pertinent ad unum Relatiuum, sed in secundum id, qđ sunt essentialiter, non potest referri ad aliquem terminū; cum essentialiter sint absoluta, quia tamen includūt quēdam modum Relationis, terminantur ad aliud, non existentiæ respectiuum, alias essent Relativa mutua; sed ad terminum realiter absolutum. & propterea dicuntur Relativa non mutua.

8 Restat declaramus controuersiā de Relationis entis, quæ sola sunt Relativa secundum esse, & Predicamentalia: de his autem dicendum est, quod talia Relativa dupliciter possunt cōsiderari, primo quantum ad esse, & secundo quantum ad quiditatem: nam quælibet Relationum Predicamentalis, & secundum esse, non solum refertur ad aliud, quod est eius quiditas: sed etiam habet esse in aliquo, cum sit Accidens reale; & ut ent: latet omnis equiuocatio, distinguendum est de esse; nam datur esse quiditatiuum, quod dicitur esse essentiæ, & datur esse existentiæ, quod ab Aegidio vocatur esse superadditum essentiæ; Nunc ad propositum in quolibet Relatione predicamentali dantur vtrumque esse, & esse Quiditatiuum, quod est referri ad aliud, & esse existentiæ, nam quodlibet Relationum Predicamentale non solum refertur ad aliud: sed etiam est realiter aliquid, quod refertur ad aliud; Esse quiditatiuū constituunt; Relationi mutui, & Predicamentali est simpliciter respectiuum, quia tale esse quiditatiuum nihil aliud est nisi referri ad aliud, referri autem respectiuum ē. Sed esse existentiæ eiusdem Relationi mutui, & Predicamentalis est simpliciter quid absolutum, quia tale esse est esse fundamenti, cum Relatio non habeat proprium esse existentiæ, sed totum eius esse sit esse existentiæ fundamēti; concludimus ergo, quod Relatio Predicamentalis duo habet esse Quiditatiuum, quod est simpliciter Relatiuum: & esse existentiæ: quod est simpliciter absolutum.

9 Nunc ecce

CON-

## Concordia Opinionum

Relatiua mutua, & Prędicamentalia secundum esse Quidditatiuum terminantur ad terminum formaliter respectiuum, ita vt vna Relatio secundum suam Quidditatem sit terminus alterius Relationis secundum suam quidditatem. Hęc est sententia S. Thomæ, nec aliud continent eius Argumenta. Sed Relatiua mutua, & Prędicamentalia si considerentur secundum esse existentię, sic terminantur ad terminum formaliter absolutum, ita vt vna Relatio secundum esse existentię sit terminus alterius Relationis et secundum esse existentię; & hoc tantum probant argumenta sententię Scotinæ nec circa hoc aliud dicendum existimo.

10 volumad maiorem vtriusq; sententię intelligentiam, id addendum est, quod inquolibet Relatiuo datur duplex terminus, seu quodlibet esse, quod est in tali Relatione, sit terminus respectu esse alterius Relatiui, ita vt vnum esse quidditatiuum sit terminus alterius esse Quidditatiui, & è contra, & vnum esse existentię sit terminus alterius esse existentię, & è conuerso: atq; ideo cum dicitur, quod posito fundamento, & termino, tollitur Relatio, per terminum solum est intelligendus terminus fundamenti, ita vt sit sensus, quod posito fundamento, & esse existentię in vno Relatiuo, & termino, & esse existendi in alio Relatiuo, statim tollitur Relatio quo ad Quidditatem. & hęc de Prędicamento Relationis dicta sufficiant.

QVÆ-

# QVAESTIO QVINTA
# DE
# PRAEDICAMENTO QVALITATIS.

IN Tres Partes Philosophus dividit praesens caput de Qualitate: In Prima diffinit Qualitatem tam in abstracto, quam in concreto. In secunda enumerat quatuor species Qualitatis in 3. tandem assignat tres Proprietates. Quia tamen Qualitas vel potest considerari secundum se, vel secundum suas species, vel tandem secundum suas Proprietates, ideo totam hanc Quaestionem de Qualitate tribus tantum sequentibus Articulis persequemur.

## QVÆSTIONIS Quintæ.

## De Qualitate

### Articuli Tres.

*Articul. I.*
*De Qualitate secundum se.*
*Artic. II.*
*De Speciebus Qualitatis.*
*Artic. III.*
*De Proprietatibus Qualitatis.*

## ARTICVLVS PRIMVS

### De Qualitate secundum se.

ANtequam species, & Proprietates Qualitatis specialiter assignamus, tractandum est de Qualitate secundum se, de qua tria sequentia dubia sunt videnda.

†

## ARTICVLI PRIMI

# De Qualitate secundum se.

## Dubitationes Tres.

*Dub. I.*

*Vtrum Qualitas sit Genus Generalissimum, ita ut dicatur univoce de omnibus Speciebus Qualitatis?*

*Dub. II.*

*Vtrum Qualitas fuerit recte a Philosopho diffinita?*

*Dub. III.*

*Quod est directe in Praedicamento Qualitatis, possit pertinere ad aliud Praedicamentum?*

## DVBITATIO PRIMA

*Vtrum Qualitas sit Genus Generalissimum, ita ut dicatur univoce de omnibus speciebus Qualitatis?*

1 MVltiplex est ratio dubitandi. Prima est, quia nullum Genus dicitur de suis inferioribus multipliciter: sed Qualitas per Aristotelem dicitur multipliciter, ergo Qualitas non est Genus. Secundo, ratio significata per Qualitatem facere subiectum quale, non est simpliciter in omnibus speciebus Qualitatis, quia Passio non denominat subiectum simpliciter Quale, nam quia propter receptionem partium subiectum, non dicitur Rotundum, ergo negabitur Quale; 3. nulla species componitur ex plenibus Qualitatibus ergo illae, quas enumerat Arist., non sunt species; sed potius vel Analogata, vel Aequivocata: Quod vero singulae species Qualitatis fiant compositae, patet manifeste, nam prima species est habitus, & dispositio 2. est naturalis potentia, & impotentia, 3. est passio, & passibilis Qualitas, 4. tandem est forma, & figura.

Multiplex est ratio dub.

2 Ve facilius tamen hanc dubitationem resolvamus, explicandae sunt primo diversae acceptiones Qualitatis, quae cum habeat modificare substantiam, accipi potest tripliciter, primo pro quocunque determinante, vel modificante aliud, & hoc modo Qualitas non solum dicitur de Accidentibus, sed etiam de substantia, sed de differentiis

Qualitas tripliciter accipitur.

sijs earum: 2. accipi potest Qualitas pro quacunq; forma accidentali, quæ secundum proprium modum essendi modificat, aut determinat substantiam, vt Quantitas, Relatio, &c. & hac acceptione etiã est communis omnibus accidentibus: 3. tandẽ potest accipi Qualitas secũdum rationem peculiarem, determinantem subiectum, & illud Qualificantem, ita vt per eam, tanquã per formam, sibi inhærentem, substantia denominetur formaliter non extensa, nec relata ad aliud: sed tantum modo Quale: & secundum hanc vltimam acceptionem Qualitas constituit Genus Generalissimum, & distinguitur ab alijs Prædicamentis.

Cond. 3. Qua doctrina sic posita, sit nostra conclusio. Qualitas secundum rationem peculiarem eliita verum Genus Generalissimum, vt vnice prædicetur de omnibus speciebus Qualitatis. Est hoc commune beneplacitum omnium interpretum Arist. inq; clarissimè docet Aegid. in lib. Prædicamentorum cap. de Qualit. & probatur facile: Qualitas tertio modo sumpta, quatenus est forma accidentalis Qualificans substantiam, habet rationem communem communitatis Generalissimi, ergo illa constituit proprium Prædicamentum, distinctum ab alijs, & vniuocè prædicatur de omnib⁹ suis inferioribus: consequentia tenet, probatur antecedens, quia inhærere, & qualificare subsistentiam, est ratio communis, conueniens pluribus Generibus subalternis, ergo Qualitas habet rationem communẽ communitatis Generis Generalissimi.

4. Ad primam rationẽ dubitandi Respondetur, quod multiplicitas duplex est, altera est multiplicitas æquiuocationis, Qualitas dicitur quidã multipliciter ex multiplicatione æquiuocationis, sed specierum. Ad secundum negandum est antecedens, quod ratio significata per Qualitatem, non sit simpliciter in omnibus Qualitatibus: ad probationem dicimus, quod Ratio est simpliciter Qualitas, licet non habeamus nomen, quo explicemus effectum formalẽ illius Qualitatis; nec bene arguitur, cũ dicitur, ei non conuenit species, nec illi conuenit Genus: nam homini non conuenit esse æquũ, qui est vna species, & tamen conuenit esse animal, quod est Genus. Ad secundam Respondetur, quod

Solvunt rationes dubita.

quod illæ ſpecies, quas Ariſ. aſſignat huic Prædicamẽto, ſunt propriſſimæ ſpecies, vt videbimus in ſequenti. Verum autem illæ ſpecies, quæ ponuntur ſub duplici nomine, vt Habitus, & diſpoſitio, Naturalis potentia, & impotentia, &c. diſtinguamus eſſentialiter, vel accidentaliter? etiam in ſequenti Articulo aperiemus.

## DVBITATIO SECVNDA

### An Rectè Qualitas fuerit ab Ariſtotele diffinita?

1 QVod in dubitatione præſenti difficultatẽ facit, eſt, quia Qualitas eſt Genus Generaliſſimum nõ habens ſupra ſe aliud Genus, ergo Qualitas ab Ariſ. non rectè diffinitur. Probatur conſequentia, quia diffinitio debet conſtare ex Genere, & differentia. 2. Ariſt. diffinit Qualitatem per Quale, & poſtea diffinit Quale per Qualitatem, ergo in talibus diffinitionibus committitur circulus; 3. aſſignata diffinitio de Qualitate non convenit omni Qualitati, quia ex Ariſ. in textu ſecundum paſſiones minimè dicimur Quales, ergo illa diffinitio non eſt ſufficiens. 4. data diffinitio competit etiam differentijs eſſentialibus, nã ſecundum rationalitatem dicimur rationales, ergo data diffinitio competit alteri a diffinito, & per conſequẽs non eſt exacta.

Rines, & faciũt difficultatem.

4 Præſupponendum tamẽ pro deciſione difficultatis, & Argumẽtorum ſolutione, quod Qualitas, quatenus cõmunis hoc quartum Prædicamentum, poſuit à Philoſopho diffinita: cum Genus ſuprematum, non habens ſupra ſe aliud Genus, non ſit propriè diffinibile, ſed ullam Ariſ. de ſcripſit, & quidem per aliquid poſterius quoad naturam, ſ. per eius effectum; licet prius quoad nos, omnia enim effectus ſemper eſt notior nobis, quam ſua cauſa; quia ergo eſſe Quale eſt eſſe effectus Qualitatis, & id nobis manifeſtius ſuam eſſentiam Qualitatis, propterea Philoſophus deſcribens Qualitatem, dixit, Qualitas eſt, per quam Quales eſſe dicimur.

Qualitas propriè quarta, non diffinitur, ſed deſcribitur per eius effectum.

5 Ex quo deducimus cõclusionem, quod Qualitas propriè non fuit ab Ariſ. diffinita propter rationes, quæ ponuntur in primo argumento, ſed deſcripta, cuius deſcriptio, quæ eſt Qualificare, vel informare ſubiectum, optima

duplex pars cõcl. probatur.

essita. Nego id in hoc Predicamento, & probatur, quia per hoc, quod est qualificare talem rem, conuenit Qualitati quicunque alio Predicamento.

4 Ad primam difficultatem Respondetur, probare primam partem conclusionis. Satisfit dicendo Ad secundam negando eā consequentiam, quod in Definitionibus Qualitatis commiscentur circulus: nam Quale, & est prius Qualitate; & est posterius, est prius quoad nos: est vero posterius natura. Quando inquit Philosophus, Qualitas est secundū quam Quales esse dicimur, by Quale accipitur vt è prius Qualitate: Quando vero definitur Quale, per Qualitatem, by Quale accipitur, vt est posterius natura: & propterea, cum una definitio ab alia sit diuersa, hic circulus non committitur. Ad tertiam negatur antecedēs, ad probationem dicendum, quod omnis Qualitas informat subiectum, vel simpliciter, sicut sic vel secundū quid, secundū quid subiectum informat: Quando autem Philosophus ait, quod secundum Passiones minime dicimur Quales, by minime sicut esse hac patum. Ad quartam Respondetur, quod secundum Rationalitatem dicimur quales non essentialiter, sed accidentaliter: vel Respondetur secundo, quod denominatio propriè non est in substantijs, sed solum in accidentibus: rationalitas autem est in substantijs: & propterea argumentum non concludit.

## DVBITATIO TERTIA

*V. Genera subalterna, & species infimæ Qualitatis, possint pertinere ad aliud Predicamentum?*

1 PRæterea potest hic, quæ dicimus in Predicamento Quantitatis Artic. 1. dub. 6. quamvis vna Res secundum suam essentiam tantum spectet ad vnum Predicamentum; tamen secundū quemdam modum, quem includit, potest pertinere ad aliud Predicamentum dicendum: vnde Genera subalterna Qualitatis quamvis secundum essentiam pertineāt ad solum Predicamentum Qualitatis: Quatenus tamen includunt quemdam modum alterius predicamenti; possunt pertinere ad illud predicamentum, cuius modum includunt: & sic scientia

tia ; & secundum essentiam est in Prædicamento Qualitatis, sed secundum modum pertinet ad Prædicamentum Relationis: de hoc iuxta dicta in loco supra citato dubitandum non est.

2 Tota difficultas est in dubitatione præsenti de speciebus infimis Generum mediorum: an etiam huiusmodi, quæ secundum earum essentiam pertinent ad unum prædicamentum, possint suscipere modum alterius Prædicamenti? id est an Metaphisica, Logica, &c quæ sunt species infimæ Prædicamenti Qualitatis, & directè ponuntur secundum earum essentiam tantum in Genere Qualitatis, possint suscipere modum alterius Prædicamenti?

Difficultas ẽ de speciebus infimis Generum mediorum.

3 Et Ratio difficultatis pro una parte desumitur ex Philosopho, qui in hoc Prædicamento de Qualitate, hæc ait. (*Genera dicuntur ad aliquid, & species non est scientia dicitur ad aliquid, sed Grammatica non.*)

Dubit. pro una parte.

4 Ex alia vero parte est ratio inconcussum, quia omne Genus est tota essentia suarum specierum: ergo si Genus medium Qualitatis secundum aliquem respectũ potest pertinere ad aliud Prædicamentum distinctum ad Relationem, etiam species talis Generis secundum eũdem modum respectuum poterunt pertinere ad idem Prædicamentum: vel ẽ species infima, vt Grammatica, Logica, &c. nullo modo possunt transcẽdere limites vnius prædicamenti: neque Genus harum specierum vnde nec scientia, quæ est Genus subalternum Qualitatis, poterit secundum aliquem respectum ad Relationem pertinere.

5 Ad hoc tamen dubium dicimus cum Ægidio in lib. Prædicamentorum cap. de Aliquid infinæ ẽ sed nota. Quod Genera subalterna Qualitatis possunt pertinere saltem exconsequenti ad aliud Prædicamentum, quia huiusmodi Genera vltra dependentiam à subiecto, possunt habere dependentiam specialem ab alia causa, & propterea scientia, quæ essentialiter est in Prædicamento qualitatis, propter respectum specialem, quem dicit ascribit, suscipit modum Prædicamenti Relationis: sed species specialissimæ eiusdem Generis subalterni, vt Grammatica, Logica, &c. vltra dependentiam, & respectum, quem habent ad subiectum, non dicunt aliũ respectum ad

aliud tanquam ad causam, & propterea Grammatica, Logica, &c. ita esse diversitas in Prædicamento Qualitatis, vt nullo modo pertineant ad Relationem, nec ad aliud Prædicamentum.

6 Ad tales autem inconvenientium, dicimus, verum esse, Genus dicere totam essentiam suarum specierum, & quicquid essentialiter convenit Generi, essentialiter etiam convenit speciebus: sed modus, quem postulat aliquod Genus, non est de essentia eiusdem Generis, quia nullus modus rei est de essentia eiusdem rei, & propterea quamvis Genera subalterna Qualitatis possint habere modum alterius prædicamenti, non tamen sequitur, quod etiam species infimæ talium Generum debeant suscipere eundem modum, quem habet Genus.

7 Et licet Grammatica, Logica, &c. vtrà subiectum, in quo sunt, habeant etiam comparationem ad proprium obiectum tanquam ad causas vt Logica ad syllogismum, Grammatica ad sermonem congruum, &c. huiusmodi tamen species non respiciunt obiecta in quantum species, nec secundum earum nomina explicitè dicunt respectum; sed inquantum includunt rationem Generis: nã Grammatica secundum quam nomen non dicitur alicuius scientia: vnde si Grammatica respicit sermonem, Logica syllogismum, hinc non est secundum nomen Grammaticæ, vel Logicæ: sed ideo est, quia Grammatica, & Logica sunt scientiæ, & quia includunt rationem scientiæ: propterea possunt dici aliquo modo Relativa; adest Grammatica dicitur ad aliquid, quatenus est scientia, quæ est ad aliquid.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *De Speciebus Qualitatis.*

SVPPOSITO, quod species Qualitatis sint tres subalternæ, perfectæ, & completæ non sint nisi Quatuor, & singulis speciebus videntur superesse sequentia dubia.

## ARTICVLI SECVNDI

# De Speciebus Qualitatis.

## Dubitationes Quatuor

Dub. I.

*An habitus & dispositio sint duæ Species Qualitatis?*

Dub. II.

*V. Naturalis Potentia & sint dispositionis tantum duæ Species Qualitatis?*

Dub. III.

*V. Passio, & Passibilis Qualitas sint duæ Species Qualitatis, & ab una, vel duabus?*

Dub. IV.

*V. figura, & figuratum constituant duas Species Qualitatis?*

## DVBITATIO PRIMA

# An habitus, & Dispositio sint duæ Species Qualitatis?

1 PRima Sententia est quorumdam Recentiorum, Afferentium Habitum, & Dispositionem essentialiter, & Specie distingui. Ita inter alios Ruuius cap. 8. de Qualitate q. 2. vbi pro se etiam refert sanctum Thomam in p. 2. q. 49. art. 2. sed de vera mente Angelici Doctoris postea videbimus; Ite refert Searium tom. 2. Meth. Disp. 42. sect. 6. num. 6. Toletum, Lazellum, Cæt. Soto & Fonsecam 3. Met. cap. 14. q. 2. sect. 5. citari etiam potest Mag. Brunus disp. 17. de Qualit. q. 1. & probatur. Primo, quia Duo contradictoria non possunt constituere vnam Speciem, quia vnum contradictorium semper est non ens: sed esse difficile mobile ex natura sua, & facile mobile ab intrinseco sint contradictoria, ergo hæc nō constituunt habitum, & dispositionem tanquam vnam Speciem; sed potius tanquā duas Species essentialiter distinctas. Secundo Habitus est difficile mobilis, dispositio ex natura sua est facile mobilis, ergo Habitus & Dispositio specie distinguuntur; probatur consequentia, quia esse facile mobilem, vel difficile mobilem non possunt vni, & eidem Speciei competere.

2 Veratamen Sententia nobisque Subsistenda docet, Habitum, & Dispositionem ve-

neque quam Speciem diuinguit, sed vtramque in eadem Specie Qualitatis, vt sint partes eiusdem totius, & essentiales. Ita S. Thomas q. 7. de malo, relatus à Suar. Disp. 42. Scotus in cap. de Qualitate. & Aegidius in expositione praedicamentorum cap. de Qual. part. 26. col. 4. Albert. Mag. & alij multi. Nec deest pro hac veritate efficacissima ratio, quae annuitur à S. Tho. loco praedicto citato, vbi sic ait: *Subiectum enim mobile non est differentia constitutiua Habitus: neque enim Dispositio, & habitus sunt diuersae Species, alioquin non posset vna & eadem res, quae prius fuit Dispositio imperfecta, esse habitus: sed facile mobile, & difficile mobile se se habent sicut perfectum circa tendens, & imperfectum.* Haec D. Th.

3 Sed audiamus Aegidium in explicatione huius eiusdem rei sic egregie facientem. (*Dicendum ad primum Quaestionem, quod habitus, & Dispositio faciunt vnam Speciem Qualitatis, non differunt nisi sicut completum, & incompletum, & completum, & incompletum non diuersificant Species: & intelligo, quod Dispositio non dicitur incompleta, quia sit incompleta qualitas; nam Dispositio est completa qualitas; sed dicitur incompleta per comparationem ad Subiectum: nam dicto notato, quod penitus vna, & eadem natura dicitur Habitus, & Dispositio: sed dicitur Dispositio, quae non est bene firmata in Subiecto; sed illa eadem res vt est bene firmata, dicitur habitus: & sic patet, quod habitus, & Dispositio sunt vna natura, & vnam Speciem constituunt.*) Haec Aegidius, quae doctrina nil desiderat.

4 Et per eam patere potest ad vtramque Rationem in contrarium. Nam falsum est, Dispositionem esse ab intrinseco, & ex natura sua Qualitatem imperfectam, & facile mobilem, cum potius ex natura sua sit Dispositio Qualitas completa, & perfecta non minus quam Habitus. Quod si Dispositio dicitur Qualitas incompleta, hoc non illi conuenit ab intrinseco; sed ratione Subiecti.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum Naturalis potentia, & impotentia sint tantum vna species Qualitatis?*

1 PER naturalem potentiam, quæ spectat ad secundam speciem Qualitatis, nihil aliud intelligimus, nisi principium proximum actionis realis, à natura tributum Agenti creato: sic etiam per naturalem impotentiam solum intelligimus quandam positivam imbecillitatem, vel inceptitudinem ad aliquid agendū, vel patiendum: vt est illa inceptitudo infirmi ad currendum; vel illa mollities cerea ad resistendum diuisioni.

2 Qua explicatione præmissa, prima sententia docet, Naturalem potentiam, & impotentiam essentialiter eò distingui; sed solum accidentaliter, ac propterea vtramque non constituere duas species, sed vnam; *Ita Suarez.* disput. 40. de Qualitate sect. 6. numero 11. *Ruuius* in eodem cap. quæst. 7. *Brenus* disput. 17. sect. 2. & alij. *Probatur autem primo authoritate Philosophi in cap. præsenti*, vbi potentiam naturalem vocat Qualitatem, per quam substantia simpliciter potest aliquid agere, vel resistere contrario, impotentiam vero vocat Qualitatem quandam debilem, & quasi infirmam ad eosdem actus efficiendos; & debilitandos: ac eò difficulter quod est imperfecte illa perficere: sed perfecte vel imperfecte agere, non distinguuntur essentialiter, ergo nec naturalis potentia, & impotentia essentialiter distinguentur in mente Philosophi.

Prior opinio.

3 *Alij* vero ex opposito docent, naturalem potentiā, & impotentiam non constituere vnam, nec vnam ratione speciem, sed simpliciter esse duas species, essentialiter distinctas. *Ita Sanchez* q. 29. concluſ. 2. vbi priorem sententiam existimat probabilem; sed hanc secundam dicit probabiliorem, & magis amplectit D. Thom. probatur autem, quia contraria, vt plurimum semper sunt similia Genere, & dissimilia specie: sed naturalis potentia, & impotentia sunt contraria. ergo non constituunt vnam speciem; sed duas. *Rursus* omnis species potest saluari in vno individuo; sed naturalis

2. Sētia.

poten-

potentia, & impotentia non possunt saluari simul in vnico tantum individuo, ergo naturalis potentia, & impotentia non sunt vna species.

Aegid. approbat vtrã quoq; etiam

4 Egid. in hac re lic. Discurrit, dicens Naturalem potentiam, & impotentiam constituere veram speciem subalternam: & in hoc sensu esse veram primam sententiam. Esse vero duas species specialissimas, & in hoc sensu approbandam esse secundam Sententiam. Ita habet Doctor in Explicatione huius Praedicam. Probatur autem vtraque pars, quia naturalis Potentia, & Impotentia plus differunt inter se, quam habitus, & Dispositio: sed Habitus, & Dispositio sunt vna Species Specialissima, ergo naturalis Potentia, & Impotentia erunt plures Species Specialissimae, & vna Species Subalterna; minor est clara ex dictis in dub. praeced. probatur maior, quia vna, & eadem natura potest dici habitus, & Dispositio, faltem accipiendo Dispositionem pro Qualitate completa: sed vna, & eadem natura simul & semel non potest dici naturalis potentia, & impotentia.

5 Sed aduertite, quod naturalis potentia, & impotentia sunt Substantiae mediante aliquo Accidente; vnde Naturalis potentia est Substantia mediante completione partium; impotentia vero est Substantia mediante imbecillitate partium.

6 Argumenta primam Sententiam tantum probant, Naturalem potentiam, & impotentiam esse vnam Speciem Subalternam. Argumenta vero secundae etiam concludunt, Naturalem potentiam esse duas Species Specialissimas.

## DVBITATIO TERTIA.

*Passio, & Passibilis Qualitas sint vere Species Qualitatis, & non Dua, vel Tria?*

1 QVod Passio, & Passibilis Qualitas non sint vere Species Qualitatis, videtur his rationibus posse probari. primo, quia Arist. in textu hic ait. *Quae autem ex his, quae facilè solumtur, & cito transeunt, Passiones dicuntur, non enim dicuntur secundum eas quales; neque enim qui propter verecundiam rubrus factus est, rubeus dicitur; nec*

*pro est Passio proprie dicta vera, passibilis est. Sed magis quadrare videtur, quod passiones huiusmodi dicentur Qualitates vere nominis.* 3 Deinde Passio per se est Sextum Praedicamentum (in Ordine, quo loco ponitur) ergo Passio nec est Qualitas, nec minus est Species Qualitatis. Ratio Passio est in prima Specie Qualitatis, quia Passio est Defectibile, ergo non pertinet ad tertiam. Tandem Anima cum sit simplex, non potest esse Subiectum alterationis, ergo nec minus potest esse Subiectum Qualitatis, & per consequens nulla dabitur Passio animae.

Resolvitur difficultas.

2 Nihilominus Veritas nobis subsistenda est, Passionem, & Passibilem Qualitatem constituere veram Speciem Qualitatis, eamque esse veram veritate Speciei Specialissimae dicta Arist. in hoc capite, & communiter omnes eius interpretes, Praesertim Aegid. interpositione Praedicamentorum cap. de Qualitate. Vt autem haec veritas probetur, & simul etiam declaretur, notandum est, quod Passio, quae constituit hanc tertiam Speciem Qualitatis, nihil aliud est, nisi vel Qualitas, quae nascitur ab aliqua passione, vel qua Passionem aliquam intrinsecè patitur quatenus est quidam effectus, progrediens immediate ab Actione, sic est per se Sextum Praedicamentum; sed quatenus mediatè procedit ab Actione, ita vt est Passio, claudicatio vel color, vel aliquid tale, sic est Passio in tertia Specie Qualitatis; Passio ergo vt immediatè progrediens ab Actione, sic est Sextum Praedicamentum: quatenus vero praecisiuè ab hoc, quod causet Passionem in subiecto, vel causetur a Passione, sic est in Prima Specie Qualitatis; quatenus tandem consideratur, vt praecisè causat Passionem, vel causatur ab aliqua passione, sic est tertia Species Qualitatis. Et per haec manet probata prima pars conclusionis.

3 Quod vero Passio & Passibilis qualitas non sint duae Species essentialiter distinctae: sed vna tantum species Specialissima, probatur Euidenter, quia huiusmodi non distinguuntur, nisi quia Passio vna transit & recedit a Subiecto, passibilis vero Qualitas duo permanet sed perfectum, & imperfectum, non variant speciem, ergo &c.

4 Ad Argumenta in contrarium respondetur. Ad pri-

Solet tóties in oppositum.

mum dicimus, quod ly (minimè) idem est ac parum: Passio ergo & passibus Qualitas denominant subiectum, in quo sunt, vel simpliciter si simpliciter insint, vel secundum quid, si tali modo insint. Ad secundum iam dictum, quomodo Passio sit Praedicamentum, & quomodo contineat tertiam Speciem Qualitatis. Ad tertium Respondetur quod Prima Species, & tertia Species qualitatis habent maximam connexionem, ita quod sicut in Prima Specie habitus & Qualitas difficile mobilis, & Dispositio facile mobilis: sic in Tertia Specie Passibilis Qualitas est difficile mobilis. Passio vero est facile mobilis: unde hoc nomen habitudo est commune ad habitum, & Passibilem Qualitatem: sed hoc nomen affectio est similiter commune ad Dispositionem, & Passionem; quando Philosophus dicit, calor, & frigiditas sunt affectiones, non intelligit, quod sint dispositiones: sed Passiones: & similiter eum posset dicit, quod si melancholici dicunt, possunt habitudines nuncupari, non intelligit habitudines .i. habitus: sed dicuntur passibiles qualitates, nam hoc nomen habitudo commune est ad habitum, & ad passibilem Qualitatem.

5 Ad Quartum Respondetur, quod vult Arist. in primo de Anima, decidua sunt modus Compositi: unde Accidentia sunt in toto homine, ut in subiecto, non in anima tantum, nec tantum in Corpore, & licet quedam Accidentia sint tantum animae, & quadam tantum Corporis, omnia tamen insunt toticoniuncto, ita ut totum Homo sit subiectum omnium Accidentium; unde cum dicitur, Qualitatum alie sunt animae, & alie sunt corporis, non est intelligendum, quod Anima sit subiectum Qualitatis, sed quod sit causa efficiens, esse sensus divisionis, quod alie qualitates causantur ab Anima, & passiones, & alie a Corpore: sed omnia insunt toti conjuncto.

Dif-

## DVBITATIO QVARTA

*V. forma, & figura sint Species Qualitatis, & an una essentialiter distinguatur ab alia?*

ratio dubitandi.

1 VIdetur, quod forma, & figura non sint numerandæ pro quarta Specie Qualitatis. & primo id probatur de forma, quia hæc non solum dicitur de forma substantiali, sed etiam accidentali: Quod si dicatur, formam, quæ ponitur quarta Species Qualitatis, notare formam in communi: sed contra, formam solummodo Accidentalem. Contra hoc est, forma Accidentalis est in Prima, 2., & 3. Specie Qualitatis, ergo non debet poni in quarta; probatur antecedens, quia omnis Qualitas est forma, sed prima, 2. & 3. Species Qualitatis sunt Qualitates, ergo omnes illæ sunt omnes.

2 Secundo hoc idem probatur de figura. Illud quod est Quantitas, non debet esse in 4. Specie Qualitatis: sed figura est Quantitas, ergo &c. probatur minor, quia figura est illa, quæ terminis claudituꝛ, & continetur. Et si dicatur, quod figura alio modo est Quantitas, & alio modo est Qualitas, & quod illa figura, quæ est Qualitas, exibatur à figura, quæ est Quantitas. Contra hoc est, quia inquit Philosophus in libris Physicorum, quod ea non Substantiæ non potest fieri Substantia, ergo ex non qualitatibus non potest fieri Qualitas, ergo ex figura, quæ est Quantitas, non poterit fieri figura, quæ est Qualitas.

3 Nostra Conclusio est omnibus communis. Formam, & figuram esse unam Speciem Qualitatis, ut ribus præcedentibus conclusimus. Ita Omnes interpretes Arist. & Aegid. in Prædicam. cap. de Qualitate. Sed ut hanc conclusionem probemus, & rationem formalem ostendamus, in qua constituitur forma & figura, Aduertendum est, quod omnium rerum quædam sunt naturales, quædam vero mathematicæ. Res naturales sunt Subiecta motus, & Materiæ, ut homo, &c. at res Mathematicæ sunt abstractæ à motu, & à materia, non secundum esse, sed tantum per intellectum. Res ergo naturales habent suas Dispositiones, & suas formas, quæ sunt Qualitates de pri-

Assertio substantialis.

ma, a. vbi 3. Specie Qualitatis sed Res Mathematicæ habent suas *Dispositiones*: habent suas Dispositiones, & formas, quæ eramus dicturi de quarta Specie Qualitatis.

4 *Ratio* non est, quod rerum Mathematicarum, quædam sunt simplices, vt linea, & quædam sunt compositæ, vt Triangulus: Dispositiones rerum Mathematicarum simplicium dicuntur forma, veræstitudo, &c. Dispositiones vero rerum Mathematicarum, dicuntur figuræ.

5 Deinde adverendum est, quod figura vno modo non dicit aliud, nisi spacium inclusum vel vna linea, vt circulus; vel lineis, vt Triangulus: & alio modo dicat Dispositionem linearem, & sic non illud separatum; & primo modo cum nominant spacium inclusum, figura est Quantitas in Qualitate, sicut Subiectum in sua Dispositione: sed secundo modo quatenus dicit Dispositionem, sic est Qualitas in Quantitate tanquam Dispositio in Subiecto.

6 Ex per hæc patere potest non solum distinctio inter formam, & figuram, sed etiam quare forma, & figura constituant speciem Qualitatis, abalijs dictam &c.

7 Ad argumenta in Oppositum Respondetur, quod Forma, quæ est quarta species Qualitatis, non est forma communis ad Substantiam, & ad accidens: sed est forma Accidentalis: & licet forma Accidentalis, quatenus est Dispositio rerum naturalium sit in 1. 2. & 3. Specie Qualitatis: quatenus tamen est Dispositio rerum Mathematicarum, est tantum in 4. Specie Qualitatis.

8 Ad secundum, cum dicitur, quod figura est Quantitas, iam dictum est, quod in vno sensu est Quantitas, quatenus scilicet notat aliquod Spacium inclusum: sed in alio sensu quatenus nominat Dispositionem linearem, sic est Qualitas. & cum instatur, quod sicut ex non Substantijs non fit Substantia, ita ex non Qualitatibus non fit Qualitas; *Respondetur*, quod sicut ex non Substantijs non potest fieri *Substantia*, ita vt id, quod non est Substantia, sit pars Substantiæ: ita ex Quantitate non potest fieri qualitas, ita vt Quantitas sit pars Qualitatis: bene tamen ex Quantitate potest fieri Qualitas, i. ex Quantitate potest Causari qualitas. & hæc de Speciebus Qualitatis.

ARTICVLVS TERTIVS

## De Proprietatibus Qualitatis.

THres Philosophes assignat Qualitatis Proprietates. Prima est habere contrarium, suscipere magis, & minus; tangens, quod per Qualitatem dicimur similes, vel dissimiles; sed quia de hac vltima nunc est disputatio, ideo hunc articulum duabus dubitationibus absolvemus.

ARTICVLI TERTII

## De Proprietatibus Qualitatis.

### Dubitationes Duæ.

Dub I.
An Qualitas habeat contrarium

Dub II.
An Qualitas suscipiat magis, & minus?

### DVBITATIO PRIMA

### V. Sola Qualitas habeat contrarium?

1 ARistoteles 10. meth. capit. 6. Contraria, quæ propriè sunt talia, sic diffinit. *Contraria sunt, quæ sub eodem Genere maximè distant, & ab eodem subiecto maximè recipiuntur.* Et de hac contrarietate quæritur in præsenti, ante de proprietate solius Qualitatis.

2 Cui dubio breviter dicendum est, non omni Qualitati conuenire, habere contrarium. Hoc facile patet, discurrendo per omnes quatuor species Qualitatis: nam inter habitus, multi sunt, qui non habent contrarium, vt habitus Principiorum, qui est quasi lumen spirituale, adeò perfectum, vt non possit habere positivum contrarium, quod illud expellat à suo subiecto. Item in secunda specie Qualitatis constat, intellectum, Voluntatem, & similes potentias non habere contrarium. In tertia specie maiori ex parte inueniuntur Qualitates, habentes contrarium: & si forsan sunt aliquæ, quæ careant contrario, illæ sunt nobis ignotæ. In quarta denique specie nulla proprie est contrarietas: vna enim figura non est alteri contraria, licet sit diuersa.

Nō oīs qualitas habet cōtrariū

3 Soli autem Qualitati conuenit propriè habere contrarium: vnde Philosophus in textu hoc voluit significare illis verbis, cum ait *Et amplius & ex contrarijs esse videtur fieri Qualitas*, hoc patet

Solus qualitati conuenit habere contrarium

*lam est proponenti ex singularia Predicamenta, quamdam & reliquorum est quale*) quasi diceret, quod si vnum contrariorum est in aliquo Genere Qualitatis, & aliud contrarium erit etiam in eodem Genere Qualitatis: vt si iustitia est Qualitas, etiam iniustitia; soli ergo Qualitati propriè, & in rigore conuenit habere contrarium.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum soli Qualitati conueniat suscipere magis & minus?*

1 DE Intensione, & Remissione Qualitatum voluerat hic specialem inibi tractationem: sed quia id proprium Philosophi est; & ad librum de Generatione pertinet, tractare de modo, quo intenduntur, & remittuntur Qualitates; ideo totum consulto remittendum putaui in Thomo sequenti Tractatu tertio. Pro nunc solum, quod Logicum est, breuiter explicabo.

2 Et Primo certum omnibus esse debet, quod non omnibus Qualitatibus conueniat suscipere magis, & minus: nam quanta species habent formam, & figuram non suscipiunt magis, & minus: an autem contineant soli? ex eo colligi potest, quod alia Predicamenta propriè, & in rigore magis, & minus non suscipiunt, vt partim visum est de substantia, Quantitate, Relatione: & partim videbimus in sequentibus: vnde possumus concludere, hanc proprietatem tantum conuenire Qualitatibus in rigore: & hæc de Predicamento Qualitatis.

QVÆ-

# QVAESTIO SEXTA
# DE
# SEX VLTIMIS PRAEDICAMENTIS.

NON multa pro nunc differemus de sex vltimis Prędicamentis, disputaturi Deo adiuuante latius de eisdem in sequenti thomo cum Phisicis. Et propterea prędictam quæstionem solummodo diuidemus in sex Articulos subsequentes, iuxta numerum sex vltimorum Prædicamentorum.

QVÆSTIONIS SEXTÆ.

*De Sex vltimis Predicamentis*

*Articuli Sex.*

*Articul. I.*
*De Predicamento Actionis.*
*Artic. II.*
*De Predicamento Passionis.*
*Artic. III.*
*De Predicamento Quando.*
*Artic. IV.*
*De Predicamento Vbi.*
*Artic. V.*
*De Predicamento Situs.*
*Artic. VI.*
*De Predicamento Habitus.*

ARTICVLVS PRIMVS

*De Predicamento Actionis.*

SVB hoc Articulo videndum esset, Quotuplex sit actio, & an Quælibet pertineat ad hoc Predicamentum, Præsertim illa, per quam Deus agit ad extra? sed de hac re alibi est tractatio, pro nunc sequentia dubia videbuntur

AR-

## ARTICVLI PRIMI

## De Praedicamento Actionis.

### Dubitationes Tres.

*Dub. I.*

*Vtrum Actio sit Genus Generalissimum, distinctum à Passione?*

*Dub. II.*

*Vtrum Actio sit Accidens extrinsecum adveniens, & quae sit ratio formalis Actionis Praedicamentalis?*

*Dub. III.*

*Quae sint Proprietates Actionis Praedicamentalis?*

## DVBITATIO PRIMA

*Vtrum Actio sit Genus Generalissimum, distinctum a Passione?*

1 VIdetur, quod Actio nec sit Genus Generalissimum, nec sit Praedicamentum distinctum à Passione, quia Philosophus in Praedicamento Qualitatis ait, quod Contraria sunt sub eodem Genere. Sed Actiuum & Passiuum sunt contraria, ergo Actio, & Passio conueniunt in Genere, ergo Actio non est Genus Generalissimum, cum habeat superius aliud Genus. Deinde idem Philosophus in primo libro de Gener. ait, quod actiuum, & Passiuum sunt simulia Genere, ergo Actio, & Passio sunt eidem Generi, consequenter sequitur per locum à coniugatis.

2 Sed vera sententia est, Actionem esse Genus Generalissimum, distinctum à Passione, quia omnes, qui scholasticam doctrinam profitentur, & Egidius expresse in expositione libri Sex Principiorum. Probatur copiosius facile, quia Actio habet modum essendi Principalem, qui non reducitur in alium formaliter; ergo Actio est Genus Generalissimum, distinctum ab aliis constat. Antecedentia est euidens, patet antecedens, quia licet sit in Passo, formaliter tamen est ab Agente dependentia actio ab Agente est ratio formalis, distincta ab hoc, quod est dependere à passo.

3 Ad primam rationem in contrarium Respondetur, quod

Cõtraria opposita possunt esse ẽ eo dẽ Genere, & in diuersis Generibus.

quod cum Philosophus dicit, contraria esse sub eodẽ Genere, loquitur de contrarijs in lata significatione, i. contraria, quæ sunt opposita, possunt esse non solum in eodẽ Genere, sed etiam in diuersis Generibus: imo ipsa contraria possunt esse Genera aliorum, & quia Actio, & Passio sunt contraria, i. opposita, in veam quod vtrũque ipsorum potest per se esse Genus Generalissimum. Ad secundam dicitur, quod Actiuum, & Passiuum sunt similia Genere, in Genere subiectibili, quod est eorum subiectum, non vero in Genere prædicabili.

## DVBITATIO SECVNDA

*V. Actio sit extrinsecus adueniens, & quæ nam sit ratio formalis constitutiua Actionis Prædicamentalis?*

Argumenta dubitationẽ resolutis

1 PLacetne hic audire magnum Ægidium in Quæst. de mensura Angelorum q. 8. sic discurrentem? Actio quælibet perfectio est ab Agente in Passo. Actio igitur dependet ab Agẽte, & Patiente. Agens quidem potest esse ab eo causata, & Patiens

vere, præsens est in eo recepta nec est eadem dependentia hæc, & illa: nã si Agens posset facere Actionem, per se existentem, dependeret illa Actio ab Agente, sed non dependeret a Passo: si ergo hoc est de ratione Actionis, quod indigeat Agente, à quo fit, & Patiente, in quod recipiatur ab vtroq; hẽ esse: & hic modus essendi non erit idẽ formaliter cum alio, & propterea ex alio, & alio modo essendi, non reducto in alium formaliter, immetar alia, & alia prædicamentalitate. Nec idem modus dependentiæ Actionis, vt comparatur ad Passum, & vt comparatur ad idem tanquã ad subiectum: nam si Perfectio illa, quæ dicitur Actio, fuisset in subiecto, non inducta ab alio, dependeret quidem ab eo, in quo esset, tanquã à subiecto, sed non dependeret ab eodẽ tanquam à Passo: Perfectio ergo illa, quæ dicitur Actio, vt dependet ab Agente, dicitur Actio, vt dependet ab eo, in quo est, tanquam à Passo, dicitur Passio, sed vt dependet ab eo, non tanquã à Passo, sed tanquam à subiecto, hẽ est Qualitas quædã, vel Quantitas, secundum diuersam rationem fundandi, quod est in subiecto, in-

quam ergo sumitur alia, & Aliter ratio Accidentis nisi ex alia, & alia dependentia, & secundum quod Accidens habet diversos modos dependentiæ, quemadmodum non reducitur in alium subiectum sic sumitur ex illa re alia, & alia ratione formali, hyc Aegid. 2. Placuit hanc doctrinam adertibus aduertere, quia ex illa colligi potest eadem ratio formalis Actionis, sed & Passionis, & aliorum Praedicamentorum.

3 Imo ex eadem inferri potest, Actionem esse Accidens extrinsecus adueniens; quia Accidentia intrinsecus adueniencia illa sunt, quæ vltra subiectum, in quo sunt, non requirunt ad eorum constitutionem, & formalitatem aliquod aliud tanquam causam efficientem, cuius Genesis sunt sola Subiectum, & Qualitas, sed Actio vltra dependentiam, quam habet a subiecto, in quo est, dependet vlterius ab Agente tanquam a causa, ergo Actio est Accidens extrinsecus adueniens.

Declaratur, quomodo sint accidentia intrinseca &c. ad oppositum

## DVBITATIO TERTIA

### *Quæ non sint Proprietates Actionis Praedicamentalis?*

1 PRima Proprietas, quam assignat Philosophus, est, quod Actio habeat contrarium: nam calefactio, & infrigidare contraria sunt sed circa hanc proprietatem ad aduertendum, quod Actio secundum se, & ex propria sua qualitate non habet contrarium quia vna Actio secundum suam essentiam cum alia Actione et qualitate sumpta, non contrariatur sed dicimus Actionem habere contrarium, vel ratione Principij, a quo producitur, vel ratione termini per Actionem adducti; quia per Actionem producitur qualitas, quæ habet contrarium, propterea dicitur, quod Actio habet contrarium.

1. Prop. Actio habet contrarium

2 Secunda Proprietas est, quod susceptiua magis, & minus, nam vnum Agens, quod est ignis, dicitur magis calefacere, quam aliud; sed hæc proprietas explicanda est eodem modo, quo prima.

2. Prop.

3 Tertia Proprietas, quam ponit Gilbertus Puretanus, est, quod omnis Actio sit cum motu: & in omni motu sit quodammodo Actio: nam motus, & Actio identificantur realiter, accipiendo motum largo modo, quatenus se extendit etiam ad mutationem: non quod Actio sit motus formaliter, vel è contra: sed vera est hæc Propositio, mouere est Agere, seu motus est Actio causaliter tantum.

3. Prop.

tum, quatenus à motus causatur ab Actione.

Vltima Propr.

4 Quarta, & vltima Proprietas Actionis est, passionem inferre: nam ex eo, quod Actio procedit ab Agente, ad aliquid producêdum in passo, fit, quod Actio realiter causat Passionem in Passo. adhoc autem non requiritur realis distinctio tanquam res à re, sed sufficit distinctio, vt infrà quæsti Articulo de Passione dicemus.

## ARTICVLVS SECVNDVS

# DE PRAEDICAMENTO Passionis.

DE Passione, quatenus è Prædicamentum, restat Vnica sequens dubitatio explicanda.

## DVBITATIO VNICA

### V. *Passio constituat per se Prædicamentũ distinctum à cæteris?*

Rãdub.

Principium in suo Genere, ergo Passio si habet Principiũ, nõ põt esse Prædicamẽtũ Secunda Passio reperitur in alio Prædicamẽto, scil. in tertia specie Qualitatis; ergo Passio non est Prædicamentum. 2. Passio dicit Relationem ad Agens, & è contra: ergo Passio potius pertinet ad Prædicamentum Relationis.

2 Hic non est repetenda, quod iam alioquin nos quid in Art. præcedẽte dub 8. fed illa Doctrina supponitur, dicendum est, Passionem ita se constituere specialem Prædicamentum, distinctum ab alijs eiusq; rationem formalem esse solum dependẽtiam à Passo. Probatur facilè, primo, quia Passio in Genere Passionis non habet prius, nec superius; licet id habeat in Genere Actionis; ergo Passio in Genere Passionis est Genus Generalissimum. Deinde Passio habet rationem Qualitatum communem communitate Generis Generalissimi, dillinctam à quidditate Alterius Prædicamenti; ergo, &c. Probatur antecedens, quia Ratio formalis communis Passionis est dependentia à Passo, quæ est communis pluribus communitate Generis Generalissimi cum possit communicare plurimis passionibus

Statuit concl.

Genere subalterno distinctis: & vterius hoc, quod est dependere à Passo nullo alterius Praedicamento contento, praterquàm Passionis ergo Passio constituit Genus Generalissimum, distinctum ab aliis.

3 Ad primam rationem dubitandi, & quod Passio in Genere Passionis non habet Principium, sicut materia in Genere causæ materialis non habet aliam causam materialem, & ipsa primam, nec forma in Genere causæ formalis dependet ab alia forma: habet tamen Passio principium in alio Genere Actionis: quia extrinsecè, & effectiuè Passio constatur ab Actione. Ad secundum dico, quod si Passio consideratur quatenus immediatè constatur ab Actione, sic dicitur Praedicamentum: si verò consideramus, quatenus immediatè constatur ab alia Passione, & mediatè ab Actione, sic est in 3. Specie Qualitatis. Ad 3. cum dicitur, quod Passio dicit Relationem ad Agens, distinguendum est. de Relatione secundum dici, verum est: sed falsum de Relatione secundum esse.

## ARTICVLVS TERTIVS

# DE PRAEDICAMENTO Quando.

DE hoc Praedicamento vel non loquuntur Doctores, vel vix pauca: ideò circa de Quando sequentia dubia explicanda proponimus.

---

## ARTICVLI TERTII

## De Praedicamento Quando

### Dubitationes Sex.

*Dub. I.*

*An Quando constituat speciale Praedicamentum?*

*Dub. II.*

*Quid sit Quando essentialiter & Qualitative?*

*Dub. III.*

*Quotuplex sit Quando, idest quotuplex Quando simplex, & Quando compositum, & an Quando habeat species, de quibus essentialiter praedicetur?*

*Dub. IV.*

*An Quando sit in eodem subiecto cum tempore, à quo constatur?*

Dub.

Dub. V.

V. Quando sit in omni Entreato?

Dub. VI.

Quot, & quæ non sint Proprietates Quando?

## DVBITATIO PRIMA.

### An Quando constituat Speciale Predicamentum?

1 PRimo ratio dubitandi est, quia non apparet, à quo ipsum Quando recipiat esse; nam si ipsum Quando recipiat esse à tempore, male id; à tempore, sed hoc non, ergo &c. probatur minor, nullum tempus est, seu tempus nullam habet esse, ergo à tempore Nullum Quando recipit esse: consequentia sequitur, nam à Negatione cause ad negationem effectus optima est Argumentatio: Nunc probatur multipliciter illud antecedens, quod si nec tempus sit, nec habeat esse. Primo, si tempus esset, partes eius essent, sed partes temporis, præteritum, & futurum non sunt, ergo tempus non est; secundo si tempus est, aut est in fieri, antis facto esse, non potest dici, quod tempus sit in facto esse; cum esse partes nullam habeant permanentiam; sed datur tempus esse in fieri: contra id sic arguitur, illud, quod fit, non est; sed tempus fit, ergo tempus non est.

2 Sed procul dubio dicendum, quod Predicamentum Quando constituit reale, & speciale Predicamentum distinctum ab aliis, est communis consensus omnium, & Aegidius expresse in Quæst. de Mensura Angelorum q. 4. Probatur autem facile, quia Quando est modus essendi rei principalis, non reductus in alium modum essendi formaliter, ergo Quando constituit rerum, & Reale Predicamentum, distinctum à cæteris, consequentia est infallibilis, antecedens autem latius probabitur in dubio 1. quæsiti.

3 Ad rationem dubitandi dicendum est, falsam esse, quod Quando à nullo habeat esse: nam Quando recipit esse à Tempore: ad probationem, cum dicitur, quod tempus non est, nec habet esse, id similiter falsum est; nam si motus est, etiam tempus dicta sit ens, cum sit ens a motus, & nullus sit motus, qui non mensuretur à tempore; quod autem motus sit, id euidens est; nam datur primum mobile, quod motu continuo mo-

monetur: & quando dicitur, quod partes temporis non sunt, distinguendum est, non non sunt permanenter, concedimus: non sunt successiuè, negamus. ea autem quæ sunt in successione, quando sunt, sunt, & quando sunt facta, non sunt.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quid sit Quando essentialiter, & Quid dicatur?*

1 Gilbertus Porretanus Author sex Principiorum sic dixit *Quando est id, quod relinquitur ex adiacentia temporis*. Contra hanc definitionem multipliciter posset argumentari Primo, quia nihil relinquitur ex adiacentia temporis, cum tempus non adiaceat, ergo, &c. Secundo, si Quando esset, nihil aliud esse posset, nisi esse in tempore; sed Deus, & Angeli sunt in tempore, quia coexistunt nostro tempori, & tamen eis non conuenit Quando, ergo vel Quando non est, vel nihil est. tertio, impossibile est dari aliquod Genus præsertim Generalissimum sine Speciebus; sed Quando non habet Species, ergo Quando nihil est; probatur minor, quia esse in tempore, est eiusdem rationis in omnibus, sicuti ipsum metaempsa est vnum nomen, ergo, &c.

2 Sed supponendum primò, quod dicit habet Aegid. in Quæst. de mensur. Angel. q. 4. Quod Tempus sine consideretur vt mensurans temporalia, siue quocunque alio modo, quia secundum se non habet nisi vnum modum essendi, & vnam dependentiam, quæ est à Subiecto, in quo est; & talis dependentia, siue talis modus essendi non est principalis, se reducens ad modum essendi Quantitatis. Ideo Tempus quantum est ex se, siue consideretur, vt mensurans temporalia, siue omni alio modo, non facit particulare Prædicamentum, sed reducitur ad Quantitatem. At varietatem potalium si consideretur, quatenus est causata à motu cæli, sic constituit Prædicamentum Actionis: si vero consideretur, quatenus est recepta in ipsis temporalibus, sic est Passio: si tandem consideretur, quatenus est mensurata per motum cæli à tempore, sic est Prædicamentum Quando: Itaque tota Quidditas, & essentia Prædicamenti Quando nihil aliud est, nisi dependen-

dentia temporalium à tempore, & effluxibilitate, dependentia ab agente tanquam à causa, constituit Prædicamentum Actionis, & dependentia à Passo, constituit Prædicamentum Passionis, ita dependentia rerum temporalium à tempore, constituit Prædicamentum Quando.

3 Vlterius supponendum est, quod tempus dupliciter potest considerari, primo quatenus est Quantitas, mensurans ipsum motum secundum æquale, vel inæquale; & sic tempus non est causa ipsius Quando: alio modo potest considerari tempus, quatenus est fluxibilitas, & successione: & tunc ex ipsa fluxibilitate relinquitur in re temporali quædam Proprietas, seu quædam infectio, quæ constituit Quando: nam res infficitur, & habet esse in tempore.

4 Nunc sit Nostra Conclusio Prædicamentum Quando est dependentia, seu infectio derelicta in re temporali à tempore: habetque Quando Causam sui esse nō aliud nisi fluxibilitatem seu successionem temporis. Ita Aegidius in loco prallegato. potestque huius conclusionis ratio fundamentalis sic breuiter efformari. Hoc, quod est, rem temporalem dependere à tempore, & esse infectam à fluxibilitate, & successione temporis, est modus essendi rei principalis, non reductus in aliquem modum essendi formaliter, ergo talis dependentia rei temporalis à tempore constituit peculiare Prædicamentum, sed non aliud, quam Prædicamentum Quando, ergo ratio Quidditatiua, & constitutiua Prædicamenti Quando est sola dependentia rei temporalis à tempore; seu infectio rei temporalis à successione temporis. Primum antecedens est certum apud omnes, & prima consequentia etiam sequitur: minor autem eiusdē Syllogismi Probatur, quia nullum aliud Prædicamentum constituitur in suo esse quidditatiuo per hoc, quod est dependere à fluxibilitate temporis, præter Prædicamentum Quando.

5 Ad argumenta contraria Respondetur, supponendo primo, quod idem sit dicere, Quando est id, quod est Adiacentia temporis resequitur: ac si dictum fuisset, quod Prædicamentum Quando est dependentia, seu infectio derelicta in re temporali à fluxibilitate temporis, & hac explicatione supposita, nulla difficultas est

Argumenta contrarium

est in prima Argumento. Ad secundum Respondebimus in dubit. 5. sequenti, ubi videbimus, an Quando sit in omni ente etiam increato? Primum breuiter dicimus, quod Quando non solum est esse in tempore, sed est dependere, & habere dependentiam temporis, quod nec Deo, nec Angelis conuenire potest. Ad 3. Respondebitur in dubitatione sequenti.

## DVBITATIO TERTIA

### *Quotuplex sit Quando, & an Quando habeat subsse species?*

1 NOn videtur, posse assignari, quaenam sint species subalternae, & specialissimae huius Generis Quando, ergo illud, vel non est Genus, vel non constituit Praedicamentum; sed habet non nullum est Genus, quod non habeat species: probatur antecedens, si Quando haberet species, maxime essent durare seu esse in tempore praesenti, praterito, & futuro: sed hoc non potest dici, ergo &c. probatur minor, esse in tempore praesenti, praterito, & futuro, conuenit Deo, & Angelis, quibus non conuenit Quando, ergo Deinde illud Quando, quod est ex praterito, non est distinctum ab illo Quando, quod est ex praesenti, vel futuro: ergo huiusmodi non possunt dici plures species, de quibus praedicentur idem. Genus Quando consequentia est euidens, probatur antecedens: nam, de illo tempus est Praeteritum, praesens, & futurum, ergo, &c. Iuxta omnis species Praedicamenti Realis debet esse ens reale: sed Quando ex tempore Praeterito, & Quando ex tempore futuro non sunt entia realia, quia illud, quod non est, nullo modo dici potest ens reale: ergo Quando ex praterito, & Quando ex futuro non sunt species Quando. Demum nec potest dici, quod Omne Quando sit simplex: nam vt temporalia composita non potest habere Quando simplex. Nec dici potest, quod Omne Quando sit compositum: nam Actio instantanea non habet Quando compositum: nec tandem dici potest, quod vnum Quando sit simplex, & aliud sit compositum: nam omnis Actio est composita, ergo nullum datur Quando simplex.

2 Pro Adequata, & plena resolutione huius Dubitatio-

nis,

dia, quæ tenè non est facilis. Primo est aduertendum, quod Quando formaliter nō est tempus nec præteritum, nec præsens, nec futurum: sed essentialiter, & quidditatiuè est dependentia, vel infectio, relicta in re temporali ex successione temporis: & quia Tempus diuiditur in Præsens, Præteritum, & futurum; ideo dicit Quando ex tempore præterito, quod non est formaliter ipsum tempus præteritum, sed essentialiter est infectio, relicta in re temporali ex tempore Præterito; secundum quam infectionem res temporalis dicitur fuisse, dicuntur Quando ex tempore præsenti, quod formaliter loquendo, non est instans; sed infectio relicta in re temporali ex tempore præsenti, secundum quam infectionem res temporalis dicitur esse in præsenti. & dicuntur tandem Quando ex futuro, quod formaliter non est ipsum tempus futurum; sed est infectio relicta in re temporali, secundum quam res temporalis dicitur futura esse. & huiusmodi constituunt tres species Quando

3 Secundo obseruandum est, quod Quando de Præterito non est simul cum tempore præterito, .i. relicta in re temporali ex tempore Præterito; quantum ad essentiam suam non est simul cum tempore præterito; nam tempus abijt: infectio autem relicta ex præterito in re temporali, quantum ad essentiam suam est. Similiter Quando de futuro non est simul cū tempore futuro, quia tempus futurum nōdum est; Quando autem ex futuro quantum ad essentiam suam est in re temporali, quia omnia Quando sunt actu in re temporali: & sicuti actu denominant rem temporalem, ita manet in re temporali suum simul: quamdo enim possent dici plura rem temporalem denominare, si simul in re temporali non essent? Sed Quando de Præsenti, & ipsum tempus præsens simul sunt .i. Dependentia rei temporalis ex tempore præsenti simul est cum tempore præsenti.

Vnum Quando differt ab alio quæ pro tanto patet.

4 Nec vnum Quando est idem essentialiter cum alio Quando; sed Quando de Præsenti essentialiter differt tum a Quando de Præterito, tum etiam a Quando de futuro per hoc, quod vnum sit prius, & aliud sit posterius: Nam partes temporis puræ sic habiter considerati, prima in essendo, & sic Præsens semper est prius, & omnia

alia sunt posteriora secundo in recedendo ab esse, & sic Præteritum est prius, & reliqua sunt posteriora; tertio tandem in accedendo ad esse, & sic futurum est prius, & reliquæ sunt posteriora. Quando ergo ex præsenti essentialiter differt à Quando ex præterito, quia Quando ex Præsenti in essendo est prius, Quando vero ex præterito est posterius: sed in recedendo ab esse, è contra. Quando ex Præterito est prius, Quando vero de præsenti est posterius: Sic si comparetur Quando ex Præsenti cum Quando ex futuro, vnã essentialiter distinguitur ab alio, quia in essendo prius est Quando ex præsenti, quã Quando ex futuro: in accedendo vero ad esse totũ e cõtra prius est Quãdo de futuro quã Quando de Præsenti.

Omnia Quãdo sunt diuisibilia singula tur Species continentur tamẽ in Genere

1 Quamuis autem hæc omnia Quando Specificè considerata, essentialiter distinguantur, inquantum vnum est alio prius. Generice tamen omnia sunt vnum. Quando: non quod omnia sint vna Species, sed quia omnia tanquam plures Species subalternæ conueniunt in vno Genere; Quando igitur ex præterito est vna Species Subalterna, cuius Species Specialissimæ sunt esse heri, esse anno elapso, &c. Et Quando ex desperati est alia Species subalterna, cuius Species Infimæ sunt esse hodie, in momento, &c.

Datur Quãdo simplex & Quãdo compositũ.

6 Vltimo aduertendũ, quod sicuti Omnium temporum aliud est simplex, & aliud est compositum: ita omne Quãdo aut est simplex, aut est compositum. Illud tempus dicitur Compositum, quod mensurat actionem compositam, & illud tempus dicitur simplex, quod mensurat actionem simplicẽ: nec tempus ẽ simplex, quia forte tempus sit Indiuisibile, Nam Omne tempus est Quantitas continua, & ex consequenti diuisibile: sed tempus dicitur simplex per cõparationẽ ad aliud tempus. Nam Hora potest dici tempus simplex rũ Dici, vel aliter Tempus ẽ simplex, loquendo largè de tẽpore, quatenus significat indiuisibile, seu instans, quod propriè non est tempus: sed principium temporis, & tale tempus bene est simplex. Sic de Quando, illud dicitur Quando simplex, quod est in re, q̃ habet esse in instanti: Quãdo vero compositum dicitur esse illud, quod habet esse in tempore diuisibili, vt esse in Die, vel in hora, &c.

7 His omnibus sic notatis, fit Conclusio Principalis. Datur Quãdo simplex, & Quãdo Cõpositũ ha-

assertio principalis.

bitq; Quando plures subsp species: de quibus essentialiter judicatur aliqua Genus: ita Aegidius in expositione textus libri Sex Principiorum. & probatur, quia esse in momento, est Quando simplex; esse in tempore divisibili est quando compositum: & quia Quando ex præterito essentialiter differt à Quando ex futuro, & à Quando ex præsenti, sequitur, qd Quando, quod est Genus Generalissimū habet subsplares species, & plura Qñ, de q̄b⁹ essentialiter judicatur.

Satisfit rationibus incōtr.

8 Restat respondere argumentis in oppositum adductis. Ad primum, quod partim remanserat insolutum in dubitatione præcedenti, negādum est antecedens: iam n. assignauimus partes speciei Quando: cum vero dicitur, quod esse in tempore præsenti, præterito, & futuro, convenit aliquibus, quibus non convenit Quando, id absolute negandū: ad cuius probationem dicimus, qd Quando formaliter non est ipsum tempus, nec est esse in tempore, sed est dependentia, seu inscriptio rebita in re temporali ex fluxibilitate temporis: & quia nec Deus, nec Angeli dependent à tempore, ideo nec Deus, nec Angeli habēt Quando. De Deo res certa est: de Angelis autem quare non dependeant à tempore, nec habeant Quando, in sequenti dub. 3. declarabitur.

9 Ad secundum negandū est antecedens, quod Quando ex præterito non distinguatur essentialiter à Quando ex futuro, & à Quando ex præsenti: iam n. ostendimus distinctionem essentialem in omnibus Quando: ad probationem autem dicimus, qd omnia Quando sunt idem in Genere supremo, seu quantum ad causam: quia idem ō tempus, ex cuius successione causātur omnia Quando: & sicut latio filii super terram primus futura, postea eadem est præsens, & deinde illa eadem est præterita: sic idem Quando est ex præterito, præsenti, & futuro quantum ad causam, sed quam essentialiter distinguitur ab alio, quia diuersum est esse, vel fuisse, vel futurum esse.

Quodl. Quādo est verū ēt reale.

10 Ad tertium negandū est minor, quod Quando ex præterito, & Quando ex futuro non sint entia realia: ad probationem dicimus, qd Quando formaliter non est ipsum tempus extrinsecum, de quo verum est, quod Præteritum transijt, & futurum non dum est; sed Quando q̄ditative, & essentialiter est forma realis, quæ vocatur inscriptio, & de rōnqaitur in re temporali ex præterito, quod transijt,

Datur vnitas de simplex, & aliud à puncto.

& ex tunc: quod falsum est.

2. Ad vltimum respondetur, quod est simplex quoad aliquam quantitatem, & non simpliciter, & per se: & ideo simplex non habet partes integrales, sicut tempus: ideo dicitur simplex, quia caret Actione simplicem.

## DVBITATIO SEXTA

*Vtrum subiectum cum tempore sit à quo causatur?*

1 RAtio dubitandi est, quia pars successiua eo ipso, quo est in primo mobili, est in subiecto: sed Quando est in re temporali, ergo Quando non est in eodem subiecto cum tempore, à quo causatur.

2 Ex alia vero parte Posset arguis Author sex principiorum in textu ait, quod Quando est simul in eodem subiecto cum tempore: vel ergo quod aliter se habent non conuertuntur: sed primo modo, quod nullo modo est dicendum.

3 Veritas tamen Responsionis Quæstionis est, Quando, & Tempus in Metaphysica non esse simul in eodem subiecto: sicut in primo mobili non est successiua hoc dubium explicui in lib. Sex Principiorum pag. 38 & Quæritur probatum autem conclusio quod ad vltimum, quia tempus licet primo, & principaliter sit in primo mobili, & habeat mensurare motum primi mobilis, ex consequenti tamen tempus est in illis inferioribus ergo tempus saltem ex consequenti est etiam in re temporali tanquam in subiecto: sed Quando dicit esse in re temporali, & in subiecto, ergo in istis inferioribus Quando est in eodem subiecto cum tempore, à quo causatur.

4 Vbi autem, & Vbi, quod causatur à loco nunquam sunt simul in eodem subiecto, quia Vbi semper est in loco, in quo nunquam esset, nisi prius esset locatum: & propterea Posset dici, quod Quando dicit simul in eodem subiecto cum tempore, à quo causatur.

Quãdo & Vbi non sunt simul in eodem subiecto cũ tempore, à quo causantur.

Vbi nũ quã est in eodẽ subiecto cũ tempore, à quo causatur.

fieri, intelligit ad differentiã. Vbi quando conuenit ei in eodem subiecto cum loco, à quo caret.

## DVBITATIO QVINTA.

### V. Quando sit in omni Ente Creato?

1 Est autem dubium, an Quando reperiatur non solum in temporalibus, quæ mensurantur tempore continuo, sed etiam in Angelis, qui mẽsurãtur discreta mẽsura Ævi? Et sic omnes Recentiores affirmant, ita in primis Suarez disp. 50. sect. 2. Ruuius cap. 22. de Quando dub. 2. Item Arriaga pro babiliter defendit hoc idem q. 33. concl. 4. fundantur autẽ hi omnes Doctores in eo, quod forma extrinseca, à qua desumitur Predicamentum Quando, non sit tantum tẽpus continuum, quo mensurantur temporalia, sed sit Æternitas participata, qua mensurãtur animæ beatæ, & Angeli, & eodem tempore discretum, quo mẽsurantur operationes Angelorum: & de in hoc Doctorum sententia esse in tempore continuo, est vna species subalternata Predicamenti Quando; & esse in Æternitate participata alia species subalterna eiusdem Predicamenti Quando, & esse in Ævo, est distincta species subalterna esse tandem in tempore discreto, est alia species subalterna eiusdem met Predicamenti Quando, & si petatur quod nam sit Genus Generalissimum horum Predicamenti? Respondeo, quod Quãdo potest dupliciter sumi, primo limitate, & specifice pro esse in tempore continuo, & hoc modo est vna species subalterna horum Predicamenti. Secundo accipi potest Quando abstracte, & vniuersaliter pro hoc, quod est esse sub quacunq; mensura, mensurãte durationem rei creatæ, & hoc modo constituit Genus Generalissimũ huius Prędicamenti, solitq; sub alijs terminis vocari Duratio Creata, vel durãs creatum.

Recentiores affirmãt.

Eorum rõnes.

3 Quamuis autem defensores huius sententiæ nullum afferant argumentum, à priori probandum potest tamen hic modus dicendi sic fundari. Esse in tempore continuo, habuit quidam Quando, quod est in rebus temporalibus subsistunt, ergo esse in Ævo, continuit aliud Quando, quod est in Angelis. Si esse in Æternitate partici-

pa-

ta facit aliud Quando, quod erit in animabus beatis de antecedenti nullus est, qui dubitat. Ista vero probatur, quia esse in Æuo, in Æternitate participata, vel in tempore discreto, non est minus Accidens, esse in tempore continuo, quã Æuũ, & eõ in Æuo aduenit Angelo, qui est per se existens: & cum esse in illis mensuris ad nullũ aliud Prædicamentorum reducatur, sequitur, quod sicut esse in tempore continuo pertinet ad Prædicamentum Quando, ita esse in Æuo, vel in qua cunq; alia mensura, mensurante durationem rei creatæ, ad idem pertinebit Prædicamentum.

4 Ceterum vt cognoscatur, an Quando sumatur tantum à tempore, vel etiã ab Æuo, & à quacunq; alia mensura, mensurante durationem rei creatæ, necesse est videre, qd sit Æuũ, seu esse in Æuo: an sicut tempus est Accidens reale de Prædicamento Quantitatis, & esse in tempore est aliud Accidens, qd constituit Quando; ita Æuũ sit Accidens entitatiuum Angelis, & esse in Æuo, sit aliud accidens, aduenies substantiæ Angelorum?

5 Et propterea notandum maxime id, quod docet Ægidius in 2. Sent. dist. 2. q. 1. etiam in q. de mensura, Angel. q. 5. Quid Æuum dicit eandem rem, quam dicit esse Æternum, & supra illud non addit nisi simplicitatem, vel simultatem, nam illa eadem res, quæ est esse Æuitern i, considerata re est actus entis; si consideretur eadem, vt est quid vnitũ, & qd simul, sic dicitur Æuũ: propter hanc tamen diuersam habitudinem, quam addit Æuũ supra esse, non potest Æuum extrahi à Prædicamẽto substantiæ, in quo reponitur ipsum esse; quia & si habitudo aduenies rei, existẽti in vno Prædicamento Accidentali, possit eam reponere in alio Prædicamento accidentali, vt patet de re, quæ est Actio, & Passio; habendo tamen aduenies rei, existẽti in Prædicamento substantiæ, non potest reponere eãdem rem in alio Prædicamẽto substantiæ, quia non sunt plura Prædicamenta substãtialiter dici potest, quod res, quæ est in Prædicamento substantiæ, per aliquam habitudinem, siue permanentem, ponatur in aliquo Prædicamẽto accidentali, quia vt dicitur 2. Phisic. quod raro est, nulli accidit, ergo quod est in Prædicamento substantiæ, non poterit esse in Prædicamento Accidentis sicut quẽ in Prædicamẽto accidẽtis, nõ

Vna, & eadẽ res est esse æternũ, & æuũ,

est

pāt p q̄cunq; habitudinē īnadita reponi in Prędicamēto substantię: licet ergo Æuū adat quamdam habitudinē supra esse Angelicum: quia tamen tale est Angelicum est in Predicamento substātiæ: ideo, & ipsum Æuum erit etiam in eodem Predicamento substantiæ. & sicut Relatio adueniens substantiæ, non facit substantiā Relatiuam secundum esse, sed tantum secundum dici, ita quęcunq; alia habitudo adueniens substantię, vel rei, q̄ est in Prędicamento substātię, nūquam facit talem rem esse accidens secundum esse, sed tantum secundum dici.

6 Rursus aduertēdum est, quod quinque modis potest aliquid esse in Prędicamento substantię: primo tāquam aliquid, quod est ipsa substātia, & sic omnia ea, de quib⁹ directē prędicatur substantia, sunt in Predicamento substantię. Secundo tāquam aliquid, quod est pars substātię: sic ponuntur in Prędicamento substantię materia, & forma. Tertio tanquam id, quod est actus substantię: sic in Prędicamento substantię ponitur esse, quod est actus essentię. Quarto pōt aliquid esse in Prędicamento substātię quia est habitudo fundata in substantia: sic ponitur in Prędicamento substantię nomen Æui, quod dicit habitudinem fundatam in substantia. Vltimo demum pōt aliquid esse in Prędicamento substantię, quia est habitudo fundata in actu substantię: & sic ponitur Æuum, qd dicit habitudinem, fundatā in ipso esse, quod est actus substantię.

7 Ex quibus licet colligere, quod Æuum nullo modo est Accidens secundum esse, quia nec est Quantitas, nec Qualitas, nec Relatio; quamuis includat modum Quantitatiuum, Qualitatiuum, & Relatiuum: & quia Realiter Æuum est idem cum esse Angelico, à quo non distinguitur nisi per diuersam habitudinem: ipsum esse Angelicum est in Prędicamēto substantię tanquam actus ipsius substātię, sequitur quod etiam Æuum sit in Prędicamento substantię, non tanq̄ actus substantię, sed tanquam habitudo, fundata in actu substantię.

Æuum non est accidēs secūdū esse, sed tm secūdū dici.

8 Et ex hoc principio deducitur conclusio principali quęsito respondens: dicimus enim, quod Quando non est in Angelis, nec in quolibet ente creato; sed tantum in rebus temporalibus: quę mēsurantur tempore cōtinuo. Probatur quia Quando tm dēsu-

Qm non ē in Angelis; sed tm in rebus temporalibus.

desumitur à tempore, quod non est in Angelis, & nullo modo desumitur ab Ævo, ut postea probatur antecedens.

Quando est Accidens Reale inhærens rei, quæ habet Quando: sed Ævum, vel esse in Ævo nullo modo est Accidens, ut satis probatum est, sed est in Prædicamento Substantiæ, & est alia pars Temporis seu esse in tempore est verum Accidens, inhærens rebus temporalibus, quæ habent Quando: ergo Quando non desumitur ab Ævo, sed tantum à tempore constituto, & consequenti Quando non est in Angelis, qui mensurantur Ævo, sed tantum in rebus flexibilibus, quæ successive fiunt tempore constituto.

9 Nec valet dicere, quod in Angelis est Quando, non desumptum ab Ævo, ut tactum probat ratio inducta: sed Quando desumptum à tempore, quia dicit in rebus temporalibus est Quando desumptum à tempore; quia temporalia aliquod esse successivum ex ordine ad tempus: Angeli autem nullum esse successivum per ordinem ad tempus, nec ullam dependentiam habent à tempore, in Angelis ergo non potest esse Quando, desumptum à tempore: maior est manifesta, quia temporalia à tempore seu ex ordine ad tempus habent esse separatum, & successivum; minor verò etiam patet, quia Substantiæ separatæ cum sint formæ per se existentes, individuantur per se ipsas, non enim individuantur per esse nunc præsentialiter, quia durationes per esse hic, & nunc, non sunt ponendæ in Substantijs separatis, atque adeo, quia in Substantijs separatis non est materia, propterea in Angelis non est Quantitas secundum esse: & quia Angeli non individuantur per esse nunc, propterea nec est in illis Prædicamentum Quando: & quia ipsi Angeli non individuantur per esse hic, ideo nec sunt in eis illa alia Prædicamenta, quæ sumuntur ex loco, Situs, Vbi, & Habitus: oportet enim, quando res, in quibus sunt Quando, Vbi, Situs, & Habere, habeant etiam dependentiam tum ex tempore, tum etiam ex loco: & quia Substantiæ separatæ nullo modo dependent nec ex loco, nec minus ex tempore; propterea in Substantijs separatis nec est Quando, nec vbi nec situs, neq; Habitus.

Angeli nō dependent nec à tempore nec à loco.

10 Ad rationes dubitandi in Principio adductas, patet So-

Soluũtur rõnes dubitandi

soluto per iam dicta; nam si esse in tempore constituit Quando, hoc ideo est, quia tempus, & esse in tempore sunt accidentia, quæ adueniunt rebus temporalibus: Ast Æuum, & esse in Æuo nullo modo sunt Accidentia secundum esse, quamuis includant quemdam modũ accidentium, & vocari possint accidentia secundum dici. Ad secundam rationem cum dicitur, quod aduenienti, per se existenti, debet necessario pertinere ad aliquod Prædicamentum accidentium: distinguendum est. Si id, quod aduenit, est res, seu aliquid secundum esse, distinctum à re, cui aduenit, id verum est: sed si id, quod aduenit, non sit quid distinctum secundum esse à re, cui aduenit; nec sit res; sed habitudo rei, tunc non est necesse, pertineat ad aliquod Prædicamentum Accidentium, sed potius erit in eodẽ Prædicamento substantiæ, in quo est ipsa mensura per se existens; vel tanquam actus substantiæ, vel tanquam habitudo fundata in substantia, vel denum tanquam habitudo, fundata in actu substantiæ; modo superius declarato, hæc satis.

MAGBONHERBA.

## DVBITATIO SEXTA

### *Quot, & quæ nam sint Proprietates Quando?*

1 Gilbertus Porretanus tres Proprietates assignat huic Prædicamento. Prima est, non suscipere magis, & minus. Secunda non habere contrarium. Tertia, quod Quando reperitur in omnibus, quod incipit esse, singulis breuiter explicabimus hæc tribus conclusionibus.

2 Prima conclusio. Quando non suscipit magis, & minus. Probatur, quia Quando sortitur à re temporali, magis aqua sortitur ẽ tempus, sed & mẽsura tẽp⁹ mẽsurat omnia æqualiter, & vt sic non suscipit magis, & minus, ergo neque Quando.

Qũ ad hoc

3 Sed contra hanc primã proprietatem dices: Quando compositum excedit Quando simplex, ergo Quando suscipit magis, & minus.

4 Sed respondetur ad primum verum esse, dari Quando simplex, & Quando compositum: sed Quando compositum non excedit Quando simplex intensiuè, sed extensiuè tantum: & eo modo dicitur

Satisfit obiecti.

citur, quod Quando non est Quantitas, Respondendum est, quod licet Quando non sit Quantitas, non est tamen sine Quantitate.

3ª Secunda conclusio, Quando non habet contrarium. Hæc conclusio non minus certa quam præcedens, & probatur, quia prima contrarietas est in Qualitatibus primis, & deinde in illis, quæ causantur à Qualitatibus, sed Quando non causatur à Quantitate, ergo Quando non habet contrarium.

2 conc. Quando non habet contrarium.

Obiec. Dices, illa sunt contraria, quæ simul esse non possunt, sed nullum Quando est simul cum Quando futuro, ergo unum Quando contrarium alteri. Respondetur, concedendo maiorem: sed negando minorem, licet tempus præteritum, & futurum non possint esse simul in causa, & in tempore, bene tamen possunt esse simul in eadem re temporali.

Solutio

3ª Tertia conclusio. Quando est in omni ente, quod incipit esse à potentia activa prima causante explicat hanc propriet. eatem Aegid. in expositione lib. 6 Princip. pag. 39. & probatur, quia nulla est res temporalis, quæ incipiat esse de potentia passiva ad actum, in qua non sit Quando: omnes res temporales, quæ incipiunt à potentia passiva ad actum, habent Quando, ergo hæc est proprietas quarto modo convenies Quando.

3 conc.

Obiectiones contra 2. conc.

Dices Angeli incipiunt esse, & tamen in ipsis non est Quando, deinde primum mobile, & tamen in eplo nõ est Quando, cum eplum sit causa ipsius temporis, à quo causatur Quando. Tandem Anima incipit esse, sed in anima nõ est Quando, ergo, &c. Probatur minor, quia Anima est causa temporis, & supra omne tẽpus Respondetur Anima est causa temporis, distinguo, est causa finalis, concedo, est causa efficiens, nego. Et ratio est, quia Anima est causa temporis, non ratione actionis, quæ est mutatio, sed ratione motus, qui est actus entis in potentia, quatenus in potentia, & hoc modo Angeli, & primum mobile sunt causa temporis, & propterea in eplo est Quando. Ad tertiam cum dicitur, quod Anima est causa temporis, & supra omne tẽpus Respondetur Anima est causa temporis, distinguo, est causa finalis, quatenus omnia

Solutio obiect.

Anima est causa finalis temporis, non tamen efficiens nec materialis.

nia témpora sunt propter animam, concedo, est causa efficiens, vel materialis, sic falsum est; & hæc de Prædicamento Quando.

## ARTICVLVS QVARTVS

# DE PRAEDICAMENTO Vbi.

CIrca Prædicamentum, quod vocamus Vbi, sequentes quatuor dubitationes declarandæ occurrunt

## ARTICVLI QVARTI

### De Prædicamento Vbi.

### Dubitationes Quatuor

*Dub. I.*

*Quænam sit ratio formalis constitutiua huius Prædicamenti Vbi?*

*Dub. II.*

*An detur Vbi simplex, & Vbi compositum? seu an Vbi habeat species, de quibus prædicetur?*

*Dub. III.*

*An possit dari aliquod locatum sine Vbi?*

*Dub. IV.*

*Quænam sint Proprietates Vbi?*

## DVBITATIO PRIMA

### *Quænam sit ratio formalis constitutiua Prædicamenti Vbi?*

1 SEnsus est, an Vbi sit accidens reale inhærens corpori locato, vel sit extrinseca tantum denominatio locati à loco? & Doctores satigantur non parum in explicanda quiditate huius prædicamenti. Gilbertus Porretanus sic Vbi definit in suo textu: *est circumscriptio corporis à circumscriptione loci proximi*: contra quam Definitionem sic primo potest argui: circumscriptio pallæ locati à loco non causatur à superficie extrinseca loci, quia hæc non causat aliquem effectum immediatum, vt patet: ergo nec mediatum: & adhuc pinea est infra tria de cælo Empireo, quod est penetrans, & habet Vbi, & tamen nulla est superficies extrinseca, quæ contineat cælum empireum, & illud continendo, causet Vbi. Deinde si corpus moueatur per vacuum, acquiret ibi nouum Vbi, sine eo, quod ibi sit superficies ambiens, ergo superficies extrinseca non requiritur, adhuc vocatū

Distinctio quā tradit Porreta nus de Vbi.

sit in loco, & habeat Vbi. Rursus nec potest Vbi causari à corpore locato, quia corpus locatum vel praesupponit Vbi, vel saltem concomitanter se habet; ergo corpus locatum non potest causare Vbi. Vltimo potest intelligi corpus locatum absque ullo intrinseco Vbi ergo, &c. probatur antecedens; cum moueatur corpus per spatium successiuum ante quam per talem motū producatur aliquod Vbi, iā mobile est in aliquo loco, ergo, &c.

2 Propter hęc argumenta diuersi sunt modi dicendi, quibus omnibus omissis, iuxta principia nostræ Scholæ sit nostra conclusio. Diffinitio de Vbi data à Porretano optima est, & sicut hunc sensum, Vbi est accidens quoddam intrinsecum corpori locato, causatum à loco, ex qualibet configuratione partium corporis locati, & suarum partium ad ipsum locum, ad eiusque partes. Ita explicat Ægid. diffinitionem Vbi in lib. 6 principior. 39. col. 4 in fine; & conformatur explicatio cum eiusdem Ægid. doctrina, alibi data, quod Vbi est dependentia corporis locati à corpore locante. Pro earum hanc conclusionem tuo stabili fundamento probamus.

Nostra conclu.

3 Notandum est, quod Vbi non est sola praesentia, quam habet corpus in loco, seu in spacio locali, vt videtur docere Rubius, nam praesentia est Relatio, hoc autem Praedicamentum Vbi non est sola Relatio, vt in dubitat. sequenti ostendemus. Angelos, & animam esse praesentes alicui, absque eo, quod habeant Vbi; igitur Vbi Praedicamentale non potest consistere in sola praesentia, sine vlla reali dependentia à corpore locante: sed quia Vbi est terminus, ad quem terminatur omnis motus localis, necessario ipsum Vbi debet esse subiectiue in re, quę est in loco, seu in corpore locato tanquam forma intrinseca, fluens, constituens ipsum corpus locatum in esse locati; quę forma intrinseca, quam appellamus Vbi, & subiectiue ponimus in corpore locato, requirit necessario ad sui esse aliam formam extrinsecam, à qua dependentiam habet corpus continens, atque adeo extra illud mouetur, & Actione, qua corpus aliquod continguitur loco, causatur in re locata forma quędam intrinseca huius Praedicamenti, & dicitur Vbicatio, seu esse in loco; & à Porretano diffinitur, quod sit circumscriptus corporis locati, prouenies

Vbi nō est sola praesentia corporis in spacio loc.

Vbi nostra Arg. rocatur cōfiguratio locati cū corpore locantis.

à cir-

à circumscriptione loci; sed ab Ægidio vocatur configuratio corporis locati cum corpore locante: à Themistio vero dicitur proportio locati cum loco.

4 Qua notatione præmissa potest ratio conclusionis ad hanc formam reduci. Vbi Predicamentale dicitur Ens reale, & quod non ex Nouem Accidentibus realibus, ergo Vbi Predicamentale non potest consistere in sola extrinseca connotatione loci, quia hæc non est Ens reale & confirmatur: quia configuratio corporis locati cum loco ita constituit Vbi in suo esse essentiali, vt per eandem rationem Vbi distinguatur à quocunque alio Predicamento, ergo configuratio corporis locati cum corpore locante est ratio quidditatiua Predicamenti Vbi probatur antecedens: nullum est Vbi Predicamentale, quod non sit configuratio locati cum locante: nec talis ratio competit alteri Predicamento quam Vbi, ergo configuratio est quidditas Predicamenti Vbi.

5 Ad Impugnationes contra Definitionem Portetanæ Respondetur ad primã negat antecedens, quod circumscriptio passiua seu configuratio locati non apparet à qua causetur: etenim fiat Predicamẽtum Quando est infectio causata in re temporali à fluxu successiuo temporis: ita configuratio quæ est essentia Vbi, causatur in re locata à corpore locante mediante motu; ex quo sequitur falsum esse, dum aliquem imperium habere Vbi, cum nulla sit superficies extrinseca, quæ continendo causet Imperium, caret Vbi; & quamuis ipsum Vbi dependeat tam à corpore locato, cui inhæret tanquam subiecto, quam à superficie locante; quidditas tamen ipsius Vbi non desumitur à corpore locato, quia illa est potius dependentia subiecti, quæ est communis omnibus Accidentibus; sed tota ratio quidditatiua eiusdem met Vbi sumitur ex dependentia à corpore locante; & ex tali ordine, seu propter talem dependentiam Predicamentum Vbi constituitur principaliter in suo esse quidditatiuo, & essentialiter à quocunque alio distinguitur: & licet superficies continens non causet aliquid immediatè, mediante tamen motu, seu virtute corporis locati cum locante bene causat aliquid, quod est Vbi. Ad secundam negatur absolutè antecedens.

Quidditas Vbi nõ sumitur ex parte loci, sed ex corpore locante.

quod

quod si corpus moueretur per vacuum, tunc acquireret nouum Vbi: nam Vbi reale est circumscriptio locati cum loco. sicut ergo est impossibile, quod superficies vacua dicatur esse prędicta alicui corpori contento; ita eodem modo est impossibile, quod corpus non contentum loco, si prędicta alicui loco.

Si corpus moueretur per vacuum non acquireret nouum Vbi reale.

6 Tertia ratio non est contra nos, quia nos non dicimus, Vbi Praedicamentale in suo esse quidditativo dependere à corpore locato: sed tantum à corpore locante; licet à corpore locato etiam dependeat tanquam a Subiecto, sed hęc dependentia est communis omnibus accidentibus. Ad vltimam dicimus, quod quando mobile mouetur successiue, antequam per motum acquiratur Vbi Compositum, est mobile in loco per Vbi simplex: vt infrequenti Dubitatione clarius explicabitur.

## DVBITATIO SECVNDA

*An detur Vbi simplex, et Vbi compositum; & quę nam sint Species, de quibus praedicatur Vbi?*

1 PRoponatur primo tertium habet. *Quod ens sum aliud quidem simplex, aliud compositum; simplex quidem est, quod à simplici non praecidit, compositum autem quod à simplici.* Contra quod de ergo primo, & probari, quod nullum detur Vbi Simplex. Omne Vbi essentialiter est circumscriptio corporis locati cum corpore locante, sed omne corpus habet partes, & quod habet partes est compositum, ergo ea ratione, qua omne corpus est compositum, eadem ratione ipsum Vbi debet esse compositum.

videtur quod nullum sit Vbi Simplex.

2 Sed sine vlla difficultate dicendum est, Dari Vbi simplex, & Vbi compositum, & plures esse Species tam subalternas, quam infimas; de quibus essentialiter praedicatur Praedicamentum Vbi, sic Aegidius explicans, & defendens Portemanum in lib. sex Princip. probatur Assertio, quia Vbi omnem dependentiam habet à loco: sed locus est in duplici differentia, & alius est simplex, alius est compositus, et proeriam Vbi erit duplex, alius ut simplex, & alius ut compositum de maiori nullam est dubium, probatur minor: Vbi in duplici sensu potest dici simplex, primo si con-

ti-

tinet centrum corporis locati; & hic proprie non est locus, sed potius est principium loci; & sic illud Vbi, quod causatur à centro corporis continentis, dici potest Vbi simplex secundum, & melius potest hoc dici simplex per comparationem ad aliam locum: nam sicut una pars corporis continentis potest dici simplex respectu totius corporis, quod simplex ter est compositum, ita illud Vbi, quod causatur à parte loci, potest dici Vbi simplex respectu alius Vbi, quod causatur à toto loco. Vbi ipsum secundum se quodlibet est compositum propter rationem tactam in Argumentorum: si aliquod Vbi dicitur simplex, hoc est per comparationem ad aliud Vbi.

Assignatur Species Predicamenti Vbi.

3 Aliqua difficultas esse potest, in assignandis Speciebus, de quibus essentialiter Prædicetur Vbi; ad quam dicimus, Species huius Prædicamenti esse sursum, esse deorsum, esse ante &c. esse in loco sursum est una species Subalternata Vbi, cuius species inferiores sunt esse sursum in tali distantia à respectu punctorum fixorum Orientis, & Occidentis, & idem dicendum est de esse deorsum, &c.

4 Quod si petatur, quæ nam sint termini Vbi? Respondendum est, quod in tanta distantia loci succedant res diuersa corpora, & propterea illi sunt diuersi Vbi, quamuis distincta, ratione Subiecti locati, & superficierum continentis, à quibus hujusmodi Accidentia individuantur.

## DVBITATIO TERTIA

### V. Possit dari aliquod locatum sine Vbi, & è contra.

1 TOta difficultas est de Angelis, & de Anima, nam videtur, quod detur Angelus, & anima vere sine Vbi. Ratio du Angelus, & tamen Angelus non habet. & de Anima. habent Vbi Prædicamentale, vt annuimus in art. præcedente dub. 3. ergo aliquid est locatum absque Vbi; quod vero esset locatum absque quod habens Vbi, absque eo quod sit locatum, patet: nam vt dicitur primo de Cælo, & mundo, extra Cælum nihil est, ergo simpliciter non est in loco; sed Empireum habet Vbi, quia non est nusquam, ergo &c.

2 Nihilominus Nostra conclusio est, nec dari posse ali-

conclusio rõdatur locatum Vbi nõ è cõtra.

aliquod locatum sub Vbi Praedicamentali; nec vllum est corpus, habens Vbi Praedicamentale, quod realiter non sit locatum. ita docet Aegidius super expositionem Porretani: eiusque expressa sententia D. Thom. 3. p. q. 52. art. 2. vbi ait, quod Angelus & Corpus aequaliter sunt in loco, ergo Vbi, quod est in Angelis, non est eiusdem rationis cum Vbi Corporum.

3 Idque magis declaratur ab Aegidio vbi supra, dicente, quod Angelus & Anima non possunt esse in loco occupatiuè, seu circumscriptiuè, vel configuratiuè nam esse in loco tali modo nihil aliud est, nisi totum locatum occupare totum locum, & partes locati occupare partes loci; cum igitur Angelus & Anima non habeant partes; sequitur, quod Angelus & Anima non sint in loco occupando; sed sunt in loco per praesentiam, qui modus essendi in loco non postulat partes nec in loco, nec minus in locato.

4 Et per haec patet ad primam rationem dubitandi.

5 Ad illud autem de caelo Empireo dicendum est, quod illud proprie non est in loco, nec proprie dicitur locatum: nam si caelum Empireum proprie esset in loco, de illo componeretur continens proprie inquit, an esset in alio loco, vel non, & quia processus in infinitum euitandus, ideo Haedam est in quo corpore, quod ita sit omnium locus, ipsum non sit in alio loco, & hoc est Empireum, cuius extremitas non circumscribitur loco.

6 Petes, An detur Corpus sine loco continente, vt patet de Empyreo, ita dari possit corpus continens sine locato? Respondetur, quod cum locus se habeat per modum continentis, & terminantis; habet modum formae: & corpus locatum habet modum materiae, cum terminetur à loco; igitur nec materia esse potest sine forma, nec econtra, vt supponimus ex Philosophis, ita nec locus dari potest sine locato: nec è conuerso.

non potest dari locus sine locato conuerso.

7 Dices, Caelum est omnium locus, & tamen Caelum esse potest sine his inferioribus cum ab his non dependeat. Respondetur, quod Caelum licet inquantum caelum nullam habeat Dependentiam ab his inferioribus; tamen inquantum continens, hoc habet dependentiam, & praeterea Caelum in quantum con-

ti-

tiens esse non potest sine contentis.

## DVBITATIO QVARTA

### Quot, & Quæ nam sint Proprietates Vbi?

1. PErtinanus Duas proprietates huic Prædicamento concedit. Prima est, quod Vbi non suscipit magis, & minus secunda, quod Vbi non habeat contrarium.

2. Sed breuiter iste propositio vnica conclusione satisfaciendum est. Vbi nec suscipit magis, & minus; nec habet contrarium. Ita Pertetanus, & qui illum sequuntur præsertim Aegid. in Expositione textus eiusdem Pertetani; probatur verò vocatione; nam non habere contrarium est causa non suscipiendi magis, & minus sed Vbi non habet contrarium, ergo, &c. probatur minor. Vbi tantum ex applicatione locati ad locum sed tale locatum, nec loca habet contrarium, ergo nec ipsum Vbi habet contrarium, quod si Vbi non habet contrarium, nec Vbi suscipit magis & minus, quod prouenit ex habere cõtrariũ

Vbi nec suscipit magis & minus nec habet contrarium

3. Pro Solutione tamen argumentorum aduertendum est, quod locus, à quo sumitur Vbi, dupliciter potest considerari, primo quatenus habet naturam Quantitatiuam, & hac modo nec habet contrarium, nec suscipit magis, & minus. Secundo quatenus recipit ab influentia corporum cælestium virtutem qualitatiuã, & secundum hanc virtutem potest locus ce dum suscipere magis & minus, sed etiam habere contrarium.

## ARTICVLVS QVINTVS

## DE PRÆDICAMENTO Situs.

DE hoc Prædicamento pauca occurrunt, & dubia ibi occurrentes sunt præcipuè declaranda.

---

### ARTICVLI QVINTI

### De Prædicamento Situs

## Dubitationes Duæ.

### Dub. I.

*An Situs constituat Speciale Prædicamentum, & quæ sint eius Species?*

### Dub. II.

*Quot, & quæ sint Proprietates Situs.*

---

## DVBITATIO PRIMA

### *V. Situs constituat Prædicamentum Speciale, & quæ sint eius Species?*

Hæc Dubitatio quo ad primam partem non est levis, cuius primaria causa dubitandi est, quia Situs nihil aliud est, nisi esse in loco cum tali ordine partium: ergo Situs includit Vbi, & addit aliquid aliud, ergo Situs nec est Prædicamentum distinctum ab Vbi, probatur ista vltima consequentia, quia quod Prædicamentum non debet aliud includere, cum Prædicamenta sint primo diversa: vnde potius Situs erit Species Prædicamenti Vbi, quam Genus Generalissimum secundæ

multiplex ratio dubitandi.

dæ Positio seu Ordinatio partium in loco est quædam differentia Quantitatis, ergo Positio non constituit Speciale Prædicamentum, distinctum à Quantitate, probatur antecedens ex dicto, dicente, quod quædam Quantitates habent positionem, & quædam contextio. Ordinatio partium est relatio, ergo positio non constituit Speciale Prædicamentum, distinctum à Relatione. Quarto. In Prædicamento Quando extra esse in tempore non est aliud Prædicamentum, quod constituat in esse ordinate in tali tempore, ergo cum Vbi sit esse in loco, extra hoc Prædicamentum non est ponendum aliud, quod constituat in esse in loco cum ordine partium, tanto magis quia est impossibile, quod aliquid sit in loco, & non sit ordinate in loco. Quinto. Sicut nihil aliud est, nisi habere partes ordinatas in loco: Sed totum hoc est esse in loco, ergo Situs non habet formam distinctam ab Vbi, probatur antecedens, partes præterea simul sumptæ non distinguuntur à toto, ergo idem est habere partes ordinatas in loco, quod est Situs, ac esse in loco, quod est Vbi. Sexto. Aperuus Scotus dicens

est

cuhē positionem in ordine ad locum: sed æternas, & tenè sunt Qualitates, ergo positio pertinet ad Qualitatem.

3 In Oppositum est Aristot. qui inter Decem Prædicamenta connumeravit Situm, & cum Aristotele consentiunt omnes Philosophi, nemine excepto, præsertim Ægidius in Quæst. de Mensura Angel. q. 4. & in explicatione sex Principiorum pag. 43. Vnde sit Prima conclusio. Situs constituit Speciale Prædicamentum, distinctum ab aliis, cuius abstractum est Positio, concretum verò est Situs, vel Situm esse. Positio autem duplex est, altera est naturalis, quæ dicitur ordinatio partium in toto; est n. à natura, quod habeat caput, & pedes, & cæteramembra sic disposita, & ordinata; Alia est positio à consueto motu naturæ, vt quod Homo sedeat, vel stet, vel deambulet, &c. & hæc dicitur ordinatio partium in loco. Prima positio est differentia Quantitatis: sed secunda est illa, quæ constituit Prædicamentum Situs: Quod si petatur, à quonam capiatur Situs, seu dispositio partium in ordine ad locum? Respondetur, quod sicuti Vbi capiuntur à loco, sic à circumscriptione loci ita Situs capiatur ab ordine partium ad locum, & sicuti Vbi subiectatur in Corpore locato, sic Situs subiectatur in corpore, quod est Situm.

1. concl.

Duplex positio.

4 Sed pro meliori roboratione conclusionis, & solutione Argumentorum, Notandum diligenter, quod Tria ultima Prædicamenta (Vbi, Situs, & Habere) hoc distinguntur (quia, vt dicemus in septem Articulis) in Prædicamento Habitus. Continens applicatur ad contentum, vt Vestis applicatur ad Corpus; sed in Prædicamento Vbi, & Situs totus è contra, contentum applicatur ad continens: sed dupliciter potest locatum applicari ad locum, primo ad alium, & ad alium locum (vel sursum, vel deorsum, &c.) & secundum applicationem locati ad alium, & ad alium locum, causant aliud, & aliud Vbi. Secundo potest locatum in eodem prorsus loco applicari alio, & alio modo, vt si in loco sursum applicatur locatum aliter, & aliter, (secundum alium, & alium ordinem) partium: aliter etiam applicatur aliquis ad locum sursum sedens, & aliter stans: vel in eodem loco sursum aliter ap-

nota differentiam Quoniam dubitatur circa ultimas Prædicamenta

Situs est locatū continuari alteri loco alio, & alio mō.

plicatur hēs mēbra exilia, & alter applicatur hēs mēbra curuata: quāre ergo ad locū, ei duplex alietas, vna qua illud locatum, quando locatū hēt alium locū, & assumit prædicamētū Vbi, ꝙ nō aliud ē ibi esse, sed secunda alietas in loco nō minor ex hēre alibi, & alio loco, sed ex hēre eundē locū, alio, & alio mō, & sic sumit Prædicamētū Situs. Et hinc patet, quomō Situs cū sit unus diuisus Prædicamētū

Argumēta in oppositum.

5 Ad argumenta in oppositum. Ad primū dicimus, ꝙ sicut *Passio* non est nisi pręsente Actione, & tamen *Passio* est *Prædicamentum* distinctū ab Actione: & sicut bonum nō pōt esse in loco, nisi sit Quantum, & tamen Quātitas, & Vbi sint diuersa Prædicamenta: ita quamuis non possit esse ordinatio partiū in loco, nisi tantum corpus sit in loco, non propterea cuius modus essendi reducitur in alium non diuersificat ista. Inest ergo nullo condito ordine partiū, & Prædicamētum Vbi: ordinatio vero partium in loco est Prædicamētum Situs. Ad secundū dicimus ꝙ licet ubi ꝙ positio partium in ordine ad unum sit differentia Quantitatis: sed eadem ordinatio partium in ordine ad locū est Situs. Ad tertium dicimus, quod ubi ordinatio partium est secundum diuersos modos essendi. 6 Ad quartum respondetur, quod cum tempus numerat motus secundum prius, & posterius, idem est, esse in tempore, & esse ordinatū in eodem tempore: & propterea extra Prædicamētum Quando nō datur aliud *Prædicamentum* Quādo. Ad esse in loco nō dicit esse partes ordinatas in illo, & ideo extra *Prædicamentum* Vbi datur aliud Prædicamētum, quo locatum ordinatur secundum suas partes in loco: & hoc est Situs. Ad quintum, negatur antecedens, quando sicut, & Vbi habēt eandē formam ad cuius probationem dicimus, quod habere partes ordinatas in loco est aliquid formalius distincta ab esse in loco, & aliqui dicunt, eam rationem esse puta si ne sēa, vnde Globum perfecte sphæricum ē in loco, non tamen dicitur Situatum, quia nō stat, nec sedet, sic ē iuxta hunc modum dicendi militer ámec dubium sed Respondetur etiam, quod quamuis concedamus, eam rationē formalem non posse separari ab alia, adhuc tamen vna cū dicitur diuersum Prædicamētum ab alia, quia ordinatio partium in loco non reducitur formaliter ad esse in loco

vt

ve sic. Ad vltimum aliqui ea dixerunt, quod affectus, & habitus duobus modis sunt positiones, vno modo Quantitatis, & alio modo Qualitatis: quam declarationem latius in ipsis inclusimus. Qualitas sed diuisa parua est Qualitas: ordinatio autem partis est positio.

7 Secunda conclusio. Species huius Prædicamenti definendæ sunt secundum diuersam ordinationem partium in loco, vnde Albertus Magnus, hic sex Prædicamenta optime tradit, ea sitio positione capit, dicit species subalternas huius Prædicamenti esse, quod situari, esse, sedere, hoc est, residere, vel sedere, & sub illis continuntur species infimæ, vt stare, sedere, cubare, &c. quarum species tum individua sunt, hoc stare, hoc sedere, hoc cubare, &c.

1. corol.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quot, & quæ sint Proprietates Situs?*

1 Vnta tres Proprietates, quæ communiter assignantur Positioni, ex quibus conclusionibus est prima dubitandi declarandi ratio conclusio. Situs non habet contrarium probatur, quia nouus contrarietas est à forma, ergo solum Qualitates, ea, nec Quantitas contrarium habent, ergo

Tres sūt proprietates Situs

habent contrarium: sed Positio non est Qualitas, nec causam à Qualitate: sed ab Actione & Passione, ergo positioni nihil est contrarium.

2 Contra hanc propositionem obijcies sedere est cum depressione partium, stare vero est cum elevatione earundem, sed positiones elevationis sunt contrariæ, ergo, &c. Ratio. Omnis motus est à contrario in contrarium sed ordinatio in ordinationem fit motu, ergo, & Respondetur ad primam, quod prædicta non sunt contraria secundum positionem: sed secundum aliquam formam, & Qualitatem, quæ est in eis. Ad secundam, quod dicam est, quod motus contrarius in contrarium, sed loquendo de contrarietate propria, id non est verū

1. Appli tur Situs ē nō ea. dem spe ciei q̄ ordinis

3 Secunda Conclusio. Positio vel Prædicamentum non suscipit magis, & minus. Ratio dicti ordinationem partium in loco, sed non est magis vnde in eo, quia in alio, ergo positio non suscipit magis, & minus.

2. Positio non suscipit magis, & minus

4 Conclusio tertia. Positioni proximè inest substantiæ, ita Porretanus in textu, qui vult hanc esse proprietatem quartæ mo-

modo probatur, quia inter omnia, quæ inhærent subſtantiæ, proximius inhæret quod eſt vel à natura, vel à conſuetudine mota naturæ, quia aliquid aliud: Poſitio autem eſt à natura, vel à conſuetudine mota natura, ergo, &c.

Obiect contra 3. propoſitū

3 Sed Obijcies. Quantitas magis proximè inhæret ſubſtantiæ, quam poſitio: nam eo ipſo quo eſt ſubſtantia actu eſt Quanta. Reſpondetur, quod inter principia hic determinata, immediatius Quæ eius inhæret ſubſtantiæ, quam Poſitio: ſed ex accidentibus progredientibus vel à natura, vel à conſuetudine mota naturæ ſola poſitio immediatius inhæret ſubſtantiæ, eſtq; innata à naturali Principio.

Obiect 4

4 Obijcies ſecundo. Poſitio cauſatur ab Actione, & Paſſione, ſed omnis cauſa præcedit effectum, ergo Actio, & Paſſio immediatius inhæret ſubſtantiæ, quam Poſitio. Reſpondetur, quod Actio & Paſſio præcedunt Poſitionem in alia ſubſtantia, in ea ſubſtantia, quæ agit, ſed in ea ſubſtantia, in qua eſt poſitio, prior eſt Poſito, & ordinatio partium in ſitu, quam Actio, & Paſſio.

## ARTICVLVS SEXTVS
# DE VLTIMO Prædicamento, quod eſt Habitus.

DE Habitu, ſeu *Hexi* multa in Phyſicis legi apud Recentiores, & de alijs Prædicamentis occurrunt tam declarandæ, quàm varias dubitationes

## ARTICVLI SEXTI
## *De Prædicamento Habitus*

### *Diſputationes Duæ.*

*Diſp. I.*
*V. Habitus ſit Prædicamentum, & quæ ab eo ſint diſtincta?*

*Diſp. II.*
*Quotnam ſint Proprietates Habitus?*

### DVBITATIO PRIMA.
### *V. Habitus ſit Prædicamentum, & quæ ab eo ſint eius ſpecies?*

videtur Habitus non conſtituat prædicamentum.

1 QVod Habitus non habeat eſſentiã, per quam ab alijs Prædicamẽtis diſtinguatur, ſic põt arguẽdi gratia fundari. Primo Habitus nõ eſt ens à natura: ergo

go Habitus non est Predicamentum, quia sequitur, quia Arist. 8. Metaphysic. text. 17. in 5. Predicamento, pr. ait. Habitus est quodammodo vestimentum non à natura, sed ab arte nobis secundo Habitus Animæ non facit Predicamentum, sed continetur in prima specie Qualitatis, ergo nec Habitus corporis. Tertio, Habitus nihil aliud est nisi ornamentum; sed talium entium est Subsistentia, ergo Habitus pertinet ad Substantiam. Quarto, Habere vestem est Predicamentum distinctum ab aliis, cur etiam habere Qualitatem, vel habere pecunias non pertinebit ad hunc Predicamentum? Deinde nulla videtur posse assignari differentia inter habitum, qui est una Species Qualitatis, & habitum, qui est Post Predicamentum, atque Habitum, qui ponitur unum ex 10. Predicamentis. Quinto, Homo per hoc quod est vestitus, non mutatur, sicuti Deus, Habitus inuentus est Homo, nec est mutatus, ergo Habitus non est Accidens reale, quia si susciperet accidens reale, mutaretur, ergo Habitus non est Predicamentum. Sexto, Omne Predicamentum debet habere Species, de quibus essentialiter prædicetur; sed Habitus nullas habet Species, ergo, &c. probatur minor, quia distinctæ Species debent dari per aliquid formale intrinsecum, sed Calceamentum, & vestis sunt quid extrinsecum, ergo, &c.

2 Sed Veritas Philosophica, quam communiter amplectuntur omnes Interpretes Aristotelis, & Præsertim Ægidius noster in Quæstionibus de mensura Angel. q. 4. & alibi, est, Habitum esse vnum ex 10. Prædicamentis: eiusque rationem quidditatiuam consistere in habere ea, quæ circa corpus sunt, ipsum in habere ea continentia, quæ aptata possunt ad Corpus: Species vero eiusdem Prædicamenti esse diversas Habitiones diuersarum vestium, seu diuersorum continentium: vnde habere Galeam, habere calceamenta, habere Loricam &c. sunt diuersæ Species Prædicamenti Habitus.

3 Vt hanc Assertionem probemus, atque in oppositum argumenta soluamus, maximopere aduertendum est, quod Habitus multipliciter sumi potest primo pro qualitate radicata in subiecto, & sic pertinet ad Prædicamentum Qualitatis secundo pro forma debita alicui subiecto determi-

na-

Nota diligenter quot modis accipiatur habitus.

nato, cui opponitur primo eiusdem formæ, & hoc pacto dicitur habitus apud Philosophos. Terminum habitus, vt dictum est supra. Habere, est ipsum eadem verbi, in eam sententiam dictus habita. Ego dico habere pecuniam. & hoc etiam modo pertinet ad post Prædicamentum, quod dicitur Habere. Sciunt Habitus prouecte se figurare, & ideo, cum paulo dicimus, hoc est Habitus mulieribus, hoc vero est Habitus monachis: & huiusmodi pro materiâ est in Prædicamento Qualitatis in illa quarta specie Qualitatis, quæ dicitur forma, Quantandem sum cur habitus pro accidente quodam, & largiter vere, & ere, quæ habet illam, licet ab vtroque alter, & alter non habere dependentiam quam habet subiecto, ex vtle vero tamquam à causa extrinseca, & hinc nō conflituit vltimum Prædicamentum, & vocatur Habitus

Prædicamentū Habitus familiariter et continēter & vtcūque tumbet cōtinēs.

4 Et si volumus hoc idem magis nos declarare, dicendū est, quod sicut Prædicamentum Vbi, & Situs mutuantur et continent, pro vt cognitum habet contentum ita Prædicamentum Habitus sumitur etiam ex con-

tinente, pro vt continens habet communem rationem, & est hunc Prædicamentum quidam accidens inhærens dependenter ab aliquo continente quod circumfluit & diuersas partes habitus eiusdem Prædicamenti, ex eo dicitur, quod aliquid capax sit aliquid membrum corporis habent tendentia ad diuersa Genera inhærentiæ, quæ corporis, vel membra corporis solent adiacere.

5 Et quo sequitur primo, quod hoc Prædicamentum differt à Quando, quia illud est accidens relatum extemporis; Habitus vero est accidens relatum ex restimentis, seu ex his, quæ corpora solent adiacere. Sequitur secundo, quod quæcunq; habitio vere est Habitus pertinens adhoc Prædicamentum, etiam si sit Habitus Brutorū, vt si equus habeat Sellam, vel Aliquas Bardam, &c. sicut in Quantitate, Qualitate, & Actione Brutorum non reiciuntur à Prædicamentis; ita nec illorum Habitus à Prædicamento Habitus sunt relegandi. Sequitur tertio, quod Habitus, qui constituit hoc Prædicamentum, debet causari tanquam à causa extrinseca ab Habitu, qui posmen-

Infinitis dicitur multa.

sit adiacere corpori, vnde excludatur ab hoc Predicamento Habitus rei spiritualis, etiam si aliquid mediaret inter rem spiritualem habitum, & ipsum habentem rem spiritualem.

Soluitur argu. in contrarium

6 Nunc non est difficile argumentis in contrarium respondere. Ad primum negando vltimo, quod Habitus non sit forma naturalis ipsum Habere connotantis, seu adiacentia corporis, est ad similitudinem rei naturalis, propter quod naturalis dici potest. Ad secundum dicimus, non esse eandem rationem de Habitu animæ, & de Habitu corporis, nam Habitus animæ est in ipsa anima Habente; sed Habitus corporis, non est in ipso corpore Habente, sed potius in ipso corpore Habitorem.

Nota differentiam inter habitū corporis & animæ.

Decimum Predicamentum est quoddam Accidens reale, mediās inter ipsum corpus, & aliquod Genus vestium, adiacentiam corpori, & tale accidens medium vocatur Habere secundum naturam actiuam; à quo corpus, cui adiacent vestes, intrinsecè denominatur Habere, & idem accidens medium secundum naturam passiuam vocatur Habitus, quia gaudet, & dependet tanquam à forma extrinseca ab re amante, quod propter non habet contentum, sed potius habetur à contento. Hucusque diligenter ad tuendum, quia facile dat intelligere naturam huius Predicamenti. Quod ergo accidens reale, quod mediat inter aliquod corpus, & aliquod Genus vestium, adiacentiam corpori, vestium, adiacentiam corpori, vestium vocatur Habitus, sed etiam dicitur amictus Habere, dicitur Habitus quia gaudet, quia semper capiam ab aliquo. Genus vestium, quæ non habent ipsum corpus, cui Habentur, secundum Habitus dicitur Habere actiuè, quia semper illud corpus, cui adiacent vestes, debet esse subiectum, cui inhæret Habere, à quo Accidente, quod vocatur Habere, idem corpus denominatur Habens tum, sicuti corpus, in quo est Vbi, denominatur Vbicatū.

Ad tertium Argumentum. R. quod vestis propriè, & in rigore non dicitur Habitus nisi causaliter, quatenus est vestis causans quoddam accidens, quod vocatur Habitus.

7 Ad Quartum R. quod post prædicamentum tradendi sunt omnia x. Predicamenta, & sic illud post Predicamentum, quod vocatur Habere, erat tradendum illud decimū Predicamentum, quod etiam vocatur Habere, & propterea

Ad 4 Ad 4 in post Prædicamentis humeralis Habere vestem, non quia Habitus seu Habere Prædicamentale pertineat, vel constituat eum post Prædicamenta; sed ad complementum modum Habendi numeralis hoc, quod est Habere vestem; Et hinc dep habere Qualitatem, vel Quantitatem non pertinet ad decimū Prædicamentum, quia Habere, quod est decimum Prædicamentum dependet à continentibus quæ sunt circa corpus, Quantitas autē vel Qualitas non continent; sed continentur. Ad 5 in., quando aliquis habet vestē non in arce, vel in domo, sed circumstantia corpus, tunc dicatur vestitus, tunc quidem mutatur, quia tunc habet quoddam accidens, quod antea non habebat: vestis autem, ut fiat vestis, incidit-

Ad 5 tur ad modum, & proportionem corporis, cui adaptanda est vestis: corpus autem non adaptatur ad proportionem vestis, & propterea mutatur vestis, accipiendo formam vestiti, sed non mutatur corpus vestitum, accipiendo formam vestis: & hoc modo explicandum est illud Philosophi dictum, *Habitus inest ei qui Habet*. ex hoc autem non potest colligi, quod corpus vestitum non acquirat accidens, vocatum à veste, quod vocamus Habitum, seu *Habere*.

6 Dices. Vngues, & pilus quidam Habitus, qui tamen non adiacent corpori, ergo &c. R. quod etiam hujusmodi dicuntur Haberi, seu Habiti vel ratione ornatus, vt pilli, vel ratione protectionis vt vngues, comma in Mobilibus, &c. Ad trimum tam dictum est in notabilibus, quæ nam sint Genera subalterna, species specialissimæ hujus prædicamenti.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Quot, & quæ nam sint Proprietates Habitus?*

1 DE Habitu, qui est vltimum Prædicamentum, duæ assignantur proprietates. Prima est, quod suscipiat magis, & minus: nam æques armatus est pedite: & magis calceatus est, qui non solum est calceamentis ornatus, sed etiam caligis: quam qui solum habet calceamenta.

2 Sed circa hanc proprietatem nota, quod sint quidam Habitus, qui cadunt ex adiacentia rei Habitæ ad corpus, & diversificantur

per

Inter habitus & differunt per formã, suscipiunt magis, & minus.

per formam, vt patet in calceamentis; & caligis, in lorica, & alijs armis: sed et vestimentis tunica non differt à supertunica, nisi quodam Accidente, quia supertunica est aliquid amplius, quam tunica; & ideo illa, quæ per formam differunt, suscipiunt magis, & minus, alia autem non, & per hoc solui poterit, quæ contra hanc proprietatem posset aduci.

Altera proprietas habitus ſ nõ habere contrarium.

3 Altera proprietas Habitus est, non Habere contrarium, nam *Armatio* calceationi non est contraria; imo vnus, & idem potest esse armatus, & calceatus.

4 Sed contra hanc proprietatem dices. Habitus suscipit magis, & minus; vt ostẽsum est, ergo Habitus habet contrarium. Respondetur, quod magis, & minus possunt dupliciter considerari vno modo per accessum, & recessum ad contrarium, vt albior dicitur, cuius materia est impermixtior nigredini, & hoc modo qui habet contrarium, suscipit magis, & minus per accessum, & recessum ad *Habitum*, vt mutum esse; & vestitum esse, & hoc modo potest aliquod suscipere magis, & minus absque eo, quod habeat contrarium, & hæc de sex vltimis Predicamentis dicta sufficiant.

t

# QVAESTIO SEPTIMA
## DE POST
# PREDICAMENTIS.

POST Predicamenta sunt quidam modi non principales, vt Predicamenta, sed quidam modi transcendentales, & tres sunt illi quinque nimirum, Oppositio, prius, & posterius. Simul, Motus, & Habere: & propterea hanc Quæstionem de Post Predicamentis quinque sequentibus articulis explicabimus.

QVÆSTIONIS Septimæ Articuli Quinque.

*Articul. I.*
*De Oppositis.*
*Artic. II.*
*De Modis Prioris, & Posterioris.*
*Artic. III.*
*De Post Predicamento Simul.*
*Artic. IV.*
*De Speciebus Motus.*
*Artic. V.*
*De Modis Habere.*

## ARTICVLVS PRIMVS
### *De Oppositis.*

OPpositio est quadruplex prima & relativa, quæ est inter ea, quorum totum esse est ad aliud, vt inter Patrem, & Filium: alia est contraria, & est inter ea, quæ maxime distant sub eodem Genere, vt album, & nigrum: alia est privativa, vt cæcitas, & visus: alia tandem est Oppositio, contradictoria, eique vt inter illa, quorum vnum est negatio alterius, vt inter album, & nō album. Circa quas Oppositiones vnica sequens dubitatio est videnda.

## DVBITATIO VNICA

*V. Oppositio contradictoria sit Omnium maxima, & quomodo distinguatur ab aliis oppositionibus?*

1 Videtur, quòd Oppositio contradictoria non sit Omnium maxima, quia quæ non habent medium, minus differunt, sed contradictoria non habent medium, vt patet ex 1. 4. Metaph. ergo contradictoria minus differunt.

2 Adnotanda tamen est hic pulcherrima quæstio Logicalis, quam de Oppositis habet Aegidius in Quodlibeto 6. q. 7 in principio: quod aliquando sint opposita, quæ habent medium secundum formam, & huiusmodi sunt opposita contraria, inter quæ est dare formam mediam, vt inter formam albi, & formam nigri est dare formam mediam, quæ est pallidum.

Doctrina Aegidii videnda.

3 Secundo alia sunt opposita, itavt inter ea nullum sit medium secundum formam: est tñ medium secundum Subiectum: etiam cum constantia Subiecti, potuit namque dari aliquod Subiectum in rerum natura in quo neutram oppositum reperiatur, & huiusmodi sunt contraria immediata, quæ determinant sibi aliquod Subiectum, vt Sanum, & ægrum, quæ tanquam proprium Subiectum circumcernunt corpus animalis, & etiam animam, & animalem, quæ tanquam proprium Subiectum circumcernunt mentem rationalem, inter talia quidem non reperitur medium secundum formam, quia inter sanum, & ægrum non reperitur locum medium, quæ nec de sanitate, nec ægritudo, sed bene reperitur medium secundum Subiectum cum constantia Subiecti, quia reperitur aliquod Subiectum constans, & existens in rerum natura, quod neque est sanum, neque est ægrum, vt patet.

In Genus oppositorum.

4 Tertio aliqua sunt opposita, quæ nec secundum formam, nec secundum Subiectum cum constantia Subiecti habent medium: sed habent medium secundum Subiectum sine constantia Subiecti, sic sunt opposita primatus Generalis, vt bonum, & malum: nam inter illa quandoque non medium aliquod datur, vt in illis

Sub-

Subiectum cum entitate Subiecti mediat tempus Subiectum sine Constantia Subiecti, quia mediat nihil, quod neque est malum, neque bonum, neque præsentialiter, etiam habens medium secundum Subiectum cum constantia Subiecti, unde Vir hæc meditans, neque est bonus, neque est malus loquendo de bonitate, & malitia speciali, quæ est Civilis: cum enim vir Meretrix nec sit civitas, neque pars Civitatis neque est bonus, neque est malus bonitate, & malitia civili.

5 Quarto demum aliqua sunt opposita, ita vt inter ea nec mediet forma, nec Subiectum cum constantia Subiecti, nec minus Subiectum sine constantia Subiecti, & huiusmodi tantum sunt opposita contradictorie, inter quæ nullum medium imaginari potest: nec quidem ipsum nihil, vnde illud, de quo verificantur duo contradictoria, est penitus impossibile, & adeo impossibile, vt etiam ipsi Deo hoc sit impossibile, non quod Deus in aliquo sit deficiens, vel impotens, sed quia hoc nullo modo est possibile fieri, vt duo contradictoria simul vera, sint vel simul falsa.

Inter contradictoria nihil mediat.

6 Ex quadoctrina deduci potest conclusio. Quod oppositio contradictoria est omnium maxima, ita Aquinas vbi supra, cui nec vllus Scholasticorum contradicet, & probatur, quia omnia alia Genera oppositorum habet aliquale medium, vt ostensum est, ergo cum sola opposita contradictorie nullum sint opposita, vt inter illa nullum sit medium; Inter opposita nam quæ contradictorie nec mediat plum nihil, nec etiam de ipso nihilo verificetur vnum contradictorium, hinc sit, quod oppositio Contradictoria sit caeus omnium maxima.

7 Vt nec hic pateat etiam ad rationem in oppositum ea enim, quæ non habent medium, & in aliquo conueniunt, distant: sed contradictoria nec habent medium, nec in aliquo conueniunt, & ideo maxime distant.

8 Sed contra iam dictam vrget satis importunissimum argumentum, quod sic formari potest. Supponamus, quod in vacuo fiat motus, & quod talis motus innatus fiat in instanti nam in vacuo cum non sit resistentia medij, motus non exit successivus, sed instantaneus: tunc sic Corpus, quod moueretur in Vacuo in eodem instanti esset sursum,

Obiicitur contra dictam rationem.

&

& deorsum; ergo non est verum dicere, nunc corpus est sursum, nunc non est sursum. Nunc est deorsum, nec non est deorsum: sed esse sursum, & non esse sursum, esse deorsum, & non esse deorsum, sunt contradictoria; ergo oppositio contradictoria non est omnium maxima, quia pro eodem signo possunt verificari simul de eodem. Ad hanc difficultatem objectionem commodè satisfaciemus in articulo 3. sequenti, quando agemus de post Predicamento simul, ibi enim videbimus, an pro eodem instanti duo opposita possint esse simul?

## ARTICVLVS SECVNDVS

### De Modis Prioris, & Posterioris.

QVinque modis potest verum esse prius alio. Primo prioritate temporis, vt qui nascitur hodie, dicitur prius tempore eo, qui nascitur crastina die. Secundo prioritate, à qua non valet subsistendi consequentia, sic Quodlibet singulare vniuersale dicitur esse prius suis inferioribus. Tertio prioritate ordinis, vt in numeris prior vnitas præcedit secundam, & secunda est prior tertia, & sic de alijs. Quarto prioritate dignitatis; sic Superiores Religionum vocantur Priores respectu Subditorum: sed hanc modum prioritatis ait Arist. esse impropriam, quia non fundatur in esse rerum: sed solum in apprehensione hominum. Eadem quinta modus prioritatis est ille, secundum quem verum dicitur esse prius alterò, quia est causa alterius, etiam si sit simul tempore cum eo, vt Homo dicitur esse Prior quam risibilitas, quia ratione alterius est causa risibilitatis, sed circa hunc vltimum modum prioritatis est sequens non leuis declaranda difficultas.

## DVBITATIO VNICA

### V. Verum sit, quod Omnis Causa sit prior suis effectis?

1 POtissima dubitandi ratio solet desumi à natura Relationum, quæ secundum Philosophum sunt simul natura, tempore, & cognitione: sed Causa & effectus sunt Relativa, ergo Causa quatenus causa in nul-

Dubia di ratio

Nostra sententia est, quod causa fundamentalis est prior effectu, non quatenus effectus, sed quatenus ens habens esse absolutum, fundans quodfundatur relationem effectus; & hoc intendit Philosophus, cum ait, causam esse priorem natura, quia ens prius potest esse sine posteriori, non autem e contra.

Non enim potest esse prima effectiue pater, nisi sit prima effectiue pater in quantum causa debet esse talis etiam natura cum illo.

2 Sed hoc quinto dicendum, quod Omne Causa semper est quoad priorita tem naturæ suo effectu, sed non in quantum Causa sedeli in quanto dicit Relationem ad effectum. Etenim in omni causa, (& idem dicendum de qualibet relatione) duo sunt definienda fundamentum, & quid dicta vt in Patre, qua est causa filij, & reperitur esse in potentia generatiua, quæ est fundamentum, & paternitas, quæ est Relatio, cuius quidditas est ad aliud. Pater ergo in quantum Pater, i. Pater vt iudicatus formaliter Relatione Paternitatis, non est prior ipso filio, sed simul cum illo non solum tempore, sed etiam natura, & cognitione. Hoc tantum prebet hæsitandi locum, quia relatiua debent esse simul tempore, natura, & cognitione.

3 Sed Pater secundum esse fundamentale, i. secundum potentiam generatiuam, & quælibet causa non distantes causa, sed secundum esse ad, in quo fundatur relatio causæ, semper est prior effectu, non quatenus est effectus, sed quatenus est ens habens esse absolutum, fundans quodfundatur relationem effectus; & hoc intendit Philosophus, cum ait, causam esse priorem natura, quia ens prius potest esse sine posteriori, non autem e contra.

## QVÆSTIO TERTIA.

## *De Post Prædicamentis in Genere.*

TRes modos similitudinis dat Philosophus 5. Metaph. text. 21. primum dicentur aliqua similia, quorum quælibet est in eodem simpliciter, vt cum duæ albedines in eodem tempore, vel cum duæ albedines in eodem gradu generant illos. Secundo dicuntur aliqua simul natura, vt sunt omnia Relationis, & eiusmodi, quæ ita sunt simul, vt tamen inter differentias, vt species, & etiam inter species, vt alibi differentias constituant; sed circa modum istum occurrit quæstio sequens grauissimæ difficultatis.

## DVBITATIO VNICA

*V. Oppoſita præſertim contradictoria pro eodem, & eadem figura poſſint eſſe ſimul?*

Ratio difficultatis.

1 IAm in art. primo huius Quæſtionis dubitationis fuit inducta rem ficratio dubitandi, Quæ amplius nunc fic poteſt augeri. Vnum inſtans eſt omnino indiuiſibile, ergo non videtur poſſibile, quod duo contradictoria ſint ſimul pro vno, & eodem inſtanti.

2 Sed Dicendum contrà id in Quodlib. 6 q. 7. in Medio, quod non eſt idē, contradictoria eſſe ſimul, & eſſe in eodem inſtanti: cum pro vnico inſtanti bene poſſint verificari duo contradictoria de eodem, quæ tamen pro tali inſtanti nullo modo ſunt dicenda ſimul. Vt autem hoc declaremus, Obſeruandum eſt primo, quod Arift. in 8. Phiſicorum cap. 8. vult, quod ſi aliquid mutatur de oppoſito in oppoſitum, tunc per totum tempus eſt ſub vno oppoſitorum, & in inſtanti, quod copulatur ad illud tempus, eſt ſub altero oppoſitorum; Deus ergo oppoſita poſſunt verificari de eodem in tempore, & in inſtanti, quæ copulatur ad illud tempus, & inſtans non eſt aliquid amplius, quam terminus indiuiſibilis, & punctus non eſt aliquid maius, quam linea tantum. Si enim punctus faceret aliquid maius in linea, tunc partes diuidentes eorum, eſſent maius quàm totum, quod eſt impoſſibile; cum tamen quatuor quibuslibet partibus, ſimul ſumptis, & è conuerſo non repugnet igitur aliquod maius ad verificandā duo oppoſita, quam ad verificandum vnum oppoſitū tantum: ſed ſolum requiritur, quod ſit ibi ſucceſſio; nam ſi inſtans non ſuccederet tempori, non poſſent duo oppoſita verificari vnū in tempore, & aliud in inſtanti; & quia illa, inter quæ eſt ſucceſſio, eodem modo ſunt ſimul: ſi in eodem inſtanti poſſet eſſe ſucceſſio, poſſent ſimiliter pro tali duo contradictoria verificari de eodem pro vno, & eodem inſtanti, absque eo, quod talia contradictoria deberent eſſe ſimul.

Tempus & inſtans nō eſt aliquid quā tempus tantum

Adverificanda duo oppoſita, nō requiritur ſucceſſio in eodē inſtanti.

3 Aduertendum eſt ſecundo, quod ſi corpus immotum in Vacuo, tunc illi motus

non reduceretur in motum ejus, quia esset sine influentia ejus: cum tunc nullum esset ibi corpus medium, per quod Cælum posset attingere tale mobile; & quia motus in Vacuo non reducerentur in motum Cæli, propterea mensuraretur duplici mensura. 1 tempore continuo, quod est ratio primi motus; & etiam tempore discreto, quod esset proportionatum videm motui, qui fieret in Vacuo; cum hoc tamen discrimine, quod tempus continuum esset mensura extrinseca illi motui, qui fieret in Vacuo, tempus vero discretum esset mensura intrinseca, effectusque hoc tempus discretum compositum ex solis instantibus: sicut motus in Vacuo esset etiam compositus ex solis mutatis esse, & quoniam si omnes partes componantur simul, nullam habent successionem, propterea omnia illa instantia, ex quibus componeretur tempus discretum, non valerent plus, quam unum instans temporis continui.

4 Nunc ad propositum in uno & eodem instanti mensura propriè seu temporis discreti duo contradictoria non possunt verificari de eodem, quia tunc talia essent simul; cum in non instanti mensuræ propriè nulla sit successio; sed in eodem instanti mensuræ alienæ, seu in uno, & eodem instanti temporis continui potest dari successio; non quod successio sit in tali instanti; sed quia vni, & eidem instanti temporis continui possunt correspondere plura instantia mensuræ discreti: & sic in uno instanti temporis continui possunt opposita verificari de eodē, absque eo quod talia opposita propriè dicantur simul. Unde quia in tota æternitate Dei, quæ est propriè mensura, non est dare instans, si Deus nunc esset albus, & hinc ad mille annos fieret niger, simul Deus esset albus, & niger, quia esset albus, & niger in uno eodemque instanti propriæ mensuræ: sed in eodem instanti mensuræ alienæ quod opposita sint simul, inconveniens non est, quia vni, & eidem instanti mensuræ alienæ possent respondere multa instantia mensuræ propriæ, sicut vni & eidem puncto in linea continua possunt respondere infinita puncta in lineis intersis, quia super vno, & eodem puncto lineæ continuæ possunt collocari infinitæ lineæ in-

si nunc Deus esset albus & hinc ad mille annos fieret niger, simul Deus esset albus & niger

intercis; admotum lineâ procedentium à centro ad circumferentias. Vti ergo, & eidem initiali temporis continui possunt respondere infinita instantia temporis discreti; atque adeo & motus fieret in vacuo: illud mobile tunc in vno instanti mensuræ alicnę esset sursum, & deorsum: sed in vno instanti mensuræ propriè esset sursum, & in alio instanti esset deorsum.

## ARTICVLVS QVARTVS

### De *Quarto Post Prædicamento, quod est Motus.*

§ Ex. Philosophus assignat Species motus, *Generationem*, per quam producitur Substantia; *corruptionem*, per quam Substantia desinit esse. *Augmentationem*, per quam res maiorem Quantitatem acquirit præter illam, quam habet; *Diminutionem*, per quam dependitur aliqua Quantitas ex ea, quam res prius habebat. Quinta Species dicitur *Alteratio*, per quam res acquirit Qualitatem, vel contrariam illi, quam prius habebat, vel intensiorem in eadem Qualitate, quam habet. Sexta tandem Species est motus localis, per quę corpus acquirit *Vbi*. De his Speciebus in particulari suis locis erit tractatio Specialis; pro nunc de Motu in Communi sequens vnica dubitatio est videnda.

## DVBITATIO VNICA

### *V. Motus sit Post Prædicamentum?*

IN rebus parui momenti inmorandum non est. Hæc est nostra conclusio, apud omnes communis, & vera. Motus ve est via ad *Alia Prædicamenta*, est *Post Prædicamentum*, licet secundum essentiam, & quidditatem ad Prædicamentum pertineat Qualitatis, & tantum ad 3. Speciem Qualitatis, probatur vtrag; parsfacile, & quod Motus quatenus est via ad alia Prædicamenta, sit Post Prædicamentum, sic ostenditur. Post Prædicamentum nihil aliud est, nisi ratio præcedens omnia Prædicamenta: sed Motus quatenus est via ad alia Prædicamenta, præcedit omnia Genera, & reperitur in quolibet Prædicamento vel per se, vel saltem per accidens, ergo motus quatenus est via ad alia

Motus vt est via ad alia Prædicamenta est Post Prædicamentum.

Prædicamenta, est Post Prædicamentum.

2 Quod verò Idem motus secundum eam essendam, & quidditatem tantum pertineat ad 3. Speciem Qualitatis, sic probatur: quia contrarietas solum reperitur in Qualitate, vel in illis, quæ causantur à Qualitate; sed in motu est contrarietas, vt vult Philosophus hic, ergo motus secundum suam essentiam est Qualitas.

## ARTICVLVS QVINTVS

### De Quinto Post Prædicamento, quod est Habere.

IN quinto Aristot. in hoc vltimo Post Prædicamento, est enumerare septem modos habendi: quorum primus est, habere Qualitatem; secundus est habere Quantitatem, tertius est habere ea, quæ adiacent corpori, vt habere vestem vel armas, &c. quartus est habere aliquid non in toto corpore, sed in aliqua eius parte, vt habere annulū, in digito, Pileum in capite, quintus est, cum ipsum totum habet suas partes integrantes, vt Corpus habeat manus, habere autem alius, sextus modus habendi est cum aliquod continet aliud, vt Amphora habet vinum, Æther habet aquam, & vltimus tandem modus habendi est per perfectionem, vt Vir habet vxorem, Vxor habet virum, Homo habet peccatum, &c. Circa hoc Post Prædicamentum sequens Dubitandum superest declaranda.

## DVBITATIO VNICA

### *Quænam distinctio sit inter Habere, quod est vltimum Post Prædicamentum, & Habere, quod constituit x. Genus Generalissimum?*

1 RAtio dubitandi sumitur ex eo, quia Aristot. in hoc Post Prædicamento inter alios modos habendi, vnum dicit esse habere vestem, sed Habere vestem est 1. Prædicamentum, ergo videtur esse *distinctio* inter Habere, quod est Genus Generalissimum, & Habere, quod est Vltimum Post Prædicamentum. Dubitatio

2 Sed explicata Natura x. Prædicamenti, facile nouerit

erit apertus, quę nam sit distinctio inter Habere Prędicamentale, & Habere, quod est vltimum Post Prędicamentum. Vnde sit Conclusio. Habere Decimum Prędicamentum aliud est, nisi quoddam Accidens complexum medium inter Habentem, & rem Habitam, quod ita hęret intrinsece corpori, & tantū extenditur ab adiacentia eorū, quę circa corpus sunt, quę Accidentaliter denominat intrinsece Habere, vel Habitum: sed res adiacentes corpori extrinsece, denominatur Haberi. Habere verò, quod est vltimum *Post Prędicamentum*, est modus entis Vniuersalior, & trascendens omnia Prędicamenta, & vocari potest Habere secundum dici, non secundum esse: nam Substantia habet Accidentia: Genus in Quantitate habet Species, in Qualitate similiter, & sic de aliis: unde Habere, quod est *Post Prędicamentum*, nec determinatę est Substantia; nec determinatę est Accidens; sed est modus entis incompletus non principalis, sed præsidens singulis Prędicamentis.

§ Ad Rationem autem dubitandi dicendum, quod bene Philosophum inter modos habendi enumerauit etiam Habere vestem, quod est *Post* Prędicamentum: nam cum Habere, quod est *Post* Prędicamentum, sit trascendens omnia *Prędicamenta*, trascendit illud *Prędicamentum* decimum, quod vocatur Habere. & sic sicut datur Relatio secundum esse, & secundum dici, ita datur Habere secundum esse, & Habere secundum dici, atque adeo Habere vestem duplici ter sumi potest, primò *Prędicamentaliter*, & sic est Accidens medium inter Habentem vestem, & ipsam vestem secundo trascendentaliter, & sic non dicit Accidens medium; sed est modus habendi rem, quia superius Habere vt sic, & vt trascendit omnia *Prędicamenta*. Et hęc de Disceptationum Methaphisicum

SE-

# SECVNDA DISPVTATIO DE ENTE DIVISO.

HABITA notitia Prædicamentorum, Entis Metaphysicum adæquate dividentium, nunc nō erit difficile, per tractare de ipso met Ente Diviso. De quo duo Præcipuè se nobis offerunt explicanda; Primum est ipsa divisio Entis. Secundum est conceptus eiusdem: Quamobrem totam hanc disputationem duabus sequentibus Quæstionibus absolvemus.

## DISPVTATIONIS Secundæ

### De Ente Diviso.

### Quæstiones Duæ.

Quæst. I.
De Divisione Entis.

Quæst. II.
De Conceptu eiusdem.

## QVÆSTIO PRIMA

### De Divisione Entis.

CIrca divisionem Entis illud principaliter videndum est, Quotuplex illa sit: deinde quia non est certum, quomodo Ens divisum prædicetur de singulis dividentibus, videndum erit secundo, Qualis illa divisio sit. Dividemus ergo primam hanc Quæstionem in duos sequentes articulos.

## QVÆSTIONIS PRIMÆ

### De Divisione Entis

### Articuli Duo.

Artic. I.
Quotuplex sit Divisio Entis?

Artic. II.
Qualis sit Divisio Entis?

AR-

## ARTICVLVS PRIMVS

### Quotuplex sit Diuisio Entis, seu Quotupliciter possit diuidi Ens?

CIrca multiplicem Entis Diuisionem multipliciter solent Recentiores dubitari; Nos vero præsentem Articulum duabus tantum sequentibus dubitationibus absolemus.

## ARTICVLI PRIORIS

### De Multiplici Diuisione Entis

### Dubitationes Duæ.

Dub. I.
*Quæ nam sit prima, & Præcipua Entis Diuisio?*

Dub. II.
*An Ens recte diuidatur in Ens creatum, & increatum, & increatum positivum, & negativum?*

## DVBITATIO PRIMA

### Quæ nam sit Prima, & Præcipua Entis Diuisio?

1 IN hac grauissima difficultate diuersas reperio Doctorum sententias. Prima est Patris Suarij in 1. tho. suæ methodi disp. 4. sect. 8. n. 7. & deinceps. & in 2. thom. disp. 28. sect. 2. n. 7. vbi docet, Primam & adequatam Entis diuisionem esse in Ens finitum, & infinitum, cui diuisioni æquiualere inquit illas alias, Ens creatum, & increatum: in Ens à se, & Ens ab alio: in Ens per essentiam, & Ens per participationem, &c. fundatur hic Doctor in duplici ratione, quarum prima est, quia finitas, & infinitas sunt quid intimus rei, quam quodcunque aliud enim importat perfectionem rei, quæ est idem, ac ipsum esse rei, secunda est, quia illa diuisio est prior alteri, in qua membra diuidentia magis distant, sed finitum & infinitum magis distant, quam cætera membra, ipsam Ens diuidentia, ergo.

1. sententia Suarij.

2 Sed hæc sententia optime confutatur tum à Scotistis, cum etiam à Thomistis, & facile efficax desumi potest ex

2. sententia probat

exijs, quæ dicemus in dispu
præced. q. de Relatione ar.
1. dub 7. & sic ad propositum
formari potest. Relatio secun
dum suam quidditatem nec
est finita, nec infinita; ergo
illa Entis Divisio in Ens fi-
nitum, & infinitum nec est
sufficiens, nec est omnium
perfecta, consequentia patet,
probatur antecedens, quia
Quidditas Relationis, cum sit
referri ad aliud, nec dicat per
fectionem in aliquo, nec mi-
nus dicit imperfectionem:
sed sicut præscindit ab hoc,
quod sit substantia, vel Ac-
cidens, sic præscindit ab hoc,
quod est dicere perfectionem,
vel imperfectionem. Relatio
ergo secundum suam quidi
tatem considerata, nec est fi
nita, nec infinita: & tamen
secundum quidditatem est
Ens Reale.

3 Nec Rationes pro Su-
mo conducunt: nam si alle-
gam ell, finitatem, & infinita-
tem non exercere totam la-
titudinem Entis; patet re-
fert, quod finitas vel infini-
tas sint quid intrinsecum rei: &
quod finitum & infinitum
maxime differant.

4 Secunda sententia tribui
potest Durando Pasqualigo dis-
put. 3. sect. 4. ubi con-
stanter affirmat, Primam, &
adæquatam Entis divisionem
esse in substantiam, & Acci-
dens.

5 Sed neq; hæc sententia
approbanda est; sicut quia
substantia, & accidens non
exercent totum Ens, cum
Relatio secundum suam qui-
ditatem sit verum Ens reale,
& tamen nec sit substantia,
nec minus accidens; tum etiã
quia Ens divisum in substã-
tiam, & Accidens, nõ est ens
in ea universalitate sumpti,
vt comprehendat quam Ens
rationis, vt idem Pasqualigo
fatetur contra tantum in-
disp. 3. sect. 2. n. 4. & tamen illa
est, quia Ens rationis non ha-
bet omnẽ conceptum, nec
realem consequentiam cum
Ente reali; Ens igitur, quod
in sua dividentia ponitur, est
Ens verum & reale, sed acci-
dentale non secundæ intã-
tionis, ergo non recte di-
uiditur Ens reale in substantiam, & Accidens; alias ali-
quid esset sub dividentibus,
quod non esset sub ipso divi-
so.

6 Tertia sententia est ma-
gistralis Doctoris Subtilis, & ali-
orum, Primam Entis Di
uisionem esse ipsum Ens
ra, sed quærendo salvare eos-
dem in aliquo sensu, Divisionẽ
Entis in vnum, & multa esse
priorem, & adæquatam, sta-
tim infra dicemus in dubita
tione sequenti.

7 Et prætermissis aliis Opi
nionibus parum probabili-
bus

2. Sententia docens, ens reale, esse inferius ad substantiã & accidens.

Et hæc est vera sententia

bus, vt essilla Auersa in sua Philosophia q. 17 sect. 1. existimantis posse Ens aqueprimo diuidi, & immediatè pluribus diuisionibus, vt si diuidatur in absolutum, & respectiuum; in spirituale, & corporale; in substantiam, & & Accidens; in Ens finitum & infinitum.

8 Nostra sententia tribus conclusionibus est explicanda. Prima conclusio Prima, & adequata Entis Diuisio est in Ens pro vt dicit esse, & in Ens, pro vt dicit essentiam. Ita Aegid. in Quæstionibus de Ente, & essentia q. 1. a. 2. col. 4. in fine, & alibi plures. cuius hæc diuisio æquiualens illi, quam tradidit subtilissimus Scotus tam in Quolib. 5. ar. 1. & 3. tam etiam in primum sent. dist. 8. q. 3. quod Ens immediatè, & primo diuiditur in Quantum, & non Quantum: nam Ens Quantum correspondet Enti, pro vt dicit esse; Ens vero non quantum, idem est, ac ens, pro vt dicit essentiam. Probatur autem hæc prima conclusio, quia in tota latitudine Entis nihil est, quod non sit vel Ens, pro vt dicit esse, vel ens pro vt dicit essentiam; ergo prima, & immediata Entis Diuisio est in Ens quantum, seu in ens, pro vt dicit esse, & in ens non quantum.

Nostra 1ma conclusio.

1. conc.

1. Entis diuisio est in ē pro vt dicit eē, & in ē pro vt dicit essentiam

9 Secunda conclusio. Ens pro vt dicit essentiam immediate subdividitur in essentiam, quæ est purus actus, & est essentia diuina; in essentiam, quæ est pura potentia, vt est essentia materiæ primæ & in essentiam admixtam ex potentia, & actu, vt est essentia cuiuslibet rei creatæ, quæ mediat inter Deum, & materiam primam. Ita etiam docet Aegid. in Quæst. 1. a. de Ente, & Essentia in solutione ad 11. neq; hæc conclusio indiget peculiari probatione, quia omnis Essentia, vt essentia est præcisè, vel est summe esse; & hæc est sola Essentia Diuina: vel est potentia tantum, & non est ipsum esse, nec est immediatum fundamentum ipsius esse, sed est immediatum fundamentum informe, qua mediante acquirit esse; & talis est essentia Materiæ primæ; vel tandem est Essentia admixta ex potentia, & actu, quæ licet non sit ipsum esse, est tamen immediatum fundamentum ipsius esse; & hæc est omnis es-

Ens pro vt dicit essam immediate diuidit.

sencia media inter materiam primam, & Deum.

10 Tertia conclusio. Ens pro vt dicit Essentiam admixtam ex potentia, & actu, 3. conc. immediatè dividitur in Decem Genera Generalissima. Hæc conclusio est proculdubio Aristotelis 1. meth. 9. 9. ad primum argumentum, & probatur, quia Ens, quod dividitur in Decem Prædicamenta, non est Ens, pro vt dicit essentiam Relatio Prædicamentalis est vnum ex membris dividentibus Ens, & tamen Relatio non habet esse per se primum, vt suo loco ostendimus, ergo Ens, quod dividitur in Decem Genera, est Ens pro vt dicit Essentiam; sed non vt Essentia, quæ est purissima actus, quia hæc non dividitur in Genera, Nec minus vt Inessentia, quæ est potentia tantum, vt de se patet, ergo Diuisum in decem Suprema Genera, est solummodo Ens, pro vt dicit Essentiam, admixtam ex potentia, & actu.

Ens pro vt dicit essentiam admixtam

## DVBITATIO SECVNDA

*An saltem Ens pro vt dicit esse, possit recte dividi primo, & immediate in Ens finitum, & infinitum, & in possibile, & negabile?*

1 SAn ipsum esse, seu ipsum existere realiter, quod ab aliis vocatur Ens participialiter, recte dividatur primo, & immediate in Ens à se, quod est ipsum esse Divinum, & in ens ab alio, quod est ipsum esse creatum, seu Ens pro vt dicit esse, recte, & sufficienter dividatur in Deum, & Creaturam?

2 Et prima sententia negat eandem, propter sequentes rationes. Primo, si Ens reale, etiam pro vt dicit esse, divideretur in Ens creatum, & increatum, membra dividendi vel excederent, vel excederentur à toto diviso; ergo non recte potest Ens pro vt dicit esse, primo, & immediate dividi in Ens increatum, & Creaturam. Consequentia tenet probatur antecedens: Deus est ens ratio-

Ens pro vt dicit esse dividitur primo, & immediate in Deum, & Creaturam.

Prior ratio.

1. argu. pro hac sententia

rationem Entis, ergo si Ens dividatur in Deum, & Creaturam, vel divisum excederet latitudinem dividentis, vel excederetur ab illis. probatur iterum antecedens. Omne Ens aut est ens per se, aut est Ens per accidens, sed Deus nec est ens per se, nec est per accidens, ergo Deus effugit omnem rationem entis, maior non indiget probatione, quia non datur medium, probatur minor, & qd Deus non sit Ens per accidens, hoc manifestum est, quod autem Deus nec sit ens per se, sic probatur. Ens per se immediate dividitur in decem Predicamenta, in substantiam, Quantitatem, Qualitatem, &c. Sed Deus in nullo est Predicamento, vt supra dictum est, ergo Deus nec est Ens per se, nec est ens per Accidens, & ex consequenti effugit omnem rationem entis. Secundo, Deus

2. argu. nullo modo est ens, ergo ens non recte potest dividi in Deum, & Creaturam, probatur antecedens, si Deus esset Ens, tunc ens non praedicaretur de Deo conuertibiliter, eo quod omne Ens esset Deus, quod falsum est, si praedicaretur de Deo inconuertibiliter, & tanquam aliquod, pluribus commune, tunc sic; omne commune semper est prius suis inferioribus, ergo Ens esset prius Deo, & Deus esset posterior ipso ente, sed omne posterius semper addit aliquod ad suum prius, vt patet in omnibus, quae habent per modum prioris, & posterioris, homo, qui est potens ratione animali, addit supra animal esse rationale, ergo Deus si est posterius ad ipsum ens incommunicabet aliquid adi tellectualitas: & tunc manifesta sequerentur absurda, in primis sequeretur, Deum esse compositum ex Ente, & illo addito, sequeretur secundo, quod vel Deus esset essentialiter nihil, vel si daretur aliquid, qd non esset ens; quod sic probatur; nam illud, quod addet Deus supra ens, vel esset aliquid, vel nihil, si nihil, ergo vltimum constitutiuum Dei in esse Dei, esset nihil, si aliquid, ergo daretur aliquid, quod non esset ens. Tertio, si daretur ens commune Deo, & creaturae, quia omne commune praedicatur de singulis inferioribus, sequeretur, quod illud Ens commune, quod praedicaretur de Deo, praedicaretur pariter de Creatura, & è contra, quod dici non debet. Deinde Deus, & Creatura contradictorie opponuntur, quia totum, quod ponit vnum, totum alterum negat:

ergo si daretur ens commune Deo, & Creaturæ, verificarẽtur duo contradictoria de eodem Ente communi, quod falsum esse constat.

3 Sed Verior, & probabilior sententia apud omnes tum Antiquiores, tum etiam Recentiores; quod referemus in sequenti art. dub. 3. est, Ens prout dicit esse reale, & sufficienter diuidi in Ens a se, & Ens ab alio; seu in Ens increatum, quod est infinitum, & independens, ac purissimus actus: & in ens creatum, quod ẽ finitum, dependens, & admixtum ex potẽtia, & actu. Huc proculdubio vult Ægidius in q. 1. a. 1. de Ente, & Essentia, cum dicit esse in esse receptum, & esse perfectam esse receptum est esse creatum, & finitum; esse vero per se est esse purum, independens, & increatum. probatur autem hæc nostra sententia, quia antecedenter, & independenter ab omni opere intellectus in tota latitudine Entium, habendum esse, non datur aliud esse, seu aliud ẽs existens, nisi vel Ens, quod habet esse per se, independens, & increatum, & hoc est esse Diuinum, vel Ens, quod habet esse receptum, seu esse dependens, & creatum, atque finitum, & hoc est esse creatum; ergo Ens prout dicit esse reale dividitur primo, & immediate in Ens a se, & increatum, atq; infinitum, & in Ens ab alio, quod est creatum dependens, et finitum.

Verior sẽtia docet ẽs pro vt dicit esse reale dividi in Deum, & creaturam.

4 Pro solutione tamẽ Argumẽtorum supponẽda sunt duo, quæ latè declarabimus & probabimus in sequẽti art. dub. 2. & 3. & primum supponimus, quod conceptus vniuocus proprie est Vnus, & vere est precisus, atq; formaliter, & simpliciter est in omnibus, & singulis inferioribus; conceptus vero Analogus nec propriè dicit potestvnus; nec propriè est precisus, & quamuis formaliter sit in singulis inferioribus; non tamen eadem modo in eo, quam in alio; sed formaliter simpliciter est in primo Analogato: in aliis vero secundũ quid, seu per attributionem ad primum. Secundo quod Ens propriè, & in rigore non est Vniuocum ad Deum, & Creaturas; sed potius Analogum.

5 His suppositis Respõdetur ad primum Argumẽtum falsum esse, quod Deus probetur effugiat rationem Entis: ad cuius probationem dicimus, quod Deus ẽ Ens per se; cum vero infertur, quod Ens per se dividitur in Decem Prædicamenta, cum distinctione

ne Respondendum est; Ens per se prout dicit essentiam admixtam ex potentia, & actu, dividitur in Decem Prædicamenta, verum est; sed non est verum de Ente per se, prout Ens dicit esse, vt iam vidimus in præcedenti Dub. concl. 3.

6 Ad secundum Negandū est principale antecedens, quod Deus nullo modo sit Ens: ad cuius probationem dicimus, quod Ens prædicatur inconuertibiliter de Deo, & creaturis, non Vnivoce, sed Analogicè: & propterea nihil obstat, quin ipsum Ens sit prius ipso Deo, & Deus sit posterior ipso Ente: nam licet posterius addat conceptū proprie Vniuocum addat aliquid quod sapiat simum prius: posterius tamen ad conceptū analogum non addit aliquid supra eundem conceptum, sed tantum arguit diuersum modum essendi. & quia Conceptus entis, vt sequentibus ostendemus, non est Vniuocus, sed Analogus, hinc sequitur, quod Deus, qui se habet vt posterior ad ens, non addat aliquid supra ens, sed tantum dicat diuersum modum essendi a creaturis.

7 Ad tertium dicimus, quod si Ens esset proprie vniuocum Deo, & Creaturis, vtique sequerentur illa incommoda, quæ inferuntur in argumento: sed non iam supponimus pro modo inferendi articulo facilius probari, quod Ens non est proprie vniuocum Deo, & Creaturis; sed tantum Analogum: & propterea argumentum nil concludit.

8 Sed Petes, an Ens prout dicit esse sicuti immediatè dividitur in Ens a se, & Ens ab alio; ita rectè dividi possit in vnum, & multa? Respondetur affirmatiuè: nam Ens increatum & infinitum; cum sit purissimus actus, proprissimè est Ens vnum, & Ens simplicissimum. Ens verò creatum cum sit admixtum ex potentia, & actu, proprie non est vnum, & proprie non est simplex, excludens omnem pluralitatem & compositionem; sed in rigore potest dici Ens multa, i. Ens compositum ex potentia, & actu.

Petes iterū an Ens Reale creatum rectè possit dividi in Positiuum, & negatiuum? Respondetur affirmatiuè, quia conceptus Entis prout dicit esse, sicuti sine vllo incommodo dividi potest Analogicè in Deum & creaturam: ita conceptus Entis realis etiam vt dicit esse, potest Analogicè dividi in ens positiuum, &

negationem, ita vt idem conceptus simpliciter sit in Ente positiuo, & secundum quid, seu per Attributionem in Ente Negatiuo.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### Qualis sit Diuisio, & Prædicatio Entis de suis inferioribus?

QVALITAS cuiuslibet diuisionis vel est æquiuoca, vel Vniuoca, vel Analoga, vel tandem denominatiua, & propterea præsentem articulum tribus dubitationibus absoluemus.

---

## ARTICVLI SECVNDI

### De Qualitate Diuisionis Entis

### Dubitationes Tres.

*Dub. I.*

*V. Diuisio Entis in Ens Reale, & rationis sit Æquiuoca?*

*Dub. II.*

*V. Ens prædicetur Vniuocè, vel analogicè De Deo, & Creaturis, & de singulis denominationibus Entis?*

*Dub. III.*

*V. Ens prædicetur denominatiuè præcisiuè de vltimis differentijs, & de proprijs passionibus?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### V. Diuisio Entis in Ens Reale, & rationis sit æquiuoca?

1 SVarez in Methaphisica disp. 54. sect. 2. num. 9. Caietan. de Nominum Analogia cap. 8. in responsione ad dubitatum capitulum in p. dist. 2. q. 1. Fonseca 2. metaph. cap. 2. q. 2. sect. 7. & Alij plures affirmant, Ens positiuum vt sic esse Analogum, & analogicè prædicari de Ente reali, & rationis, pro qua Sententia sunt huiusmodi rationes. Prima est vt sic bene diuidatur Analogicè in Ens creatum, & increatum; ergo etiam bene prædicabitur Analogicè de Ente reali, & rationis, probatur consequentia, quia magis dista Deus à creatura, quam Ens reale à rationis. Ens rationis pertinet ad considerationem methaphisicam; ergo aliquo pacto debet conuenire cum en-

Petit Suarez Caiet. Fonsec.

Ente reali, cum considerentur à Methaphisica propter Analogiam, quam habet ad Ens reale. 3. Ens rationis est aliquo modo intelligibile, ergo Ens rationis est aliquo modo Ens, quia intelligibilitas est passio Entis. Quarto quæ sunt obiectum vnius potentiæ, habent etiam vnam rationem formalem saltem analogam, quæ est ratio obiectiua illius potentiæ sed Ens reale, & rationis sunt obiectum intellectus, ergo, &c.

2. Sed contraria Sententia est sublinenda, quod facilè vtcumque ex quocè dictis de Ente reali, & rationis: ita deduci potest ex Doctrina Ægidij, quam habet in 4. Meth. q. 1., probatur quia Ratio significata per hoc nomen Ens, non est simpliciter, nec secundum quid in Ente rationis; sed tantummodo per similitudinem: ergo hoc nomen Ens non est Vniuocum, nec analogum respectu Entis realis, & rationis; sed parum equiuocum; consequentia sequitur ex dictis in Ante Prædicamentis, probatur modo antecedens: ratio significata per nomen Ens, non est simpliciter in Ente rationis hoc omnes facilè concedent; quod vero eadem ratio nec

Prapro batio Ens ellè equiuo cũ ad ẽs reale, & rationis

probat pos Aſſertio

sit in Ente rationis secundum quid, sic suadetur: Ens rationis nullo modo habet esse reale: sicut homo pictus nullo modo est Animal Rationale; sed sicut homo pictus est solum per similitudinem Animal Rationale; ita Ens rationis solum per similitudinem habet esse, ergo si ratio significata per nomẽ Ens, nec simpliciter, nec secundum quid est in Ente rationis, sed tantũ per similitudinẽ, sequitur, q Ens nec erit Vniuocum, nec Analogum proprie, sed solum equiuocum respectu Entis realis, & rationis; & poterit etiam dici analogum, quatenus analogum idem est, ac equiuocum.

3. Ad Argumenta pro prima Sententia Respondetur; ea tantum concludere, Ens esse Analogum, prout Analogum idem est, ac æquiuocum, seu quatenus valde accedit ad equiuocationem: & ad primum inforna dicimus, dispari esse ratione de Deo, & creaturis ex vna parte; & de Ente reali, & rationis ex alia parte: nã licet tot Deum & Creaturam sit infinita distantia; hæc tamen distantia est positiua, cum ambo extrema sint positiua: vnde non repugnat inter Deum, & Creaturam esse aliquam conuenientiam ana-

lo-

logam; sed inter Ens reale, & rationis est solum modo distantia negatiua, cum Ens rationis per comparationem ad Ens reale significet, vnde Ens rationis est extremum negatiuum, & propterea non potest fundare proportionem nec habitudinem aliquam. Ad secundum Respondetur, falsum esse, Ens rationis pertinere ad Metha phisicam, quia vt diximus in primo Tractatu disp. 2. de Entibus rationis q. 2. art. 2. dub. 2. Ens rationis cum proprié non sit scibile, proprié non pertinet ad aliquam Scientiam realem, nec Specialem, nec communem, & quia solum est scibile prout Ens rationis cadit immediatè per actum sciendi, seu per actum rationis, ideo dici potest, quod ens rationis pertineat ad Logicam, quæ est Scientia Rationalis.

Inter Deum, & creaturam nō est pura negatio cum virtute extremi Si positiuum.

Ens rōnis nō pertinet ad Metha sed ad Logicā.

4 Ad Tertium argumentum patet Solutio ex dictis in præcedenti tractatu disp. 2. de Entibus rationis, vbi diximus, entia rationis proprié non esse intelligibilia. Ad quartum dicimus, falsum esse omnino, quod Ens rationis sit obstaculum intellectus, vt plures diximus in eadem Disp. 2. tractantes de secundis intentionib⁹.

## DVBITATIO SECVNDA

*V Ens prædicetur Pri nore, vel Analo ice de Deo, & creaturis, & de singulis Dividentibus Ens?*

1 Hæc est grauior difficultas præcedente, in qua arduè pugnat Angelicus cum subtili: & propterea diligentius rem tractabimus, nec recedemus a solito nostro proceden di more: sed recensebimus primo quid dicant Vtriusque Sententiæ tam insigni doctores, & post modum quod dicendum videatur. Deinde vna cum Vtriusque, in medium afferemus.

Prima sēta Thōmistarū docet Ens nō esse Vniuocum

2 Prima igitur Sententia est Sancti Thomæ, quam sequuntur ferè omnes Recentiores, præsertim Suarez in Met. Disp. 28. sect. 3. num. 5. Vasq. 1. p. disp. 22. cap. 3. Ruuius in Logica Tract. de Analog. q. an ens sit Vniuocum, part. 2. Pasqual Disp. 28. sect. 2. Brun Disp. 11. de Analogia entis sect. 2. & plures alij, qui omnes vnanimiter sentiunt, ens vt sic communissime sumptum non esse Vniuocum Deo & Crea-

tu-

entis Substantiæ, & Accidenti. Sed potius Analogus: Solentque hæc sententia sic suaderi. Primo, Illa ratio Entis, secundum quam creatura est ens, non potest prædicari de Deo, & è contra illa ratio Entis, secundum quam Deus est Ens, non potest prædicari de Creatura, ergo non datur aliqua ratio Entis Vniuoca Deo, & Creaturis: Substãciæ, & Accidẽti, consequentia est euidens, quoniam in omnibus Vniuocis ratio significata per nomen, prædicatur de singulis inferioribus: antecedens autem probatur, quia totũ id, quod est in Creatura, intrinsecè est finitum, & participatum, ergo ratio Entis, quæ est in Creatura, nullo modo potest prædicari de Deo, & è contra ratio Entis, secundum quam Deus constituitur in esse Dei, cum sit essentialiter independens, & imparticipata, nullo modo potest prædicari de Creatura. & confirmatur. quia ratio Entis non est ita simpliciter in Creaturis, sicut in Deo; sed simpliciter in Deo, & secundum quid in creaturis, ergo Ens est analogum. Secundo sumatur illud Ens, quod præscindit à Deo, & creaturis; vel tale Ens præcisum est Ens à se, vel est Ens ab alio? si est Ens à se, ergo non potest prædicari de creatura; si est Ens ab alio, ergo non potest prædicari de Deo; Nec dici potest, quod illud Ens præcisum neque sit ens à se, neq; sit Ens ab alio: nam Ens secundum suam rationem essentialem dicit id, quod habet esse, implicat autem concipere aliquid, quod habeat esse reale, & quod illud esse vel non sit à se, vel ab alio. Tertio id, quod prædicatur vniuocè de pluribus, est simplicius quolibet ipsorum saltem secundum rationem: nam quodlibet illorum inferiorum, de quibus prædicatur, est compositum ex tali ratione vniuoca, & ex ratione propria, quæ est compositio saltem rationis: sed hoc implicat in Deo, qui est infinito modo simplicissimus, ergo Ens non potest dici vniuocè de Deo, & Creatura. Ecce quid dicunt Angelici.

3 Nunc videamus, quid sentiant Subtiles: Doctissimus Scotus in 1. Sent. dist. 3 q. 1. & dist. 8 q. 3. Omnesq; eius discipuli sentiunt, quod ratione conuenientiæ, quæ est inter Deum, & creaturas in ratione Entis, potest ab ipsis præscindi conceptus vnus communis vniuocus, di-

Sententiarum docet esse Vniuocum.

dicens rationem Entis, atq; eodem; quod Ens sit Vnum, & proprie Vniuocum tam respectu Substantiæ, & Accidentis: quam etiam respectu Dei, & creaturarum. fundamenta autem pro hac Sententia sunt sequentia. Primum Ens est Obiectum Intellectus, qui est potentia Vniuoca, eiusque pariter obiectum Metaphisicæ, quæ est Vna scientia Vniuoca, ergo Ens est Vniuocum ad omnia sua inferiora antecedens. Est notum, consequentia probatur, quia quomodo potest obiectum tribuere Vnitatem vniuocam scientiæ, & potentiæ, si non sit Vnitatem Vniuocam non haberet: Secundo quacunque essentia essentialis potest præcindere vnum ens à quocunque alio; ergo cum inter Deum & creaturas sit conuenientia essentialis in ratione Entis: dabitur conceptus Entis Vniuersus Dei, & creaturæ. Tertia. Ens prædicatur de Deo, & creaturis secundum nomen, & rationem; ergo Ens respectu eorum est Vniuocum, consequentia sequitur, probatur antecedens, & quod Ens prædicetur secundum idem nomen, res est clara; quod

1. argu. pro Sco to

eodem etiam prædicetur secundum eandem rationem, sic probatur. Ratio Entis, vt sic est esse: sed hoc, quod est esse, simpliciter est tam in Deo, quam in Creaturis, ergo, &c. probatur secunda minor, quia creaturæ realiter non sunt nihil, ergo realiter habent esse: nec obstat dicere, quod esse non simpliciter participatur ab inferioribus, cum in Deo sit esse simpliciter infinitum, esse vero in creaturis simpliciter finitum; nam hæc inæqualitas non tollit vniuocationem: sicuti ratio Animalis est æqualis obligationi modo sit in Homine, quam in Asino. non propterea collitur, quin eadem ratio, sit Vniuoca. Multa alia argumenta possunt adduci in fauorem contrariæ Scotistæ; sed adducta sunt potiora.

Alia. Argumenta Scoti.

4 Quamuis autem huiusmodi doctrina prima facie videatur opposita Regulæ tamen in sensu sibi inuicem non contradicunt; unde supponit His, quæ cum Magistro in scholis docemus in q. 1. de Arte Prædicamentis dicta, & nunciata.

## Conclusio I. Opinionis

Ens

Ens non est Vniuocum vniuocatione propriissima, quæ tantum reperitur in specie specialissima; nec minus est, Vniuocum vniuocatione propria, quæ competit Deo, & creaturis tantum. Hinc, & non aliud vult D. Thom. cum nec vllus Scotista contradicet, quia ratio significata per nomen Ens, non est vna per prædicationem, ita vt singula entia sint talia per Ens illud, quæ sit in eis, quia nec ratio entis est vna eadem in omnibus, vt ratio speciei in inferioribus; nec è contra simpliciter in creaturis, sicut in Deo, quæ eadem ratio Animalis est simpliciter in omnibus speciebus, licet cum aliqua inæqualitate. Hoc omnes admittunt, & si metaphysica, ac potestia intellectiua habet vnitatem specialissimam; hinc non primum à ratione firmali capitur obiectum Entis: Sed ratio firmalis est perfectio. Addunt tamen, quod Ens est Vniuocum vniuocatione media inter puram Vniuocationem, & puram æquiuocationem, quæ cum disparitate ab Analogia hoc tantum concludit argumenta Scoti in hoc sensu nec cogunt, nec significata per nomen Ens, nec è intellectibus Entis omnino diuersa, aliis dicerentur eadem æqualiter, nec est omnino eadem, alias esset simpliciter vniuoca; sed est vna per attributionem, & est aliquo modo eadem, & aliquo modo diuersa: est eadem, quia ratio entis est vna in omnibus Entibus, est vero diuersa, quia in Deo ratio entis est simpliciter in creaturis vero secundum quid, & per attributionem ad Deum; ergo ratio entis est vna salem vniuocatione media inter puram vniuocam, & puram æquiuocam; & quia media semper participant de extremis, ideo dicuntur Analoga, quæ magis accedunt ad æquiuocationem, quam ad Vniuocationem respectu vnius, & minus respectu alterius, & sic dicitur Analogum magis accedens ad Vniuocationem, quam ad æquiuocationem; & hoc est Ens. Videamus, quæ dicantur cum Scotistis, qui dicunt prædicamentum Entis dabitis & alios per totum.

## DVBITATIO TERTIA

*An Ens prædicetur essentialiter, vel denominatiuè de vltimis differentijs, &c.?*

Sētia Scot.

1 Omnis controuersia inter S. Thomam, & Scotum est de vltimis differentijs rerum, & proprijs entis Passionibus: Nam Scotus in 1. sent. dist. 3. q. 3. ad Quæstionem, &c. & dist. 8. q. 4. dist. 3. q. 4. sentit, Ens non prædicari essentialiter de vltimis differentijs, & de proprijs Passionibus: sed potius denominatiuè: sequuntur Scotum omnes eius discipuli, qui hanc sententiam primo defendunt probant. Si Ens essentialiter prædicaretur de vltimis differentijs, sequeretur, quod vltimæ differentiæ non essent primo diuersæ: probatur sequela: quia tam si vltimæ differentiæ includunt essentialiter Ens, cum inter se non distinguantur idem habebunt aliquod, in quo conueniunt, & aliud, per quod differūt: quia conuenient in ente, quod Essentialiter includent, vnde etiam sequeretur, vltimas differētias non esse conceptus simplices: sed compositos ex Ente, & proprijs rationibus, quæ omnia absurda sunt. Secundo. Si vltimæ differētiæ includerent Ens, sequeretur, quod non possent habere entia per se primo: sed vt quædam essent differentiæ: sed potius differentes, quia in aliquo conuenirent, & in aliquo differunt, atque adeo possēt resolui in conceptum communē, secundum quē non differunt. & in conceptum particularem, secundum quem differunt.

2 Tertio specialiter id idē probatur de propriis Passionibus, nam Ens (subiectum suarum passionum, ergo non prædicatur de illis essentialiter probatur consequētia, quia quod continetur in definitionibus tanquam adiri: ell extra Essentia differētis: sed Ens è subiectum suarum passionum, ergo ell extra Essentiam illarum. Quarto. Passiones Entis non dicunt rationem Entis, sed aliquid aliud, aliquin idē esset passio sui ipsius: vel ergo illud aliquid aliud, quod adiunt Enti, includit Ens, vel non: si non includit, ergo processus in infinitum, si non includit, hucusque passio Entis, & de hac rati non prædicabitur Ens essentialiter: Hæc Scotilla.

Opinio Thomistarum.

3 Altera sententia, extra Scholam Scotistarum, est opposita, illamque defendunt omnes discipuli S. Thom & specialiter Suarez in met. disp. 28. sect. 4. num. 6. Hurtad in met disp. 2. sect. 4. Aucrsa in Philosophia q. 3. sect. 4. & alij multi, qui omnes asserunt, Ens essentialiter prædicari de omnibus rebus, etiam de vltimis differentijs, & propriis

Suarez Hurtad Aucrsa.

ip-

ipsius Entis passionibus; & prima ratio pro hac sententia desumitur ex doctrina Philosophi in metaphysica, qui eatenus probat, Ens non esse Genus, quia si Ens esset Genus, deberet esse extra differentias; sed Ens non est extra differentias, ergo Ens non est Genus. Secundo omne illud, quod per se percipitur ab aliqua potentia, per se continetur ab obiecto illius; sed vltimæ differentiæ rerum, & etiam passiones Entis per se percipiuntur ab intellectu, ergo essentialiter continentur sub obiecto intellecto, & cum obiecto intellecto sit Ens sequitur, quod Ens essentialiter contineat in illis. 3. Hæ propositiones sunt contradictoriæ, S. Vltima differentia essentialiter est Ens, vltima differentia essentialiter est nihil: nam inter ens, & nihil nullum cadit medium, ergo altera ex his debet necessario esse vera; sed hæc est falsa, vltimæ differentiæ rerum sunt nihil, ergo hæc erit vera vltimæ differentiæ essentialiter sunt Ens.

4 Dices. Vltimas differentias nec esse essentialiter Ens nec essentialiter nihil, sed esse de nominatiue Ens.

5 Sed contra. Si Ens est Prædicatum denominatiuum, & accidentaliter de differentijs dicitur, ergo debet in differentijs supponi aliud prædicatum, quod sit essentiale; sed hoc prædicatum essentiale, præcedens ipsum Ens est inassignabile, ergo, &c.

6 Hæc pro conciliatione Vtriusq; sententiæ maximopere supponenda est id, quod in omni Schola est communissimum, quod Ens est prædicatum trascendens, quod imbibitur in conceptu cuiuslibet rei, & sic ex trascendentia habet Ens, quod sit quid intrinsecum cuilibet rei: quia nihil est magis intrinsecum alicui, quam id, quod sibi sum ergo Ens propter trascendentiam est realiter idem cum quacunque re (nam Ens in substantia realiter & substantia, in Accidente realiter est accidens; in differentijs singulis realiter est ipsamet differentia.) hinc fit, quod Ens propter trascendentiam est intrinsecum cuilibet rei, & in hac sensu dici potest, quod prædicatur essentialiter de omnibus rebus; Non essentialiter tanquam id, quod dicit essentiam rei, sed tanquam id, quod trascendit essentiam rei, & propterea prædicatur eodem modo, quo prædicantur ipsamet res, in cuius intellectu imbibitur: quia ergo Genera, & species prædicantur simpliciter

in.

Ens non est Genus.

Proconciliatione vtriusque sententiæ.

in quid, ideo Ens de Generibus, & Speciebus simpliciter predicat in quid, & quia Proprium, & accidens simpliciter predicatur in quale: Ideo Ens de passionibus, & Accidentibus predicatur simpliciter in quale. Differentia demum, quia significant partem essentiæ, & propter hoc Predicatur in quale quid, i. essentialiter ad modũ quæ sit, ideo Ens de vltimis Differentijs etiam predicatur denominatiuè.

7 Hinc autem clarius sic declaratur. Denominatiũ duplex est, seu prędicari denominatiuè fit duplicitèr, primo secundũ rem seu secũdũ esse, itaut ipsum denominatiuum sit omnino extra essentiam rei denominatæ; & hoc modo non prędicantur denominatiuè nisi totum accidentia de suis Subiectis, vt Albedo de pario, dealbo, &c. Secundo potest aliquid prędicari denominatiuè secundum modum essendi, vt sit in essentia rei denominatæ, sed quia habet modum Accidentis, propterea prędicatur ad modum Qualis, vt Differentia Substantialis prędicatur in Quale quid, i. prędicatur intra essentiã, sed denominatiuè ad modũ qualis: prædicatur quidem intra essentiam, quia Differentia substantialis dicit partem essentiæ, sed prędicatur etiam denominatiuè, & ad modum Qualis, quia Differentia formalis nũ dicit substantiã, & quia forma est Qualitas, ideo Differentia prędicatur ad modum qualis: habet etiam Substantię secũ de significant quale quid, significant quid, quia sunt substantię; seu significant etiam Quale, quia sunt Vniuersales & proprię communitatę, quã habẽt tantũ in alijs, atq; adeo habent modum accidentis, seu modum Qualitatum. Vt sic ad nostrũ propositũ. Ens cum sit transcendens omnẽ genus rei cuiuslibet nõ tantũ differentias æquiuocas, sed etiam vniuocas, & analogas, quæ sunt intra essentiam rei, & quæ sunt de essentia rei, sed tanquã quid, & est ipsa res, dici põt, & prędicatur sic in essentia rei, & quia Differentię prędicantur denominatiuè, ideo Ens de Differentijs dici põt, & prędicetur denominatiuè, nõ denominatiuè proprię, & in re, seu sũ esse, quia hoc cõpetit substantijs, & accidentibus: sed denominatiuè sũ modũ, ita vt prędicetur intra essentiam, sed ad modũ Accidentis, & sic Intelligendi sunt Scoti, &

QVE-

Ens non est in essentia omnium sub. prędicabilẽ quia est vt sit in modũ.

# QVAESTIO SECVNDA
## DE
# CONCEPTV ENTIS

QVIDDITATIS hîs, quæ in præcedenti Quæstione sunt dicta circa divisionem Entis, parca nunc videnda supersunt de Conceptu eiusdem; & quæ præcipuè explicanda occurrunt, sunt *Vnitas* Conceptus Entis, & abstractio eiusdem ab inferioribus. Igitur dividemus hanc Quæstionem in *Duos* tantum sequentes Articulos.

QVÆSTIONIS Secundæ

*De Conceptu Entis Articuli Duo*

*Art. I.*
*De Vnitate Conceptus Entis?*

*Art. II.*
*De Abstractione Conceptus Entis?*

ARTICVLVS PRIMVS

## De Vnitate Conceptus Entis

CONceptus Entis duplex est, Formalis, & Obiectivus: & propterea duabus Dubitationibus totum Articulum concludemus.

ARTICVLI PRIMI

## De Vnitate Conceptus Entis

*Dubitationes Duæ.*

*Dub. I.*
*V. Conceptus Obiectivus Entis sit unus? Vnus?*

*Dub. II.*
*V. Conceptus formalis Entis sit etiam Vnus, & quæ Vnitate?*

## DVBITATIO PRIMA

### V. Conceptus Obiectiuus Entis ſit omnino Vnus?

Scotiſte affirmãt cẽceptũ entis eſſe vnum.

PRima ſententia affirmat, conceptum obiectiuum Entis, eſſe ſimpliciter vnum, abſtrahibilem ab inferioribus, ita conſequenter ad ſua principia docent Scotiſtæ, & plures Recentiores, quos citat Suarez 1. Thom. ſuæ methaphiſ. diſp. 2. ſectio 1. Probatur hæc ſententia primo teſtimonio Ariſt. 4. methaph. tex. 7. vbi aſſerit methaphiſicam conſiderare Ens inquantum Ens, quaſi dicat, Methaphiſicam non conſiderare ſubſtantiam, vt ſubſtantia eſt, neque Accidens, vt Accidens eſt; ſed conſiderare Vtrumque, vt Entia ſunt, ergo datur ratio, & conceptus Entis vniuerſalior ſubſtantia, & Accidente, ex quo formari poteſt ratio hoc modo. Methaphiſica eſt vna ſcientia, ergo Ens habet vnum conceptum obiectiuum: antecedẽs eſt certum, probatur conſequentia, quia tota vnitas ſcientiæ prouenit ab obiecto; ſed obiectum Methaphiſicæ, vtpote loco probabitur, eſt Ens in eo, quod Ens, ergo, &c. Secundo: Omnia inferiora Entis in eo conueniunt, quod habeant eſſe, & ſine aliquid reale, ergo Ens predicatur, vt quid commune de illis; ſed omne commune eſt vnum in illis, reſpectu quorum eſt commune, ergo Ens habet vnum conceptu commune.

Dices, quod Ens quando predicatur de ſubſtantia, & Accidente, non habet vnam rationem, ſecundum quam predicetur de omnibus, ſed diuerſas rationes: nam alia eſt ratio entis, quæ predicatur de Deo, alia ratio Entis, quæ predicatur de creatura, ſed contra hoc, & ſit 1. timum argumentum. Vel quando Ens predicatur de ſubſtantia, & Accidente; tunc prædicatio eſt identica, vel predicatio eſt formalis, ita vt ſuperius predicetur de inferioribus? non poteſt dici primũ, quia cum concipitur Ens, non concipitur aliquid determinatum, ſed potius quid indeterminatum in modo eſſendi. Si dicatur ſecundũ: ergo Ens habet conceptum communem omnibus inferioribus: alia argumenta adduci ſolent à Scotiſtis: ſed dicta ſunt potiora.

nc-

Thomiſtę excoppoſito negant.

2 Alia ſententia abſolute negat, quod Ens importet vnam conceptum obiectiuũ cõmunem pluribus, & determinabilem per rationes inferiores: ſed vult, quod Ens immediate ſignificet eadem inferiora, ita vt ratio Entis in vnoquoque inferiori nihil aliud ſit, quam eſſe proprium illius. Ita ex oppoſito fundamento tenẽtur docere Thomiſtę: & poteſt hæc ſecunda ſententia primo ſic ſuaderi. Si Ens vniuerſaliſſimè ſumptum haberet vnum conceptum cõmunem obiectiuum, ſequeretur, quod aliquid eſſet ſimplicius Deo, quia quanto res eſt vniuerſalior, tanto magis eſt ſimplicior; ſed ille conceptus obiectiuus ſi eſſet vnus pluribꝰ cõmunis, eſſet vniuerſalior ipſo Deo, ergo etiam eſſet ipſo Deo ſimplicior, quod concedi non debet. Rurſus. Si ſemel admittatur, quod conceptus obiectiuus Entis ſit vnus, multa alia ſequerentur abſurda: nam in primis ſequeretur, quod aliquid reale eſſet prius Deo; quia omne cõmune pluribus, eſt prius illis pluribus: deinde ſequeretur, quod creatura, & Deus non different in finitum, quia conuenirent in vno conceptu Entis: quæ omnia ſunt abſurdiſſima.

3 In hac controuerſia ſi ſupponamus, quę iam diximus tum in 1. Queſt. de Ante Prędicamentum ar. 2. de Analogia dub. 1. 2. & 3. tum etiam in queſt. Prędenti, ar. 2. dub 2., parum vel nihil laborabimus pro concilatione vtriuſque ſententiæ; ſupponimus ergo prędicta id, quod docet Ægidius in 3. methaph. quæſt. 32 quod dupliciter aliquid eſt vnum, primo per prędicationem, & eſt quando aliqua ſunt talia per id, quod eſt in eis ſecundo poteſt aliquid eſſe vnum per attributionẽ, & eſt quando aliqua ſunt talia non per aliquid, quod eſt in eis: ſed per aliquid, quod eſt in alio. Quando conceptus eſt vnus per prędicationem, tunc eſt ſimpliciter Vniuocus: quando vero eſt vnus per attributionem, tunc eſt Analogus. Ad tenet medium inter Vniuocationem, & æquiuocationem, totumque hoc nos adnotauimus in loco ſupra citato de Analogia in communi, dubit. 1.

4 Nunc ecce

CONCORDIA OPINIONVM

Conceptus obiectiuus Entis

tis non est vnus per Prædicationem; sed vnus per attributionem, idest conceptus obiectiuus Entis nec est ita vnus, vt omnem excludat diuersitatem in forma; nec est ita multiplex, vt omnem excludat vnitatem in eadem forma: sed est vnus medio modo, quia nec est vnus simpliciter sine vlla diuersitate; nec est simpliciter multiplex sine vlla vnitate: & quia Vnitas media inter puram vniuocationem, & equiuocationem dicitur vnitas Analoga, quæ sicut est vnitas cum diuersitate, ita est diuersitas cum aliqua vnitate; ideo Vtraque sententia superius adducta est vera, & approbanda. Prior sententia Scoti sanctum intelligenda est non de vnitate per Prædicationem, quæ omnem excludit diuersitatem in forma; & licet puram vniuocationem: ipsi de vnitate media, quæ aliquam sibi coniungitur diuersitatem; sic stat cum Analogia. Altera vero sententia Thomistarum nec est intelligenda de multiplicitate æquiuoca, quæ omnem excludit vnitatem; sed de diuersitate media, quæ optime stat cum aliqua vnitate, seu cum Vniuocatione etiam. & hoc tantum contingunt Argumenta pro vtraque sententia, eaque plenius soluentur in disputatione sequenti.

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Conceptus Entis formalis sit vnus, & qua Vnitate?

1 FEre omnes Recentiores facile se expedire à Difficultate præsenti, & eandem vnitatem concedere conceptui Entis formali, quam supponunt, concedisse conceptui Entis Obiectiuo, ea ratione dicti, quia conceptus formalis sumit suam vnitatem, & specificationem à conceptu obiectiuo.

2 Sed tenera non ita est; debetque distingui inter rationem formalem ex parte obiecti & rationem formalem ex parte scientiæ, seu potentiæ eo modo, quo cum Ægidio distinximus in 1. Tract. Disput. 1. Probem. q. 3. ar. vnico, dub. 2.

3 Qua distinctione præmissa, Dicimus, quod secundum Logicos per rationem formalem ex parte scientiæ scilicet per applicationem syllogismi ad solas scientias speculatiuas est vna vnitate spe-

speciei specialissimæ, quia applicatio syllogismi est vna indiuisibilis forma, & per rationem formalem ex parte obiecti eadem Logica est vna vnitate Analoga, quia ratio formalis ex parte obiecti est vna vnitate per attributionem ad syllogismum, ita Methaphisica, & Potentia intellectiua per rationem formalem ex parte scientiæ seu potentiæ, est vna vnitate speciei specialissimæ, quia ratio formalis ex parte Methaphisicæ est abstractio ab omni materia, & ratio formalis ex parte intellectus (scilicet veritas) est vna simpliciter, & indiuisibilis forma: ita eadem Methaphisica, & potentia intellectiua per rationem formalem ex parte obiecti non est vna vnitate indiuisibili, nec specifica: sed potius vnitate Analoga; quia ratio formalis ex parte obiecti Methaphisicæ, & ex parte Obiecti intellectus non est vna vnitate indiuisibili; sed vel vnitate Generica, vel Analoga.

Per rõ ad formalẽ ex parte scientiæ methaph. est vna vnitate specialiss.

4 Et sic conceptus formalis Entis per rationem formalem ex parte potentiæ intellectiuæ, vel Methaphisicæ est vnus vnitate speciei specialissimæ, quia ratio formalis Methaphisicæ, & intellectus est vna vnitate speciei specialissimæ: sed idem conceptus formalis per rationem formalem ex parte Obiecti est vnus vnitate communi, & Analoga, quæ tenet medium inter vnitatem vocalem, & æquiuocam.

## ARTICVLVS SECVNDVS

## De *Abstractione* conceptus Entis ab inferioribus.

AD complementum Totius disputationis de Ente diuiso restat explicanda quædam dubitatio, quæ sicut in tota disput. de Ente est vltima, ita est inter omnes iam disputatas difficillima. Eliqua perdifficilis controuersia, An conceptus Obiectiuus Entis non solum sit vnus, sed etiam sit simpliciter abstractus, & præcisus à suis inferioribus? vnica ergo dubitatione, & præsentem articulum declarabimus, & secundo Tractatui de Ente Diuiso finem feliciter imponemus.

## DVBITATIO VNICA

*Vtrum conceptus Obiectivus sit perfectè præcisus à suis inferioribus?*

1 NOn sufficit obendisse, conceptum Obiectivum Entis esse vnum: sed vlterius adhuc inquirendum est, an talis conceptus Obiectivus Entis perfectè præscindat ab inferioribus? 2 Et prima celebris sententia est, Conceptum Entis obiectivum, quantum est ex parte sua adequatè præscindere, & perfectè abstrahere ab inferioribus, licet inferiora nullo modo præscindant ab Ente. Ita Opinantur Omnes Scotistæ; quibus etiam adhærent multi Recentiores ex Suarez in Met. Disp. 2 sect. 2. num. 8. Albertinus tract. 1. Disp. 3. q. 8. concl. 2. & alij, quos refert ac sequitur Pasqualigius disp. 35 sect. 1. 2. & 4. fundamenta autem pro hac Sententia sunt 3 sequentia. Primo, benè potest concipi aliquid sine eo, quod cum illo concipiatur id, quod non est de essentia illius; sed inferiora Entis non sunt de essentia ipsius Entis, ergo vtique potest dari conceptus ipsius Entis simpliciter abstractus à suis inferioribus: minor probatur: nullum inferius est de essentia sui superioris: sed Deus, & Creatura, Substantia, & Accidens sunt inferiora Entis, ergo hujusmodi inferiora non sunt de Essentia Entis. Secundo, Omnia inferiora Entis non conueniunt in solo nomine, alias essent æquiuoca, ergo etiam in conceptu Entis, ergo hic conceptus est communis omnibus inferioribus; sed quod cadit in plura communiter potest per intellectum præscindi ab illis, ergo, &c. probatur hæc vltima minor, quia conceptus communis nō est idem formaliter ac sua Inferiora, si quidem Vnius talium est quodlibet Inferiorum, ergo nē quid formaliter diuersum ab illis, ergo potest abstrahi ab illis. Tertio, Hæ Propositiones, Deus est Ens, Substantia est ens, &c. non sunt Identicæ, alias esset verum dicere, Ens est Deus, Ens est Substantia, &c. quod patet esse falsum, ergo dictæ propositiones sunt formales in quibus superius prædicatur de Inferioribus, sed quodlibet superius potest concipi non conceptis inferioribus; ergo non repu-

Duobus à sequentibus probatur vltima

gnat

gnat, conceptum obiectiuum Entis posse ab inferioribus prascindi.

3 Quarto. Conceptus obiectiuus Entis ita in se est vnus, & communis suis inferioribus, vt possit de singulis prædicari, ergo quantum est de se adequatè præscindit ab inferioribus, antecedens est certissimum, nam recte dicimus, Deus est Ens, Substantia est Ens, accidens est Ens, &c. nunc probatur consequentia, quia quando Ens prædicatur de Deo tunc certum est, quod de ipso Deo non prædicatur vel aliqua ratio creaturæ, vel aliqua ratio accidentis, quia nulla talis ratio implicitè, vel explicitè potest aliquo modo competere ipsi Deo: similiter quando dicimus, Accidens est Ens, tunc etiam certum est, quod nulla ratio Dei prædicatur de Accidente, cum nihil Diuinum possit competere aliquo modo creaturæ; ergo Ens, quod prædicatur tam de Deo, quàm de Accidente, abstrahit ab inferioribus; quia si Ens in aliquot rationes inferiorū saltem implicitè, quando Ens prædicatur de Deo, etiam de ipsomet Deo diceretur illa ratio implicita vel Creaturæ, vel Substantiæ, &c. plura alia argumenta pro hac Sententia adducuntur à Recentioribus: sed vel adducta sunt potiora, vel quæ possent adduci ab aliis sunt parum diuersa.

4 Altera non minus Celebris in hac eadem Controuersia Opinio, negat omnino, Conceptum Entis Obiectiuum esse simpliciter, & perfectè præcisum ab inferioribus, vnitq; eundē conceptū obiectiuū Entis saltem implicitè, & inconfuso includere omnia inferiora. Ita maior pars Thomistarum, & Specialiter pro hac Sententia citari possunt Fonseca 2 Metaphys. q. 1. sect. 4. Vas. 1. part. q. 1. 4 cap. 2. num. 6. Hurtad. in Metaph. Disp. 2. sect. 4. Aueria in sua Philoc. q. 2. sect. 3. & plures alij discipuli Sancti Thomæ. Probatur autem hæc Opinio. Primo. Conceptus præcisus, & abstractus dicit tantum partem essentiæ seu naturæ rei, à qua abstrahitur, hoc enim est præscindere seu abstrahere, ab aliquo aliquid retinere, sive aliquid aliud remanet non abstractum: sed si denique aliquis conceptus Entis, ille diceret quidquid est in inferioribus & totum, quod est in inferioribus, essentialiter est Ens, ergo non potest dari conceptus Entis Obie-

Altera sententia Thomistarum negat.

Author huius sententiæ Thomistæ Fonseca Vasq. Hurt. Aueria

ti-

Argumenta pro hac 2. parte Thomistarum.

Alius præcisus ab inferioribus. Secundo, si daretur conceptus Entis abstractus à Deo, creaturis &c. vel aliquid remaneret non abstractum, vel nihil, omne nihil, quia à nihilo eiusmodi abstrahitur, si aliquid, ergo Ens, & Ens, ergo repugnantia est interminis, si quidem supponitur ratio Entis abstracta, cum tamen non sit abstracta: nullo ergo modo dari potest conceptus Entis abstractus.

3 Dices. Ens posse abstrahi à modis, quibus idem Ens contrahitur ad sua inferiora (ab ly per se, vel ab eo, quod est esse in alio. &c.

Sed Contra hoc est, vel modus ab quo abstrahitur Ens, sit aliquid, vel nihil; si nihil ergo Ens abstrahitur à nihilo, si aliquid, ergo Ens, & Ens, ergo id, quod prius. Rursus si conceptus Entis Obiectivus esset præcisus ab inferioribus, sequerentur illa incommoda, quæ etiam refellimus in præcedenti Artic. Dub. 1. pro Sententia Thomistarum, quod daretur aliquid simplicius Deo, quia quo res est communior, eo est simplicior; sed ille conceptus esset communior Deo, & creaturis, ergo esset simplicior. Vlterius idem conceptus esset prior naturaliter ipso Deo, quia à tali conceptu ad Deum non valeret illatio, ut consequentia, nam Ens creatum datur, Deus est Ens, attamen è contra. Demum sequeretur, quod inter Deum & Creaturam non esset infinita distantia, quia Deus & Creatura convenirent in Ente. Atqui hæc omnia sunt absurda, ideo nec admittendum est, quod detur conceptus Entis præcisus ab inferioribus.

7 Sed omissis Ægidiana & tota Controversia recti Doctrinæ fundatissimus doctor in 1. Meth. q. 3. in solutione ad 2. Argumentum, quod Omnis præcisio semper sequitur vnitatem, nec potest aliquod quomodolibet ab alio præscindi, quod aliquo modo non sit vnum; vnde Conceptus hujus nominis Canis nullo modo potest abstrahi à Cane cæleſti, Terrestri, & Marino, quia conceptus hujus nominis, Canis, nullam habet vnitatem cum inferioribus: sed omnimodam diversitatem; si ergo omnis abstractio sequitur vnitatem: semper prius attendendum est ad vnitatem conceptus, vt sciamus, quomodo idem conceptus præscindat ab inferioribus.

omnis abstractio sequitur vnitatem.

8 Ex quo sequitur, quod sicut conceptus quando nul-

lam

lam habet vnitatem in inferioribus, tunc nullo modo præscindit ab illis, vt in exẽplis tam adducto; ita quocunque conceptus est simpliciter vnus in omnibus inferioribus; tunc semper talis conceptus simpliciter, & perfectissime præscindit ab eisdem, vt patet in conceptu purè vniuoco: sed quando conceptus nec est simpliciter vnus, nec simpliciter est diuersus: sed est vnus medio modo; idest quando conceptus non est simpliciter vniuocus, nec simpliciter est æquiuocus: sed est vnus Analogus, tunc non præscindit ab inferioribus simpliciter, & perfecte: nec nullo modo præscindit; sed abstrahit medio modo: i potest concipi, non conceptis inferioribus explicitè: licet implicitè, & inconfuse semper conceptus superior includat inferiora; non quod inferiora sint de essentia cõceptus superioris: sed quia conceptus superior cum nõ sit simpliciter vnus, nec habeat perfectissimam vnitatẽ: sed sit vnus cum aliqua diuersitate, propterea includit ipsa inferiora.

9 Nunc ecce

## Concordia Opinionum

Sicut conceptus Obiectiuus Entis non est simpliciter vnus vnitate excludente omnem diuersitatem; nec est simpliciter diuersus, ita vt excludat omnem vnitatem; sed est vnus medio modo: sic idem conceptus non est simpliciter, & perfectè præcisus præcisione, quæ sequitur perfectam vnitatem, & puram vniuocationem. In hoc sequimur Thomistas: Nec est nullo modo præcisus, ita vt conceptus Entis nullam habeat vnitatem, in hoc sumus cum Scotistis: sed Ens conceptus est præcisus præcisione imperfecta, idest abstrahit medio modo, sicut medio modo est vnus.

10 Atque adeo Argumenta primæ sententiæ tantum probant, conceptum Entis esse abstractum, eo modo, quo est vnus; non tamen conuincunt, illum esse præcisum simpliciter, cum hæc concludant, eundem conceptum esse simpliciter vnum, vnitate excludente omnem diuersitatem. Argumenta secundæ sententiæ tantum probant, quod Conceptus Entis non sit abstractus simpliciter, & perfectè:

non

non tam en offendunt, quia fidem conceptus nullo modo fit precisus. Et sic vtaque Sententia approbatur per iam dicta: Nec illa absurda, quæ inferuntur in argumentis secundæ Opinionis, iuxta hunc modum explicandi sequimur: tunc enim segregemur, quando conceptus Obiectiuus Entis esset precisus precisione perfecta, effectumque vnitate simplicitet, excludente omnem diuersitatem: quod nec Scriptæ concedunt. Et hæc dicta sufficiant de Ente Metaphisico, quatenus in suprema dicem Genera secatur.

TRAC-

# TRACTATVS TERTIVS

# DE ENTE METHAPHISICO

## QVATENVS ENS; ET vt est Compositum Compositione reali ex Essentia, & Esse.

HABITA notitia Entis Methaphisici, quatenus est compositum compositione Rationali, vt iam Disputauimus in priori Tractatu; & Cognita natura Decem Predicamentorum, idem Ens Methaphisicum adequatè tum ideatum:, vt iam diximus in secundo; facilius nunc pertractare poterimus de ipsomet Ente Methaphisico, quatenus Ens, quod erat nostri finis, & scopus principaliter intentus: sicut ergo in Duobus tractatibus precedentibus totum, quod erat Logicum, declaravimus; ita nunc quod sit Methaphisici, quodque ad altissimam hanc sapientiam pertinet, videamus. De Ente autem Metha-

phisico quatenus Ens duo praesertim se nobis offerunt Disputanda. Primum est, Ens Methaphisicum secundum se: secundum est Eorundem Entis Methaphisici propriae passiones: & propterea postremum hunc tractatum duabus se quentibus Disputationibus persolvemus.

---

TRACTATVS TERTII

# De Ente Methaphisico quatenus Ens

## Disputationes Duae

### Disput. I.

*De Ente Methaphisico quatenus Ens secundum se; & ut est compositum cum positione reali ex formis, &c.*

### Disput. II.

*De Passionibus Entis.*

## DISPVTATIO PRIMA

# De Ente Methaphisico quatenus Ens secundum se

## Quaestiones Duae.

### Quaest. I.

*Quod nam sit Ens Methaphisicum?*

### Quaest. II.

*Quid essentialiter sit Ens Methaphisicum?*

DOcumentum fait Philosophi in 1. Post. cap. 3. de quacunque re ante omnia alias quaestiones primo investigandum esse, an sit? sed quia certum omnibus est, Ens Methaphisicum esse, idcirco non existimamus de huiusmodi Ente primo quaerendum, sed eius loco primo examinandum proponimus, quod nam illud sit? & quia post habitam notitiam quod res aliqua sit, statim subsequitur inquisitio, quid essentialiter illa sit? idcirco hanc primam Disputationem in has praecipuas Quaestiones dividemus.

## DISPVTATIONIS Primae

# De Ente Methaphisico secundum se

## Quaestiones Duae.

### Quaest. I.

*Quod nam sit Ens Methaphisicum?*

### Quaest. II.

*Quid essentialiter sit Ens Methaphisicum?*

## QVÆSTIO PRIMA

### Quod nam sit Ens Methaphisicum?

DVm Quærimus, quod nam sit Ens Methaphisicum, idem est, ac si quæramus, quod nam sit totius Methaphisicæ Adequatum Obiectum? & quia potest esse Quæstionem de ipso Obiecto Materiali, & formali Methaphisicæ, cum etiam de his, quæ consequitur Methaphisica ab eodem Obiecto; ideo totam hanc Quæstionem duobus sequentibus Articulis complectemur.

## QVÆSTIONIS PRIMÆ

### De Obiecto Methaphisicæ

### Articuli Duo.

#### Artic. I.

*Quod nam sit Totius Methaphisicæ adæquatum Obiectum?*

#### Artic. II.

*Quæ nam sint, quæ Methaphisica consequitur ex Obiecto?*

## ARTICVLVS PRIMVS

### Quod nam sit Totius Methaphisicæ adæquatum Obiectum?

CIrca Obiectum Adæquatum Methaphisicæ variæ dictæ; nos autem singulas Opiniones singulis sequentibus Dubitationibus examinabimus.

---

## ARTICVLI PRIMI

### De Obiecto Methaphisicæ

### Dubitationes Sex.

#### Dub. I.

*V. Ens Universalissimum sumptum, quatenus sub se comprehendit Substantiam, & Accidens, sit adæquatum Obiectum Methaphisicæ?*

#### Dub. II.

*V. Ens reale prout completivum entis per se, & ens per Accidens, sit Obiectum Methaphisicæ?*

#### Dub. III.

*V. Sola Substantia immaterialis sit adæquatum Ob-*

*ipsum Methaphisicæ*

*Dub. IV.*

*V. Solus Deus sit Obiectum Methaphisicæ?*

*Dub. V.*

*VI. Methaphisica agit primo, & per se, de Deo, & probatur, Deum esse eius obiectum principale primum, & per se?*

*Dub. VI.*

*VII. Ens reale inquantum Ens sit adæquatum obiectum totius Methaphisicæ?*

---

## DVBITATIO PRIMA

### *I. Ens quatenus comprehendit Ens reale, & rationis, sit obiectum adæquatum Methaphisicæ?*

1 HVetadus in sua Methaphisica disp. 1. sect. 3. subsect. 2. Conimbricenses defendit, obiectum Methaphisicæ esse Ens, in ea communitate simpetum, vt comprehendat Ens reale, & rationis; pro qua sententia referri etiam posset noster Ildephonsus, qui dicunt, Ens Rationis convenire saltem analogicè cum Ente reali, fundamentum proximum ad hoc probandum est multiplex, primo, quia Ens prout sub se comprehendit Ens reale, & rationis; est obiectum scibile, ergo debet pertinere ad aliquam scientiam sed non potest pertinere ad aliam scientiam nisi ad Methaphisicam, quæ est scientia omnium vniuersalissima, ergo, &c. Secundo est maior conuenientia inter Ens reale, & rationis, quam inter Deum, & creaturam, sed inter Deum, & creaturam est tanta conuenientia, vt sufficiat saltem fundare Analogiam, ergo inter Ens reale, & rationis non deficiet eadem vnitas analogica. Tertio, Methaphisica agit etiam de Negationibus, & Priuationibus; sed negationes, & priuationes sunt Entia rationis, ergo Obiectum Methaphisicæ debet sub se comprehendere Entia Rationis: minor est certa, probatur maior ex Arist. 4. Methaph. text. 4. vbi hæc habet (*negationem genitiuo, & priuationem omnis est speculari, & negatio quod cuique modo omnium speculatur id, omnis est negatio, aut priuatio.*)

2 Sed His non obstantibus, dicendum est, Ens vt sic, quatenus sub se comprehendit Ens Reale, & rationis, non est Obiectum Me-

Methaphisice. Ratio fundamentalis, & à priori est, quia Ens vt sic, quatenus est commune ad reale, & rationis, non habet vnam formam, nec est aliquo modo vnum nec vnitate specifica, nec Generica, nec Analogica, ergo Ens vt sic non potest esse obiectum Methaphisicæ, consequentia tenet, quia quod non habet formam vnam, non potest probere alteri vni, vt patet ex antecedēs ante patet ex his, quæ diximus in præcedenti tractatu disp. 2. q. 1. ar. 2. dub. 2. vbi vidimus, quod Ens vt sic est purum æquiuocum ad reale, & rationis.

Sanctus argumentis Hurtadi.

3 Ad primam ex contrarijs fundamentis dicimus, falsum esse, Ens vt sic quatenus comprehendit ens reale, & rationis, esse obiectum realiter cognoscibile, etenim si Ens in tanta Vniuersalitate nec habet vnam formam, nec aliquo modo est vnum, cum sit purum æquiuocum, sequitur, quod Ens tali modo sumptum, nec est propriè cognoscibile, nec minus est obiectum intellectus.

4 Ad secundam patet responsio soluto eadēm in præsenti Tractatu disp. 1. q. 2. ar. 2. dub. 2. ad primum. Ad Testium concedimus maiorem, quod Methaphica agit de priuationibus, & negationibus, nam Ens reale vt sic habet vnam formam vnitate Analogia respectiua Entis realis positiui, & negatiui, sed negandum est minor, quod priuationes, & Negationes sint pura Entia rationis, cum ante intellectum sint reà entia realia negatiua.

priuationes & negationes non sūt entia rationis.

5 Dices. Entia Rationis saltem propter illam similitudinem, quam habent cum Ente reali, cognoscuntur ab intellectu, ergo cum non possint pertinere ad aliā scientiam, nisi ad Methaphisicam, sequitur, quod propter talem similitudinem cognoscantur sub obiecto Methaphisicæ, quod Entia Rationis nō habeant veram similitudinem cum Entibus realibus; nam omnis realis similitudo fundatur in vnitate; Entia autē rationis nullam habent vnitatem informem, cum Entibus realibus, vt cōstans est, nec Entia rationis sunt proprie intelligibilia, cum non præcedant actum intelligendi; sed si dicantur intelligibilia, quatenus per actum intelligēdi cognoscuntur, propter hoc non possunt pertinere nisi ad Dialecticam, quæ est Ars communis Rationalis, ad quā spectat agere de omnibus rationis; & de omnibus has-

Entia rōnis non hēnt veram similitudinē cū entibus realib.

que per actus rationis constituuntur.

## DVBITATIO SECVNDA

### An Ens Reale prout cõplectitur Ens reale per se, & Ens reale per accidens, sit Obiectum Methaphisicæ?

1. ENs reale per se prout apponitur Enti reali per Accidens, est solum illud Ens reale, quod est admixtum ex potentia, & actu: Ens vero reale per accidẽs pro vt apponitur ad Ens reale per se, est illud Ens, quod est cõpositũ ex duobus Entibus realibus in actu: Nunc præsens quæstio petit, an Ens reale vniuersaliter sumptum, pro vt comprehẽdit tum Ens reale per se, tum etiam Ens reale per accidens, sit Obiectum Methaphisicæ?

Explicatur qd sit ens per se, & ens per accidens?

2. Eidem Pater Hurtadus dubitatiuæ præcedenti relatus in eadem disp. 1. sua Metaph. sectione secunda (ab sectione 4. existimans pro se etiam stare Philosophum, à sectori tenet partem affirmantem, quod Ens per accidens contineatur sub Obiecto Methaphisicæ; & applicari possent pro hac sententia illæ met rationes, quibus ipse Hurtadus probauit, Entia rationis etiam pertinere ad obiectum Methaphisicæ; sed specialiter, quod Entia per accidens comprehẽdantur sub obiecto Methaphisicæ, sic potest probari. Primo, Entia per accidẽs verè participant rationem Entis realis, imo conueniunt in ratione communi Entis cum Entibus per se; sed non est alia scientia, ad quã possint pertinere huiusmodi Entia per accidens nisi ad Methaphisicam; ergo, &c. Secundo, Entibus per accidens verè cõpetit propria passio Entis Methaphisici: cum entia per accidens sint realia; ergo sunt subiecta, ergo Entia per accidens verè comprehẽduntur sub obiecto eiusdem scilicet. Tertio, Accidentia realia verissimè continentur sub obiecto Methaphisicæ, ergo etiam Entia per accidens, quæ maiorem habent entitatem realem, quam Accidentia, imo Accidentia Realia non possunt esse per se naturaliter loquendo, sed semper inhærent subsistenti; sed Entia per Accidens possunt esse per se, nec inhærent alio, ergo Entia per Accidens directè continentur sub obiecto

Arg. & hæresis

priorita affirmata.

Ens per accidẽs nõ pertinet ad Met.

sico Methaphisicæ.

3 Nihilhominus merito hæc sententia reijcitur ab omnibus Methaphisicis, præcipuè à Suarez disp. 1 Meth. sect. 1. n. 4 Oviedo disp. 1. sect. 3. per totam, & à nostro Ægid expresse in 2 Post pag. 111. lit. C. Eſſet eodem prorsus fundamento reprobanda, quo reiecimus præcedentem. Nam Ens per accidens nullo modo est vnum, quia nullo modo est Ens, nec habet veritatem saltem Analogam cum forma Entis realis, ergo Ens per accidens nullo modo pertinere potest ad obiectum Methaphisicæ: antecedens probatur, quia Ens per accidens nullam adit rationem entis supra ens per se, seu supra illa Entia per se, ex quibus coagulatur: sed potius Ens per accidens dicit coacervationem plurium Entium per se, ergo Ens per accidens proprie nec est vnum, nec proprie est Ens, quod possit esse obiectum speculabile ab aliqua scientia, probatur ite rum antecedens, si ens per accidens diceret aliquam rationem Entis super additã deberet importare suam, propriam essentiam, contra distinctam ab essentia Entis per se: sed hoc implicat, quia si haberet hanc essentiam, talis essentia deberet conferre in indivisibili, quod repugnat Enti admixto explicatibus essentijs.

4 Et potest adhuc pro corroboratione eiusdem veritatis id, quod docet cum Philosopho noster Ægidius, qui in 1 libro Post. pag. 111. loquens de Ente per accidens, sic inquit; (*Bene ergo dixit Philosophus in libris perihermenias, loquẽs de Ente per accidens, quod si hoc est per dixeris, illud quidem nihil est: dicamus ergo, quod esse, quod dicit veritatem propositionis*) sic vocat Æg. Ens per accidens, Esse, qd dicit veritatem propositionis (*nullam quidditatem dicit & secundum sensibile est*)

Locus Ægidij.

5 Ex quibus omnibus sic confici potest ratio fundamentalis ad excludendum Ens per accidens ab obiecto Methaphisicæ; Entia per accidens, quæ non dicunt nisi veritatem propositionis, & non sunt nisi habitudines secundum dici, non dicunt aliquam quidditatem seu essentiam, imo secundum se nihil sunt, & tantum consignificant compositionem diversorum Predicamentorum, ergo Entia per accidẽs non cadunt sub obiecto Methaphisicæ; consequentia sequitur, quia obiectum Metha-

(haplusce ei illud Ens, qd dividitur in x Predicamenta, illud autem Ens, quod dividitur in x. predicamenta, est Ens per se, quod habet essentiam seu quidditatem per se recedens vero colligitur ex iam supra dictis.

6 Nec ad argumenta in contrarium est difficile respondere. Ad primum negã dum est absolute antecedens, quo ad omnes partes: quia Ens per accidens, nec participat naturam Entis realis, nec convenit in ratione communi cum ente per se, cũ nihil sit; & tantum dicat habitudinem duorum sorum Predicamentorum inter se, eodem modo respondendum est ad secundam, negando minorem, quod Entibus per accidens rẽte cõperat propria Passio Entis Methaphisici; cum talia Entia per accidens secundum se potius sint nihil; & cum dicitur, qd Entia per accidens sunt impossibilia, Respondendum est, hoc tantum argui, quod Entia per accidens habent esse, quod dicit veritatem propositionis; seu esse, per quod res possũt intelligi, non vero esse, per quod res possit realiter existere. Ad Tertium Respõdetur, eõ esse eandem rationem de Accidentibus realibus, & de Entibus per accidens: nam Accidentia realia habent esse quiditativum, quamvis non simpliciter, sed per additamentum, At Entia per accidens nec habent esse, q dicit essentiã, nec habere esse, quod dicit existentiam: sed solum modo habent esse, quod dicit veritatem propositionis, & nihil aliud est, nisi respectus secundum dici inter diversa predicamenta.

Arg. in oppositum sol vuntur.

## DVBITATIO TERTIA

### *An Sola substantia immaterialis sit adequatum obiectum Methaphisicæ?*

1 EXcludimus ab obiecto Methaphisicæ entia rationis, tã quoq; entia per accidẽs: nunc videndum est, an etiã ab eodem obiecto excludẽda sint vel Accidentia Realia, vel etiam substantiæ materiales, ita vt obiectum adequatum Methaphisicæ non sit nisi sola substantia immaterialis?

2 Et aliqui ita coarctant obiectum Methaphisicæ, vt ab eo omnino excludant tam dum accidentia Realia, sed etiam substantias naturales, dicen-

dicatq; adequatum Methaphisicæ obiectum esse omne, & solam substantiam immaterialem. Quæ sententia sic primo suaderi potest. Omnis Proprietas, quæ ab aliqua Scientia demonstratur de obiecto, potest esse Obiectum eiusdem Scientiæ, sed Accidens est affectio, & proprietas substantiæ, ergo accidens quatenus consideratur à Methaphisica tanquam obiectum, sed potius tanquam propria passio substantiæ. Secundo Partes totius Philosophiæ distinguuntur inter se propter maiorem vel minorem abstractionem à Materia, unde Methaphisica distinguitur à Mathematica, & Philosophia naturali, quia abstrahit ab omni materia tam sensibili quam etiã intelligibili, sed substantia materialis non abstrahit ab omni materia, sed illam potius involuit, ergo non potest ob hoc tanquã obiectum Methaphisicæ. Atq; hæc ratio distinguit duplicem partem Philosophiæ iuxta duplex Genus substantiæ, materialis, & spiritualis, ergo signum est, substantiæ Obiectum Methaphisicæ esse solam substantiam immaterialem. Tandem idem Philosophus in 6. Metaph. text. 2. docet, quod si non esset substantia separata, non esset Methaphisica, sed tantum esset Philosophia naturalis, illaq; esset prima Philosophia, sed scientia solum constituitur per ablationem obiecti adequati, ergo signum est, quod sola substantia separata seu immaterialis est Obiectum adequatum Methaphisicæ.

Dubitat aliqui

Argumenta pro hac parte

3. Dubitari tamen conclusione est integro quæstionis modo respondendum. Prima conclusio. Obiectum Methaphisicæ adequatum non est sola substãtia vel sic, ita vt ab Obiecto Methaphisicæ excludi debeant Accidentia realia, sed est aliquid Vniuersalius, quod etiam Accidentia realia comprehendit, est communis sententia Methaphisicorum: & ratio fundamentalis est, quia quatenus Accidens in communi quatenus est secunda intentio, potius pertinet ad Dialecticam, quam ad Methaphisicam: idem tamen Accidens reale quatenus est res, & quatenus est pars dividens Ens Methaphisicũ, excludi non debet ab obiecto eiusdem Scientiæ: quia Accidens reale secundum suam rationem est aliquid speculativo modo cognoscibile, cum sit verum ens reale, & suam habeat essentiam, secundum quam est diffinibile saltem per abstractam entis,

1. cõclu. prima

2

MAGBONHERBA Nann vbde

tade ictra latitudinem ipsius cui assignati possint Genera, species, differentiæ: ergo substantia est obiectum speculabile. Accidens quoq; erit tale, cum sit eadem ratio.

4 Aduertendum est, quod ipsum Accidens reale spectet ad obiectum Methaphisicæ tanquam passio eiusdem obiecti: nam quamuis Accidens ordinetur ad perficiendam substantiam, vnde dici potest quodammodo passio ipsius; in eo tamen quod Ens participat veram rationem obiecti Methaphisicæ non minus, quam substantia, & per hoc patet solutio ad primam rationem in contrarium.

5 Secunda conclusio. Neque obiectum Methaphisicæ est sola substantia immaterialis pro vt excludit tam Accidentia, quam substantias materiales. Fundamentum pro hac conclusione habetur in substantialibus argumentum.

6 Ad quorum secundum, in ordine (ad primum enim iam dictum est) Respondetur, concedendo antecedēs, quod Methaphisica abstrahat ab omni materia: sed distinguendum est reassumptum, substantia materialis non abstrahit a materia

Secunda conclusio.

Soluuntur argumenta.

secundum esse, sed bene intellectum, non abstrahit secundum rationem negationis, quia ad hoc quod sit immaterialis sufficit consideratione Methaphisicæ, sufficit, quod abstrahat secundum rationem.

7 Ad tertium dicam per auctoritatem Philosophi 4. Methaph. quod Ens quando dicitur de pluribus dupliciter. Primo modo dupliciter Ens substantiæ, per quod dupliciter Ens substantiæ intelligitur substantia abstractum a materia, & substantia immersa materiæ: quæ adeo ex diuersa abstractione distinguuntur scientiæ: Ens substantiæ autem abstractum a materia, non intelligitur illud, quod tantum abstrahit secundum rem, sed rationem substantiæ communissimam, quæ per intellectū abstrahit ab omni materia: siue secundum rem sit immersa in materia, siue non: loquitur autem de sola substantia, quia quamuis non sit sola substantia adæquatum obiectum, tamen vt mox dicemus in solutione ad vltimam rationem, substantia abstracta tenet principalem locum inter ea, quæ considerantur a Methaphisica.

8 Ad vltimam Respondetur adnotando prius id, quod do-

docet Aegid in 1. Meth. q. 3. quod aliquod obiectum in scientia dupliciter dici potest principale, vel primo & per se, vel ex consequenti, v.g. si esset alicuius scientiæ quæ determinaret de anima li quatenus Animal; tunc ipsa scientia Animal esset subiectum principale primo, & per se, sed quia natura animalis magis, & verius salvatur in homine, quam in alio contento sub Animali, potentis homo dici subiectum principale eiusdem scientiæ non primo, & per se, sed ex consequenti: sic ad propositum, si nulla esset substantia separata, non esset Methaphisica: & sola Naturalis esset prima philosophia, quia si non esset substantia separata, desineret subiectum principale Methaphisicæ, non quidem principale primo, & per se, (quod vt videbitur est Ens) sed principale ex consequenti illud, in quo vltimo salvatur ratio Entis. Vel dicendum, quod cum Methaphisica distinguatur ab alijs scientijs per abstractionem ab omni materia; & in substantijs separatis sit abstractio ab omni materia tam secundum rem, quam secundum rationem, in nullis vero substantijs sit tantum abstractio secundum rationem, & non secundum remidem bene dictum est, quod si nulla esset substantia separata, non esset Methaphisica, quia desineret illa substantia, in qua principaliter reperiatur omnis abstractio à materia tam secundum rem, quam secundum rationem.

Si nõ esset substãtia separata nulla esset Met.

## DVBITATIO QVARTA

### *An Deus solus sit obiectum adæquatum Methaphisicæ?*

1 INter dubitationes, quæ solent de Obiecto Methaphisicæ disputari, hæc est difficilior, tam propter rationes, quæ probare videntur, solum Deum esse subiectum huius scientiæ; tam etiam quia non erit parum difficile, ad rationes in oppositum respondere.

2 Prima autem ratio sumitur ab authoritate Philosophi, Asserentis, Methaphisicã determinare de substantijs separatis à materia; sed Deus est maxime separatus ab omni materia, (est enim actus purissimus, cui nihil admixtum de materia,) ergo Deus est maxime obiectum Methaphisicæ. Secundo idem Arist. in textu aperte ait, quod Methaphisica

est Diuina, nō propter aliud, nisi quia Methaphisica est de Deo. Tertio Methaphisica est de primis fundamentis essendi rerum; sed primum fundamentum rerum essendi rerum est Deus tanquam prima causa, ergo, &c. Quarto. Inter omnes scientias, quæ naturali lumine possunt acquiri, sola Methaphisica est omnium Nobilissima, & dignissima, ergo signum est, quod Methaphisicæ obiectum est nobilissimum; hoc autem solus Deus esse potest, ergo, &c. Quinto perfectior est cognitio, quæ tendit in solum Deū, quam quæ tendit in quodlibet aliud extra Deum: ergo cum Methaphisica sit cognitio omnium perfectissima, non aliud debet habere pro obiecto nisi Deum.

Stabilit Dei esse obiectum adæquatum Met.

3 Dicendum tamen nobis est cum Ægidio in primo Methaphisicæ q. 5. Deum non esse obiectum adæquatum Methaphisicæ, contendente in hac assertione omnes Doctores tam Antiquos, quam modernos, ut videre est apud Suarez disp. methaf. sect. 1. n. 24. & ratio, quam adducit idem Ægidius hoc citato, ad hanc Scientiam potest reduci. Partes subiecti Methaphisicæ sunt 10. Prædicamenta Substantia, Qualitas, seu Qualitas, &

10. Prædicamenta nullo modo sunt partes Dei, ergo Deus nullo modo est subiectum adæquatum Methaphisicæ. minor est veritas, & maior sufficienter est probata in præcedenti Tractatu disp. 2. q. 1. art. 1. dub. 1. Obiectum adæquatum, Ens Methaphisicum, seu essentiam admistam existentia, & actu adæquate dividi in 10. Prædicamenta. Et primo hæc ratio amplius confirmari, quia illa, quæ demonstrantur de subiecto Methaphisicæ, sunt actus, potentia, idem, & diuersum, ens, substantiam, & similia, quæ nullo modo conueniunt ipsi Deo, Deus igitur non est obiectum adæquatum Methaphisicæ.

4 Ex solutionibus argumentorum præsupponenda est distinctio de obiecto principali identice, in præsenti dubitatione admissa in solutione ad vltimam nō, quia doctrina supponitur ibi vera. Obiectum principale primo, & per se Methaphisicæ est Ens in quantum Ens, vt late ostendemus infra in dubitatione vltima negocij, sed quia ratio entis verius salvatur in Deo, quam in quocumque alio Ente, ideo Deus potenter etiam dici obiectum Methaphisicæ principale, non principale primo,

&

& per se sed principale ex consequenti.

5 Et hæc tantum probant tria priora Argumenta in principio Dubitationis adducta. Reliqua duo plenius solventur in sequenti.

## DVBITATIO QVINTA

*V. Methaphisica esset nobilior, si Deus esset eius obiectum principale primo, & per se, & per omnem modum?*

1 IN hac difficultate pro vtraque parte extat grauis ratio dubitandi. & primo videtur, quod perfectius sit agere de Deo, & etiam de alijs entibus, quam agere de Deo tantum. quia creatura ipsa sane aliquod bonum, Deus etiam est maximum bonum, ergo Deus, & alia Entia sunt magis bona, quam ipse Deus tantum, sed scientia eo est nobilior & perfectior, quo magis cognoscit de perfectionibus bono, ergo perfectior, & nobilior esset Methaphisica, si ageret de Deo, & alijs Entibus, quam si ageret de Deo tantum. Et confirmatur, quia sapiens ille dicitur, qui omnia cognoscit, ergo illa sapientia est nobilior, quæ plura cognoscit: sed sunt alia Entia, & Deum ipsum, est plura scire, quam scire Deum tantum, ergo nobilior esset Methaphisica, si consideraret de Deo, & alijs Entibus, quam si ageret de Deo tantum.

Dubitat pro vna parte.

2 Pro alia vero parte videtur, quod Methaphisica esset perfectior, & nobilior, si tantum consideraret de Deo: quia Philosophus in 11 Methaphisica quærens, quomodo primum se cognoscit intellectus, quod Deus tantum se ipsum cognoscit, & ex nobilitate sua præmisit, quod se ipsum tantum cognoscat, & non alia: nec est magis nobilis Deus per hoc, quod cognoscit se, & alia Entia, quam per hoc, quod cognoscat se tantum: imo idem Philosophus ibidem ait, quod melius est non videre quædam, quam illa videre, ergo scientia, quæ considerat Deum tantum pro obiecto principali, est nobilior.

Dubitatur pro opposita parte.

3 Nostra tamen conclusio in præsenti Dubitatione defenda est: Methaphisicam non esse nobiliorem per hoc, quod agit de Deo, & tantum, quam si ageret etiam de Creaturis

Conclusio secunda

quam

Deus, & creaturæ non sunt magis bonū, quā sit Deus tantum

quam si ageret de Deo tantum: sed potius è contra nobilioremi foret, si ageret prima de Deo, quam agendo tum de Deo, tum etiam de aliis Entibus creatis. Ita Egidius in prim. Methaphis. q. 2. probatur autem supponendo prius, quod Deus, & alia Entia non sunt maius bonum, quam sit Deus tantum, quia Deus solus est omnis perfectio immensabilis, ellque unus perfectissimū simpliciter, quod habet in se omnem rationē perfectionis, idque ex eo provenit, quia Deus est Ipsum esse purum, nec habet naturam distinctam ab esse; sicut habent creaturæ: etenim si Deus haberet essentiam distinctam ab esse, iam esset compositus ex essentia, & esse, & cum componentia semper sint priora, quam ipsum compositum; si Deus esset compositus ex Essentia, & Esse, tunc Deus non esset primum Ens simpliciter: quia ergo omnis perfectio desumitur ex Esse: ideo Deus, qui est Ipsum esse, est pariter omnis perfectio simpliciter, & habet in se omnem rationem perfectionis; ex qua manifestè deducitur, quod Deus, & alia Entia non sint maius bonum, quam ipse Deus tantum, nec illa Scientia, quę considerat alia Entia, & ipsum Deum, est nobilior, quam Scientia, quæ considerat Deum tantum, ut principale obiectum.

4 Vltimo est aduertendum, quod illa scientia, quę considerat tantum de Deo, est nobilior, & perfectior quam illa Scientia, quæ considerat Deum, & alia Entia, quia Scientia, quæ considerat tantum de Deo tanquam de obiecto principali, primo & per se est de Obiecto simpliciter infinito, & sic est de meliori, & nobiliori bono, quam Scientia, quæ considerat de Deo, & simul de creaturis: hæc enim scientia habet pro Obiecto Deum secundum illum modum, secundum quem refulget in creaturis, & quia refulget in creaturis secundum modum finitum, idem obiectum huius scientię erit simpliciter finitum: atque adeo scientia, quæ considerat Deum, & alia Entia, est imperfectior, & minus digna, quā scientia, quæ considerat Deum solum, quia Deus, & alia Entia sunt minus bonum respectu scientiæ, quā sit ipse Deus tantum.

5 His præmissis, probatur conclusio. Omnis scientia sortitur speciem, & perfe-

ctio-

Ens non est simpliciter in actu, quia diffamus Entia inquantum Ens sunt actus, & potentia, Deus vero est simpliciter in actu, nec habet aliquid de potentialitate, ergo illa scientia quæ est de Deo tantum tanquam de Obiecto principali primo, & per se, perfectior est, & nobilior, quam alia scientia, quæ agit de Deo, & de alijs Entibus, seu de Ente inquantum Ens, & de Deo non principaliter, sed tantùm ex consequenti.

6 Et quibus facilè patere potest solutio ad oppositam, & ad illa dubia, quæ in Dubitatione præcedenti adduximus insoluta, dicimus, verum esse, quod perfectior est cognitio, quæ tendit in solum Deum, quam quæ tendit in Deum, & alia Entia, vt iam visum est: ex eo autem non recte infertur, quod Methaphisica debeat agere de Deo tantum, & nullo modo de alijs Entibus ad hoc, vt dicatur scientia perfectissima; nam Methaphisica cum sit scientia secundum modum humanum inuenta, dependet etiam à sensibilibus, scientia autem, quæ agit (ultra in aliqua parte) si de sensibilibus, & quæ necessario dependet à sensu, non potest habere pro obiecto principali primo, & per se ipsum Deum: sed necessariò habet, eius principale obiectum primo, & per se ipsum Ens: quia tamen ratio Entis vera, & perfecta ratio Entis reperitur in ipso Deo, quam in quocunque alio Ente, ideo potest etiam Deus dici obiectum principale Methaphisicæ, non principaliter primo, & per se, sed tantum principale ex consequenti: & ex hoc habet Methaphisica, quod sit inter omnes scientias humano modo inuentas, perfectissima: quia quamuis Methaphisica non habeat Deum pro obiecto principali primo, & per se, habet tamen Deum pro obiecto principali ex consequenti.

7 Ad alias rationes dubitandi pro vtraque parte positas in principio huius dubitationis iam patet plena solutio per supra dicta.

## DVBITATIO SEXTA

*Vtrum Ens in quantum Ens sit adæquatum, & principale obiectum primo, & per se Methaphisicæ?*

In

IN Dubitatione prima huius articuli exclusimus ab obiecto Methaphisice Entia Rationis; & in Dubitatione secunda sequenti similiter reiecimus Entia per accidens; imo in Dubitatione Tertia, & Quarta plenè ostendimus, Methaphisicæ Obiectum nec esse solam substantiam immaterialem, nec esse solum Deum; nunc videndum est, quod nam dici possit adæquatum Obiectum totius Methaphisicæ?

resolvit Ens inquatum Ens esse obiectū Methaphisicæ.

Et sine vlla Doctorum controuersia dicendum est, illud esse omne Ens inquantum Ens; ita omnes Methaphisici cum Veteres, tum etiam Recentiores: & Egidius expresse in 1. Metaph. q. 4. & etiam in 4. q. 1. probant posse hunc dictum primi à sufficienti diuisione, seu ab exclusione cuiuscunque alterius, vt in præcedentibus ostensum est: sed eadem veritas ratione fundamentali sic suadetur. Methaphisica distinguitur à quacunque alia scientia per hoc, quod principaliter considerat de Ente reali quatenus Ens: ergo Ens vt Ens est adæquatum Totius Methaphisicæ Obiectum. consequentia sequitur; antecedens autem ex eo probatur, quia nulla scientia realis considerat de Ente, in eo quod Ens.

Ratio obiect.

Sed contra stabiliendo conclusionem vrgent sequentia argumenta. Deus continetur intra latitudinem Obiecti Methaphisicæ: sed Deus effugit omnem rationem Entis, ergo Obiectum Methaphisicæ non potest esse Ens. maior est certa, probatur minor: si Deus esset aliquo modo Ens, vel essentiæ per se, vel Ens per accidens? Sed neutrum dici potest, ergo Deus effugit omnem rationem Entis: probatur minor. Deus non est Ens per accidens, hoc fam constat: quod vero nec sit Ens per se, sic probatur. Ens per se adæquatè diuiditur in Decem Prædicamenta: sed Deus in nullo est Prædicamento, vt ostendimus suo loco, ergo Deus effugit omnem rationem Entis, & per consequens Ens in quantum Ens non potest esse Obiectum adæquatum Methaphisicæ. Respondetur, concedendo maiorem, quod Deus sit de consideratione Methaphisicæ: sed negando minorem, quod Deus effugiat rationem Entis: imo Deus verissimè est Ens, & in eo rerum reperitur ratio Entis, quam in quocunque alio Ente: ad probationem au-

autem verum est, quod Deus non sit Ens per accidens; sed quando probatur, quod Deus neque sit Ens per se ex eo quia non continetur in aliquo ex decem Predicamentis, dico, quod Ens, quod dividitur in decem Predicamenta, non est Ens per se primo, et aliissime sumptum, sed Ens per se admixtum ex potentia, et actu. Deus autem est Ens per se, cui nihil est admixtum de potentia.

Solutio

4 Dices ergo Deus non cadit sub consideratione Methaphisicæ, probatur consequentia, quia Methaphisica tantum considerat Ens admixtum ex potentia, et actu; sed Deus non est Ens admixtum ex potentia, et actu, ergo Deus non potest esse de consideratione Methaphisicæ. Respondetur, quod Deus dupliciter potest considerari, primo vt est in se ipso, secundo vt resplendet in creaturis, primo modo est simpliciter infinitus, et purissimus actus, nec ens quam accidentem non potest considerari à scientia secundum modum humanum inuenta est, sed secundo modo quatenus resplendet in creaturis, quia creatura non resplendet secundum modum infinitum, sed potius secundum modum finitum, propterea iuxta hanc acceptionem bene potest considerari à Methaphisica, neque Deus vt resplendet in Creaturis, est purissimus actus, quia nulla est Creatura, quæ habet esse purum sine admixtione potentiæ.

Solutio

5 Sed dices iterum, ergo Methaphisica agit de Deo per accidens, et non per se, probatur consequentia, quia in tantum agit de Deo, in quantum Deus resplendet in Creaturis. Respondetur. Admittendo prius cum Ægidio in primo Methaphisicæ q. 2. Quod in Methaphisica ideo consideratur de Deo, quia in Methaphisica agitur de effectibus Dei, et ita aliquo modo in Methaphisica agitur de Deo per accidens; sed illud per accidens non est ex parte scientiæ, quia etiam si Methaphisicus posset habere cognitionem certam alterius finiti à Deo, absque ipsis Deo, ad hoc Methaphisica ageret de ipso Deo, quatenus in ipso reperiatur propriissime ratio Entis: nec minus Methaphisica agit de Deo per accidens quatenus in per accidens dividitur ratione rei scitæ, quia Deus non dependet ab aliis: imo alia dependent

dent à Deo: sed tantum Methaphisica agit de Deo per accidens, quatenus ly per accidens est ex parte nostra tantum cum omnis nostra cognitio incipiat à sensu, non possumus devenire in cognitionem Dei, nisi per creaturas, quæ nobis notiores sunt; & ideo devenimus in cognitionem Dei per effectus ipsi dem.

6 Sed Objicies secundo si Deus ideo consideratur à Methaphisico, quia Deus est Ens; vel Ens prædicatur de Deo convertibiliter: vel non? si convertibiliter, tunc sequeretur, quod omne Ens esset Deus, quod patet esse falsum, si non convertibiliter, sed tanquam quid communius & superius, tunc Ens esset prius Deo, & Deus esset posterior Ente: sed omne posterius, & specialius semper addit aliquid ad suum prius, & illud, quod addit aliquid supra suum superius, est compositum, ergo si Deus esset posterior ente, sequeretur, quod Deus non esset simplicissimus, quod quam falsum sit, omnibus constat. Respondetur, quod duplex est conceptus rei: alius est perfecte videtur, & simpliciter unus, ac perfecte præcisus: alius est conceptus analogus, qui non est simpliciter unus, nec perfecte præcisus. Quando Conceptus superior est simpliciter unus, ut est ve. Animal respectu hominis, aqui &c. tunc omne posterius se habet per additionem ad suum prius: ideo illud posterius, quod aliquid addit supra suum prius, semper est quid compositum ex pluribus rationibus, ut patet de homine, vacante, qui addunt supra Animal differentias specificas: at quando conceptus superior est analogus, non est necesse, vtid, quod se habet per modum posterioris, addat aliquid supra conceptum communem: sed sufficit, quod aliqua diversa entia videantur, & in hoc sensu verissimum est, quod alius Deus non est, & aliter cætera Entia.

Obiicitur secundo.

Respon.

Conceptus communis non est unus: sed analogus.

7 Objicies tertio. Si Methaphisica agit de Deo, & de lapide quatenus sunt Entia, ergo non magis Methaphisica erit cura agere de Deo, quam de lapide: imo communiùs ageret de omnibus, quia ratio Entis in omnibus est. Respondetur, quod in quacunque scientia est duplex obiectum, primum est formale ex parte scientiæ quam Scientia sumit ratione & speciem: alterum

Respon. ad obiectionem.

est

est formale ex parte obiecti à quo scientia non sumit vnitatem, exemplum dari potest in potentia visiua, quæ licet sub vna ratione formali coloris consideret album, & nigrum, nihilominus tamen cognoscit album esse distinctum à nigro, quia album, & nigrum habent duas rationes formales distinctas ex parte obiecti: licet ergo Methaphisica consideret Deum, & alia Entia sub ratione Entis: singula tamen cognoscit distincte, quia ratio formalis in scientia non facit, vt obiecta materialia non cognoscantur distincte, sed tantum vt ea, quæ considerantur in scientia, non pertineant ad alias scientias distinctas; quod etiam ex eo prouenit, quia ratio Materialis ex parte scientiæ est formalis ex parte obiecti: scientia autem, & quidditas differunt inter se formaliter, comparata tamen ad rem, differunt materialiter; quia hoc est Generaliter verum, quod distinctio materialis ex parte scientiæ semper est formalis ex parte obiecti, sicque, vt illa obiecta distincte cognoscantur ab eadem Scientia.

8 Sed Obijcies vltimo: Ens non habet Passiones, ergo nulla scientia potest agere de Ente in quantum Ens, probatur antecedens, quia Passio nunquam est ipsum Subiectum, visibilitas enim non est homo: si igitur Ens haberet Passiones, tam tales passiones non essent suæ Rei sponderetur, quod non vniformiter sumentur Passiones subiectorum particularium, & passiones subiecti Vniuersalis: nam non dicimus Ens habere duas passiones, quia sibi insunt omni Enti: sicut dicimus, quod Methaphisica considerat causas Entis secundum quod Ens, quia forte illæ causæ sunt causæ omnium Entium, quia sic idem esset causa sui ipsius, sed dicimus, quod Methaphisica cõsiderat causas Entis secundum quod Ens, quia considerat causas omnium Entium, habentia causas: sic ad propositum. Passiones Entis non ideo dicuntur passiones Entis secundum quod Ens, quia forsan Passiones Entis insunt omni Enti; sed quia Ens non determinatur ad aliquod Genus Entis, ita vt sit subiectum alicuius Scientiæ Specialis. Vltima obiectio

## ARTICVLVS SECVNDVS

### De His, quæ consequuntur Methaphisicam ab Obiecto

COnclusimus in præcedenti Articulo, quod adequatum Methaphisicæ Obiectum est Ens reale in eo quod Ens; nunc quia tractamus, quod habet scientia, id consequitur ab obiecto, videndum est per sequentes Dubitationes, quænam sint illa, qui consequitur Methaphisica à suo adequato subiecto?

## ARTICVLVS SECVNDVS

### De his quæ Methaphisicam consequuntur ex Obiecto.

*Dubitationes Duæ.*

*Dub. I.*

*V. Methaphisica per hoc, quod considerat Ens in quantum Ens, habeat etiam agere de omnibus entibus secundum propria eorum rationes?*

*Dub. II.*

*V. Methaphisica à se sub hac habeat aliquid fit ens?*

## DVBITATIO PRIMA

*V. Methaphisica per hoc, quod considerat Ens inquantum Ens, habeat etiam agere de omnibus entibus secundum propria eorum rationes?*

1 HAc Dubitatio ab recentioribus hujus temporis sub dimidio termino agitatur, & aliqui ille putant, An Ens, quod est Obiectum Methaphisicæ, ita se extendat ad omnia entia, ut comprehendat singulas res secundum proprias, & speciales earum rationes? sic patet Fasc. 1. disp. 1. Methaphisica, & alii vero, ut patet Suarez disp. 1. sect. 1. sic dubium proponit, V. Methaphisica extendit se ad omnes res secundum propias rationes earum? Sed nullus Aristotelis in 1. Metha. qui hanc candè difficultatem sub his terminis disputat. V. Sapientis sit omnia scire? an in qua difficultate duæ sententiæ; Quarum prima sub-

Aperit unam Dubitationem

1. ratio sequit.

subsinet, Methaphisicã non considerare omnes res, & singula entia secundum suas particulares rationes: sed ea tum secundum illas, quæ dà concipimur ab intellectu, abstrahit ab omni materia. Ita bene arg. hic supra, qui etiam profert Fonsecam in 4. Methaphisica cap. 2. q. 1. D. Thom. in prolog. sent. ar. 2. & 4. meth. lect. 1. in fine Scotũ in prolog. q. 1. ar. 3. Albert. 4. meth. Trac. cap. 1. Ita etiam docet Paqualdus disp. 26. sect. 2. & primo sic solet hęc sententia suaderi. Obiectum adequatum Methaphisicę est solum ens abstrahẽs ab omni materia, ergo Methaphisica non potest ferri in aliquod aliud, quod sit extra talem abstractionem, alioquin ferretur extra latitudinem sui obiecti. Secundo. Si Methaphisica consideret entia particularia secundum propias, & speciales rationes, sequeretur, quod aliæ scientiæ superfluerent, nec essent necessariæ, sed hoc est inconveniens, ergo, &c. Tertio. Nulla scientia potest ẽsse limitata sui obiecti adequati, ergo Methaphisica quæ abstrahit ab omni materia, non considerabit illa entia, quæ non abstrahũt a materia sensibili, &

2. ratio aliorum

3. ratio D. Tho. Coimbr. Conimbr. Fonsec. Arriag.

phia naturalis, & Mathematica non attingunt: illa Entia, quæ abstrahunt ab omni materia.

3. Altera vero in hac re difficultate sententia est una cum tertia præcedenti, dicentibus obiectum Methaphisicæ comprehendi etiam obiecta scientiarum particularium secundã propias, & speciales eorum rationes, cuius sententiæ primum fundamentum hoc est, omnia, & singula obiecta scientiarum particularium, imo omnes res contentæ sub ipsis ẽsse etiam secũdum propias, & speciales rationes quæ propriissimè entia, ergo omnia obiecta scientiarum particularium, & quæcunque res secundum particulares rationes cadunt, & continentur sub obiecto Methaphisicæ. Antecedẽs est certum, & consequentia sequitur. Secundo Arist. primo Poster. c. 28. inquit, *Impossibile est scientiam esse considerare aliquid, & quod non sit ens, nam Deus, & substantiæ prædicantur universaliter, & sunt entia*. Ita D. Thom. Murtiplicat. ibi dicit, *Methaphisica quæ dicit de substantiis, quod sunt entia, & habent unum ad omnia entia, & habent unum ad omnia entia per quod ostenditur omnia esse entia*. Tertio. Sicut se habet unum ad omnia entia, ita se habet ens ad omnia entia. Unum autem omnia entia pertinet ad considerationem

Fundamentum huius sententiæ.

ergo

ergo etiam omnia Entia debet pertinere ad eam scientiam, minime certa, & maior est. Arist. 4. methaur. 2. Quartus. Si aliquis obiiceret quia Methaphisica attingere posset operationes particularium Entium, maxime quia non omnes earum operationes abstrahunt à materia secundum rem: sed hæc ratio non obstat, ergo, &c. probatur minor, quia Methaphisica considerat plures rationes, quæ sine materia esse non possunt, agit enim de decem Predicamentis, de ente finito, de accidentibus, &c. Demum. Methaphisica est scientia Nobilissima, & Dignior quacunq; alia per humanam rationem inventa, ergo ipsa considerat omnes res etiam in particulari, antecedens supponitur verum in omni sententia, consequentia sequitur, alias quo modo Methaphisica esset scientia perfectissima, nisi perfectissime manifestaret minimam particularium scibilium obiectal vel quomodo illa manifestare posset perfectissimo modo, nisi ageret de singulis rebus secundum species, earum rationes?

4 Sed diligenter aut mihi cum Aquil. in 1. lib. methaph. 22. quod scientia particularis non, vt Naturalis Philosophia, Matematica, &c. non differant à Methaphisica per hoc solum, quod Methaphisica consideret plura obiecta, atque scientiæ particulares nullo modo se possint extendere: sed specialiter in eo differunt, quia non eadem modo ideam obiecti attingitur à scientijs particularibus, & à scientia universali, earum scientiæ particulares considerant propria obiecta secundum speciales rationes eorum, sed modo particulari à modo singulis scientijs particularibus proprio: & Methaphisica attingit etiam radicalia obiecta scientiarum particularium, & proprias rationes eorum sed modo universali, & quodo tantum proprio ipsi Methaphisicæ nec alteri potest exemplum commodius, quod eatenus se explicet adæquate, quam in albedine particulari, & sensu communi sensus particulares, & potentia visiua attingit albedinem, vel nigredinem, sed tamen modo particulari sibi proprio, scilicet ratione coloris. At sensus communis attingit quidem omnia colorata, sed modo universali, sensus enim refert in albedinem colorata, sed non sub ratione co-

loris

Idē obiectū scibile non attingit à scientijs particularibus, & à scientia universali.

Declaratur ex exemplo.

Methas cognoscit alteras incommuni ratione.

ineis, ita vt ratio, sub qua ens communis attingit, albedinem coloratam, sit ratio colorationis; quia hic modus attingendi colorata est proprius tantum potentiæ visiuæ, sed ratio formalis, per quam ens communis fertur in colorata, est Vniuersalior, scilicet ratio sensibilis, ideo ens communis fertur in colorata, quia hæc sunt sensibilia. Ita ad propositum, Philosophia Naturalis v.g., quæ est scientia particularis, considerat omnia entia naturalia, quæ composita sunt ex materia, & forma, vt Cœlos, Homines, Elementa, lapides, &c. sed hæc omnia considerantur a Philosopho sub ratione speciali mobilis, quia habent principium motus, & quietis, quæ sunt passiones entis naturalis: At Methaphisica cum scientia Vniuersalis, attingit quidem omnia entia particularia, & mobilia, sed non sub hac ratione præcisè, quatenus sunt mobilia, quia hic modus considerandi est tantum proprius Physicæ naturalis; sed dicitur Methaphisica attingere entia naturalia, & mobilia sub ratione vniuersaliori, sub ratione Entis, qui modus considerandi, & attingendi est, ita est proprius Methaphisicæ, vt nulli alteri possit competere.

5 Et quia posset aliquis dicere, quod cognitio rerum in vniuersali est in potentia, inde videtur esse imperfecta, ideo idem Ægid. notat secundo, quod Methaphisica non tantum considerat ens secundum quod Ens: sed etiam considerat illa, quæ faciunt differentiam, & diuersitatem in ente; non tantum considerat ipsum ens vt sic, sed etiam considerat omnes species entis, vt decem Prædicamenta, quæ diuersificantur secundum diuersos modos essendi; & sic illa, quæ sunt primæ species entis, considerantur a Methaphisico, vt faciunt differentiam in ente: atq; adeo talia distincte cognoscuntur a Methaphisica: exēplum eō modum ad rem declarandā esse potest, quia quamuis homo, & leo sint idem corpus, non tamen sunt idem Animal, quia cum eorum differentia sit per formā, & quādo diuiditur corpus per animatum & inanimatum, homo, & leo cadunt in vna parte, propter hoc homo, & leo sunt vnum corpus, nec faciunt differentiam in corpore: sed cum diuiditur animal per rationale, & irrationale, tunc homo, & leo non cadunt sub vna parte, & pro-

pre-

ptera Homo, & leo non sunt vnum Animal; tamen dicet aliqua scientia, quæ considerabit Animal in eo, qd sensibile. Itaq; cum in Animali sensibili leo, & Homo non faciant diuersitatem, illa eadem scientia, quæ considerabit de Animali sensibili, considerabit etiam de Homine, & Leone.

6 Itaq; cum entia conueniant in ente, considerabitur à Methaphisica propriè, perfectè, & distinctè, cum obiectum Methaphisicæ sit ens in eo, qd ens: & quæ distinguntur in ente, etiam propriè, & distinctè attinget à Methaphisica, quia hæc scientia, cùm sit vniuersalis, non solum habet agere de Ente in eo, qd Ens, sed etiam habet considerare de omnibus speciebus entis. habet etiam considerare omnia, & singula Entia particularia, quæ faciunt directissimè in Ente.

7 His omnibus sic notatis, ecce

CONCLVSIO PRIMA.

Methaphisica per hoc, quod considerat ens in quantum ens, habet etiam agere de omnibus, & singulis rebus etiam secundum proprias, & speciales earum rationes; imo de omnibus entibus non tantum abstrahentibus ab omni materia, vt sunt Methaphisicalia, sed etiam abstrahentibus à materia particulari, vt sunt entia naturalia, & abstrahentibus à materia sensibili simpliciter, vt sunt omnia entia contenta sub obiecto Methaphisicæ. Et vt paucissimis verbis totam euincamus, dicimus, Methaphisicã attingere omnia obiecta formalia, & specialia particularium scientiarum, quæ omnia obiecta particularium scientiarum sunt entia, & participant rationem formalem Methaphisicæ hoc probant argumenta secundæ sententiæ. Methaphisica non considerat omnia obiecta formalia, & specialia particularium scientiarum eodem modo, & sub eadem ratione, qua eadem obiecta particularia attingentur à scientijs particularibus: sed illa obiecta formalia, quæ à scientijs particularibus considerantur sub ratione speciali, singulis scientijs propria: à Methaphisica considerantur sub ratione communi, & sub ratione entis, & hoc concludunt argumenta primæ sententiæ. Vtraq; igitur Opinio est vera, & probata molestam expectio.

## DVBITATIO SECVNDA

### *V. Methaphisica à suo Obiecto formali habeat, quod sit vna?*

1 NOn desunt etiam ex Recentioribus, qui dicant, Methaphisicam à suo adequato subiecto habere vnitatem specifi specialissimam: ita inter alios scribit expresse Suar. disp. 1. de natura Meth. sect. 3. n. 8. & Pasqual. disp. 22. sect. 2. principales autem rationes pro hac sententia sunt huiusmodi, quia tanta debet esse vnitas cuiuslibet scientiæ, quanta est vnitas Obiecti adequati: sed vnitas Obiecti Methaphisicæ est specifica, nam vnitas cuiuscunque obiecti scientifici non est desumenda ab esse materiali, sed à ratione formali: quæ in Methaphisica est vna vnitate specifica, cum sit ipsa ratio Entis, ergo, &c. Addi potest pro eadem sententia ipsa Philosophi authoritas tum in primo, & secundo capite 1. lib. Met. vbi semper de hac scientia loquitur tanquam de vna in specie: tum etiam in lib. 4. meth. vbi ex professo agens de obiecto huius scientiæ, dicit illud esse vnum.

2 Suppositis tamen his, quæ docuimus in tractatu præcedenti disp. 2. q. 2. art. 1. de vnitate conceptus Entis, facile nunc poterimus præsentem dubitationem resolvere.

3 Dicimus ergo primo; quod à ratione formali ex parte Methaphisicæ quæ est abstractio ab omni materia, Methaphisica habet vnitatem specifi specialissimam, quia abstractio ab omni materia est vna forma indistinguibilis, per quam Methaphisica specie distinguitur à quacunq; alia scientia reali.

4 Cum quo dicimus secundo, quod à ratione formali ex parte Obiecti, quod dicitur Obiectum formale Quod, est ratio Entis, Methaphisica habet vnitatem Analogam, quia ratio Entis vna est vnitate analogæ.

Et per hæc soluuntur omnes argumentationum rationes.

# QVAESTIO SECVNDA

## Quid sit Ens Metaphysicum?

PRincipia intrinsece constituenda Ens Metaphysicum, non sunt nisi Essentia, & Esse, & de his agendum erit in hac inquisitione primum, quæ perficienda Quæstione: vt autem omnia magis facilitare, & clariori, quo possumus, ordine procedamus; in tres sequentes Articulos totam præsentem quæstionem dividemus.

## QVÆSTIONIS Secundæ

### De quidditate, seu constitutivis Entis Metaphysici

*Articuli Tres.*

*Art. I.*
*De Rerum essentiis, seu de primo Principio intrinseco Entis Metaphysici, quod est Essentia.*

*Art. II.*
*De Rerum existentiis, seu de Principio intrinseco entis Metaphysici, quod est Esse.*

*Artic. III.*
*De Essentia, & Esse, sibi invicem Comparatis.*

## ARTICVLVS PRIMVS

### De Rerum Essentiis; seu de primo Principio intrinseco Entis Metaphysici, quod est Essentia.

PRimum Principium intrinsecum Entis Metaphysici multipliciter nominatur, Primo, & comuni vocabulo dicitur Essentia, quia res per ipsam est Ens, & per essentiam habet esse rem. Entis secundo Dicitur Quidditas, quia per partes (per Genus, & differentiam ipsa diffinimus, & satisfacimus interrogationi, facta per quid. Tertio dicitur conceptus, quem necessario formamus de vnaquaque, si illam vtin se est, contipiamus. Quarto solet vocari substantia, quia res per essentiam suam in seipsa subsistit, hoc est per essentiam suam est totum illud, quod est. Quinto dicitur etiam Ratio, quatenus essentia est id, quod correspondet rationi, nem-

pe

pe intellectui concipienti: denum dicimus Naturam, quia sicut natura dat principium motus, & quietis ita essentia cuiuscunq; rei est principium illarum passionum, & operationum, quæ ipsi conuenium: de hac ergo essentia præsentis quæstionis vt ex præcisionibus ab ea sequentibus dubia sunt videnda.

---

ARTICVLI PRIORIS

## De Primo Principio Entis Metaphysici, quod est Essentia

### Dubitationes Sex.

Dub. I.

V. Essentia antequam existat, sit parum nihil, vt nullam prorsus habeat rationem entis?

Dub. II.

An Essentia rei præscindat ab effectu tum reali actu extra Deum?

Dub. III.

V. Essentia rei possibilis antequam ponatur in esse, sit subiecta suis actibus, æternis, in participatum, & inde pendens?

Dub. IV.

V. Omnes rerum Essentiæ sint æqualis perfectionis, vel inæqualis?

Dub. V.

V. Interdum essentiæ, vel duæ species immediatæ possit esse species Media?

Dub. VI.

V. Rerum essentiæ sint sicut numeri ita vt sicut nomen numerale non significat duas species numerorum, æqualiter distantes ab vnitate, ita nec inueniri possint duæ essentiæ, æqualiter distantes à primo Ente?

---

DVBITATIO PRIMA

V. Essentia antequam existat, sit parum nihil vt nullam prorsus habeat rationem Entis?

1 PAter Hurtadus in sua Metaphysica Disp. 8. sect. 2. & non nulli alij Recentiores asserunt, Rerum essentias esse parum nihil, nec participare vllo modo rationem entis; sed simpliciter esse non entitatiuas tenebras fundamentales possibiles sub limine dei. Omnis potentia excludit omnem actum, ergo potest esse exclusa

Aliqua essentia est tenebra et nihil.

omne esse; sed Essentia potest esse, seu est possibilis esse, ergo Essentia antequam sit, nullum habet esse. Secundo. Si rerum Essentiæ essent aliquid, antequam existerent, possemus de aliqua re cognoscere, quid sit etiam ignorando, an sit? sed hoc est falsum, ergo &c. Tertio. Si rerum Essentiæ essent aliquid, sequeretur, quod Deus non posset annihilare ipsas res, quia semper remanet aliquid esse Essentiæ.

Contra ita dicta approbatur.

3 Hæc tamen sententia singularis est, & merito rejicitur ab omnibus tum Antiquioribus, tum etiam Recentioribus præsertim à D. Thoma 1 p. q. 10. ar. 3. ad 1. & q. 1. de veritate ar. 1. Scot. in 1. dist. 36. q. unica Fonseca 5. metaph. cap. 5. sup. 1. lect. 3. Suario in metaph. disp. 31. sect. 1. n. 41. Aversa in sua Philosophia q. 8. sect. 4. Pasqual disp. 16. sect. 4. vnde cum omnibus iam citatis Antiquioribus dicimus, Essentiam creaturæ etiamsi nunquam existat, non esse purum nihil sed verum ens reale, contradistinctum a nihilo. Ita expresse Fundamentalis Ægidius in Quæstionibus de Esse, & Essentia præsertim q. 7. Scio quæritur vbi hæc habet Ens ergo quod non potest poni extra causas de Natura et dicat quidditatem Rosæ, & Ens nil realiter addit supra Essentiã Rosæ ita nec potest predicari de Rosa ita vt dicat Existentiam Rosæ, & sic Ens supra essentiam Rosæ addit se ipsum: cum ergo dicitur, quod res per essentiã sua est res ibi Ens accipitur tantum vt dicit Quidditatem: non Ægidius vero vt dicit existentiam: vnde de Rosa non existente, Rosa est ens, & non est ens: sed ens, secundum quod Ens dicit Ægidius est prædicamentum: vnde de Rosa existente, verum est, quod Rosa est Ens, & eadem Rosa non est ens, quatenus res dicit esse existentia. Hæc Ægid. quibus nil clarius, palestius, & solidius.

D. Tho. Cajet. Herv. Fons. Suar. Aver. Pasqua.

4 Sed probatur vera sententia ratione fundamentali. Quælibet Essentia Creata Fundare et præscindendo ab omni actuali esse existentiæ, ein aliquo prædicamento, & sub aliqua specie Prædicamentali ergo nõ est purum nihil sed vere ens reale saltẽ per ea dicentiam Prædicamentalem. Cõsequentia clara, probatur, sumamus Essentiam Rosæ, (idq; dici põt de quacumque re Essentia) nõ existere Rosa, ad hoc de illa ẽ, vel dicere, vt sit flos, vt sit pulcrior inter flores, &c. ergo Essentiæ creaturæ et præscindendo ab existentia, sunt res aliquius Prædicamẽti, & per consequens ẽ in Genere,

aut

atq; in specie Prædicamẽti, ergo Essentia Creaturæ ante omnem existentiam est Ens saltem prout Ens dicit figuras Prædicamentorum ergo essentia creaturæ antequam existat, non est simpliciter nihil; sed habet veram rationem Entis.

plicatur arg. 4. ad tertii

4 Ad fundamenta Hurtadi Respondemus, & ad primum dicimus, quod posse esse excludit actu esse: & Possibile cum dicat potentiam ad essendum, excludit à se actualitatem essendi: non hinc tamen sequitur, quod Potentia excludat à se veram rationem Entis, quatenus Ens dicit figuras Prædicamentorum; nam ut supra notatum est, essentia Creaturæ quatenus est in potentia ad esse existentiæ, licet non sit Ens, prout Ens dicit esse existentiæ: est tamen Ens, prout Ens dicit figuras Prædicamentorum. Ad secundum Respondetur, quod Quæstio an sit? in duplici sensu potest intelligi, primo, an sit quoad existentiam, idest an res existat: secundo an sit quo ad essentiam, idest an detur essentia rei: modo Cum dicitur ex communi axiomate Philosophico, quod prius cognoscendum est, an res sit, & deinde quid sit; non est intelligendum de an sit quo ad existentiam, quia certum est, scientias præscindere ab existentijs rerum, quas considerant: sed sit intelligendum de an sit, quo ad essentiam, idest prius debet cognosci, an detur essentia rei, & postea videndum est, quid sit talis essentia; dicitur autem rei essentia esse, quando est intelligibilis ab intellectu; sive ipsa res existat realiter, sive non.

Explicatur 3.

5 Ad tertium tota solutio debitur in 3. art. huius qu. dub. 4 in qua disputabitur, an si essentia non distingueretur realiter ab esse, posset res annihilari? & pro nunc dicimus, quod sicut non creatur Essentia, quia Essentia semper est, nec creatur ipsum Esse, quia Esse semper est: sed creatur totum compositum ex Essentia, & Esse; idest producitur Esse in Essentia, vel contingit Essentia cum ipso Esse: sic cum annihilatur creatura, non annihilatur Essentia, quia Essentia semper est Essentia: neque annihilatur ipsum Esse, quia Esse semper est Esse: sed dicitur totum compositum ex Essentia, & Esse, idest desinit esse, quod erat receptum in Essentia quamvis ergo dicamus, Essentiam antequam pro-

duc-

ducatur, esse Ens, non propterea sequitur eam posse creaturam annihilari, quia cum Deus desinit esse, quod erat in essentia, tam intelligitur annihilata illa creatura, quæ erat complexa tali essentia, & esse.

## DVBITATIO SECVNDA

### *An Essentia prout præscindit à reali existentia, sit Ens actus extra Deum?*

1 NOn sufficit ostendisse, Essentiam rei possibilis etiam ante realem existentiam esse veram Ens reale, prout Ens dicit figuram Prædicamentorum; sed adhuc videndum est, an essentia possibilium ante realem existentiam sit Ens reale actu, ita vt essentia rei possibilis antequam realiter existat, habeat esse actuale extra Deum?

Et Prima Sententia communiter Recentiorum est, essentiam rei possibilis præcise consideratam, antequam realiter existat, nullum prorsus habere esse actuale, quod dicatur esse essentiale: sed eam res, quæ dicitur possibilis, ponitur extra causas tunc dici tur recipere non tam existentiam, sed etiam actualitatem essentiæ: itaut terminus pro

Audiendus non solum sit ipsum esse existentiæ, sed etiam ipsamet essentia. Citari potest pro hac sententia Beccanus in Prima part. D. Thom. cap. 8. de Scientia Dei, q. 4. conclus. Ponum S. & Suarez expresse Disp. 31. sect. 2. num. 5. Pasqual. disp. 7. sect. 2. num. 2. quod probatur ex S. Thom. in Quodl. 2. de potentia art. 5. ubi dicentem: *Hæc significata quidditatis reputantur essentiam habere, sed ipsa quidditas existere dicitur, quia antequam esse habeat, nihil est, nisi forte in Intellectu creantis*) addatur autem hæc sententia his rationibus. Primum. Implicat contradictionem in terminis, quod Creatura secundum Harum possibilitatis habeat actualitatem aliquam, ergo essentia rei possibilis ante actualem productionem vel nihil est, vel non est Ens actu. Probatur antecedens: nulla res potest aliquid actualitatis habere, nisi habeat esse formalem actualitatis, qui est ponere rem extra causas: si autem aliquid secundum Harum possibilitatis haberet actualitatem, esset esse in actu, quia haberet actualitatem in suo esse, & non esset in actu, quia esset inter possibile, ergo im-

Beccan. Suarez Pasqual.

pli-

plicantia esset in termibus, quod essentia creaturæ ante actualem productionem habeat esse actuale.

1. arg. 2 Dices. Essentiam ante actualem productionem non habere actualitatem existentiæ: sed actualitatem essentiæ: sed contra hoc, & sit secundum Argumentum. Omnis actualitas ea mensura rationis habet, vt ponat rem in actu, illam extrahendo à statu possibilitatis; ergo essentia, habens actualitatem, non erit amplius possibilis: sed potius erit à parte rei, nec præscindet ab existentia: sed potius illam involuet.

3 Tertio, Si essentia rei possibilis antequam existit, haberet aliquam actualitatem, vel illam habet independenter à Deo, vel habet causatam à Deo? si habet causatam à Deo, cum hæc causalitas à Deo non sit ab æterno: sed in tempore sequitur, quod essentia rei possibilis non habet actualitatem, tali quando à Deo producitur, & ita communicatur existentia: si dicatur primum, quod essentia rei possibilis habet actualitatem à se, independenter à Deo, hoc adversatur principijs fidei: nam actualitas, independens a Deo, repugnat omni creaturæ; cum actualitas independens arguat infinitatem implicitè.

4 Sed præsupposita illa distinctione de triplici essentia, quam docuimus cum Ægidio in præcedenti Tractatu Disp. 2. q. 2. art. 3. dub. 1. num. 9. Diligenter nunc observandum est id, quod fundamentaliter docet in q. 9. de Ente, & Essentia ad quartum argumentum, quod essentia Creaturæ duplicem actum potest habere, prior actus est ille, quem dat ipsa forma, & per hunc actum essentia potest quidem actu intelligi, sed actu non potest realiter existere; alius vero actus tantum prouenit ab esse existentiæ: ita vt solummodo tunc essentia sit Ens in actu, quando iam producitur, & existit in rerum natura: vnde essentia materiæ primæ præcisè considerata, antecedenter, & independenter ab actu formali nec habet actum priorem, per quem possit actu intelligi, vt bene Ægidius in Quodlib. 2. q. 2. nec habet actum posteriorem, per quem possit actu existere, sed ita est Ens in potentia, vt nullum prorsus habeat actum, nec actum essentiæ, per quem possit existere, nec minus actum essentiæ, per quem possit ac-

Essentia creaturæ duplicem actum potest habere.

tu

ra intelligi: sed cum Essentia materiæ, quæ est potentia, vnitur cum forma, quæ est actus, tunc ex materia, & forma fit vna essentia completa, quæ nec est potentia tantum, nec est actus tantum: sed essentia admixta ex potentia, & actu, & respectu illorum est Ens in potentia, & etiam aliquo modo est Ens in actu: Est Ens in potentia respectu actus existentiæ, à quo ipsa Essentia perficitur: est vero eadem essentia Ens in actu, quia per actum formæ potest actus intelligi, quamuis adhuc sit in potentia ad esse realis existentiæ. Si quis ergo peteret, an Essentia cuiuslibet rei possibilis sit Ens in actu, vel Ens in potentia? cum distinctione responderendum esset. Quælibet essentia quæcunque sit illa, est verum Ens reale, vt determinauimus in præcedenti Dubitatione, quia quælibet essentia etiam materiæ primæ, cum non sit purum nihil, est verum Ens reale, sumpto Ente, prout dicit figuras Prædicamentorum: sed non quælibet Essentia cuiuslibet rei est Ens in actu: quia Essentia materiæ primæ licet sit Ens reale, cum non sit nihil, non tamen est Ens in actu, nec quidem Ens in actu, vt possit existere, nec minus Ens in actu, vt de se possit intelligi: sed ita est per suam essentiam Ens in potentia, vt secundum suam essentiam simpliciter excludat omnem actum: Quando vero essentia materiæ primæ, quæ est pura potentia, vnitur cum aliqua forma, quæ essentialiter est actus: tunc Essentia illa, quæ resultat ex tali potentia & actu, seu ex materia, & forma, est verum Ens reale in actu, non quidem Ens in actu, vt possit realiter existere, cum prius respectu existentiæ sit Ens in potentia: sed tamen modo dicitur Ens in actu, quia vt sic potest actus intelligi, cum essentia materiæ vnita cum forma sit quidam Ens Prædicamentale, quod de se potest actu esse Obiectum Intellectus: vnde Essentia creatæ antecedenter ad omnem existentiam potest dici Ens actuale, & potest dici Ens in potentia: dicitur Ens actuale, quia extra Deum ita est Ens in actu, vt possit actu intelligi: dicitur etiam Ens in potentia respectu esse existentiæ, à quo perficitur.

5 Et hæc Doctrina esse potest responsiua Quæsito, & solutiua Rationum in contra-

ri-

tiam; ad quarum primam, & secundam dicimus, quod Essentia Creaturæ possibilis antequam actu existat, non est Ens actu, prout Ens dicit esse existentiæ, nec habet istam actualitatem, quæ facit rem extra causas, sed vt sic potius est Ens in potentia: & potest in aliquo sensu saltem in isto modo loquendi admitti, quod essentia Creaturæ hoc ipso quod sit nihil, non simpliciter, & absolutè; sed cum hoc addito, à Essentia creaturæ in statu possibilitatis non existentis extra & vtricem in Dubitatione sequenti, Essentia Creaturæ pro eo tunc quando non habet esse reale existentiæ, tunc non habet vllam respectum ad Deum, nec minus pro tunc dicet effectus Dei, vel alterius Agentis: vnde in hoc sensu magis est non Ens, quam Ens: ita Aegid. in quæst. 11. de Ente, & Essentia pag. 50. vbi hæc addit: *nulla essentia Creaturæ de se secundum se actu, nisi secundum quod ponitur actualiter existere, & sic quantum ipsa de se quælibet talis essentia non est, & in nihilum tendit.*

6 Ad rationem in Dubitatione sequenti respondebitur.

## DVBITATIO TERTIA.

*V. Essentia rei possibilis, antequam ponatur in esse, sit ita se ipsa Ens reale, actus, æternum, simplex participans, & inde pendens?*

1 IN hac Difficultate præcipitanter dubitandi ea ibid vltimum argumentum, quod in præcedenti Dubitatione reliquimus insolutum.

2 Sed pro eiusdem plena solutione audiamus Aegidium, sic loquentem, duplicitèr sumi potest Ens. primo, prout dicit puram Essentiam seu purum esse quidditatium, quod vel est actus tantum, vt Essentia Diuina, vel est potentia tantum, vt essentia materiæ primæ, vel est essentia admixta ex potentia & actu, vt essentia cuiuslibet talis, vel elementalis in tra Deum & materiam primam: secundo potest sumi Ens prout dicit ipsum esse reale existentiæ superadditum essentiæ, si sumatur Ens prout dicit esse existentiæ superadditum essentiæ:

Doctrina Aegidij qua confirmatur sententia.

Sic essentiæ possibilium non sunt Entia extra Deum, nec æterna, nec impartecipata, nec independentia a Deo sunt in Ente, prout dicit esse essentia, Magis Essentiæ possibilium sunt non entia, quã Entia, & potius sunt nihil, quam aliquid. Sed si sumatur Ens, prout dicit puram Essentiam, seu puram aliquidditatium, vel figuras Prædicamentales, seu connexiones, & combinationes Prædicaturam essentialium, sic Essentiæ Possibiles admittũt ex potentia, & actu, antequam existant, sunt vera Entia realia, quia non sunt purum nihil, & sunt Entia realia actualia, quia præsunt esse Obiectum intellectus cognoscentis, sed non sunt Entia actualia existentia, nec dependentia, nec participata, quia Essentia, vt Essentia non fit, nec causatur, nec dependet; imo Essentia vt Essentia, cum non sit temporalis, sed semper fuerit Obiectum Diuinæ cognitionis, potest in hoc sensu dici Ens actuale æternum ideli perpetuæ veritatis. Vide autem quæ docet Ægidius in q. 1. a. de Ente, & Essentia. pag. 19. col. 4. in Medio.

## DVBITATIO QVARTA

### *V. Omnes Rerum essentiæ sint æquales perfectionis, vel integritatis?*

1 Essentia præcisè vt Essentia, prascindens ab existentia reali, præscindit etiam a perfectione, & imperfectione: vnde Essentia vt Essentia non est Ens quantum, sed vt alibi dicebamus, est Ens non quantum. & sic propriè loquendo, Essentia vt Essentia nec est perfecta, nec imperfecta, sed dum quærimus, an rerum Essentiæ sint æqualis perfectionis: sensus est, an omnes rerum Essentiæ æqualiter differant a primo Ente?

2 Cui dubio breuiter dicimus cum Ægidio in Quodlib. 3. q. 5. versus Medium: Propter quod sciendum, Quod secundum ordinem illum, quem videmus, & pro quanto eo sensibiliter possumus percipere, non est dare duas Essentias æqualiter distantes a primo Ente, sed dicit sanct. Dod Aristotelicum 8. Metha. text. 20. quod rerum Essentiæ

Ægid. in Quodlib. 3. q. 5.

sentię sant sicut numeri: sed secundum alium ordinem, quem posset Deus creare, non videtur impossibile, duas Essentias posse esse æqualiter distantes à primo Ente. & veram ex his duabus partibus posiunt concludere omnia incontrarium argumenta.

## DVBITATIO QVINTA

*V. Inter Duas essentias, vel duas Species immediatas possit fieri Species media?*

1 Videtur omnino impossibile, quod inter duas essentias specificas possit intercedere Essentia media, quia formæ, & Species sunt sicut numeri, vt ait Philosophus in 8. Metha. sed octo numerorum non patitur, quod inter duas Species immediatas possit fieri Species media, nulla enim Species media potest esse inter quatuor, & quinque, ergo Species, & Essentiæ specificæ, quæ sunt in Vniverso, ita etiam se habent, quod inter duas species immediatas nullo modo possit intercedere Species media.

2 Aegidius in Quodlib. 3. q. 5. in principio hic dubium resolvit; inter Essentias, quæ distant in infinitum, ita vt quodlibet extremum dicat positiuè aliquam essentiam, vt sunt Deus, & Creatura; semper inter tales essentias est dare medium; quia Deus nunquam potest facere creaturam, ita excellentem, vt non possit facere meliorem; inter Essentias vero quæ distant in infinitum, ita vt veram extremum dicat aliquam Essentiam, aliud vero non vt est materia prima & nihil; nullo modo, quia inter aliquid, & nihil nulla est proportio: Tandem inter Essentias, qui distant distantia finita, sed indiuisibiliter, nullum esse potest medium. Inter essentias vero, quæ distant distantia finita non punctaliter, sed diuisibiliter, cadere potest medium: modo in sequenti Dubitatione clarius declarando.

## DVBITATIO SEXTA

*V. Rerum essentiæ sint sicut numeri, ita vt intenseri non possint Duæ Species in vniverso æqualiter*

*distantes à primo Ente?*

1 NOn potest Hæc Dubitatio resolui, ni-si prius videamus, an rerum Essentiæ se excedant æqualiter, vel indiuisibiliter? Quod dubium optime declarat Ægidius in Quolib. 3. q. 5. in Medio, vbi notat, quod ordo totius vniuersi comparandus est armoniæ, vel melodiæ, in qua voces nec se excedant indiuisibiliter, nec minus se excedunt æqualiter; sed si Vna Vox est supra aliam per tonum, non est ibi excessus punctalis; sed est ibi dare *Medium*, quia inter totum, & vnum est semitonium; & si fiat excessus per semitonium, nec excessus est indiuisibilis, quia *est* dare semitonium minus. & Semitonium minus: imo nunquam totus diuiditur in duo semitonia æqualia, sed si fit excessus per Semitonium minus, adhuc nō oportet, quod excessus sit *Indiuisibilis*, quia inter Semitonium minus potest dari minus Semitonio minori.

2 Ex quo colligendum est, quòd cum Voces in *Melodia* se excedunt, nunquam excessus *est* indiuisibilis, quia aliquando excessus est per totum, aliquando per duas vnces, aliquando per quatuor tonos, vt in *Diapason*, aliquando per Quinque vnces vt in Diapente, & sic de alijs, in quibus nunquam excessus sunt indiuisibiles: imo excessus per vnum tantum vnicum nec est indiuisibilis, cum sit dare excessum per *Semitonium*, vt dictum est: excessus etiam per Semitonium non est indiuisibilis, quia istud vnum *Semitonium* minus est dare aliud Semitonium minus: nec excessus per semitonium minus est punctalis, cum inter vnum Semitonium minus semper sit dare aliud Semitonium minus minus: Voces igitur in Melodia nunquam se excedunt indiuisibiliter.

3 Rursus nec Voces in Armonia se excedunt æqualiter, quia post ascensum per vnum tonum, potest statim fieri ascensus per quatuor tonos, vel per quinque, vel per plures, & eam hac ratione pulchrior fit melodia, quam si fierent ascensus æqualiter: Vocesigitur in melodia nec se excedunt indiuisibiliter, nec minus æqualiter: ex dato, quod in Sonis esset possibilis excessus indiuisibilis, itaut quia esset nota in medio, tunc vel mi-

nulla esset melodia, vel valde modica sic ad propositũ. Sicut note in melodia se habent vt numeri, quia Musica est de numero, relato ad sonum: ita se habent vocum numeri comparandus est Armonia: Sicuti Note non ita se habent, quod inter illas non possit esse nota media: sic species Rerum non ita se habent, vt inter speciem, & speciem nõ possit esse species media: & si accipiantur duæ species, inter quas actu non sit species media, tunc quia illa nõ se excedũt punctaliter, bene illi fieri potest species media.

Species & differẽtiæ rerum multiplicitẽ sicut numeri

4 *Hac* autem explicatione præmissa, videndum superest, quomodo species fiant sicut numeri. Primo igitur dubio respondendum est, quod multipliciter species rerum sunt sicut numeri. Primo siquidem inueniuntur duæ species numerorũ, æqualiter distantes ab vnitate, ita nec inueniẽtur duæ species in numeris, æqualiter distantes à primo Ente. Secundo, sicut in numeris, quilibet unitate dempta, vel adita, variatur species, ita quilibet differentia addita vel dempta, semper variatur ipse Ens. Vt si substãtia animata sentiens sit vna species, substantia animata vegetatiua, sentiens species alia: substantia animata sensibilis, constituit animal. Tertio sunt species sicut numeri, quia sicut non sunt duæ species numerorũ habentes æquales unitates: sic non sunt duæ species earum habentes æquales perfectiones. Quarto sunt species sicut numeri, quia sicut vnus numerus continetur in alio, vt ternarius in quaternario, & Quaternarius in Quinario: sic in speciebus Entium una continetur in alia, vt vegetatiua in sensitiua, & sensitiua in intellectiua. Quinto: Sunt species sicut numeri, quia sicut vnus numerus non est in alio formaliter, sed virtualiter in quantum vna forma rerum potest, sicut alia, & aliquid amplius.

5 Atque hac concessa potest, quid ad quæstionem fieri respondendum sit, scilicet quod species creatæ, quæ se habent quasi numeri, procedunt a Deo tanquam a vera unitate. Deus autem producit has species, producit eas secundum quandam Melodiam, & armoniam in qua non apparet quod procedatur de quinta in septimam, vel a sexta in octauam, sed potius ibi a quinta in octauam, quæ est Diapason &

ab

ab ostava potest in quinta tamdecimam, quæ est dupla Diapason, vbi est maxima Armonia.

6 Vtrum autem sint alij species, quæ se excedant indiuisibiliter? non pureli scire nisi ab eo, qui videt ipsas quidditates rerum secundum se: sed Homines qui cognoscunt quodcumque est per accidentia, vel mediis accidentibus, id per se ipsos scire non possunt: hoc tamē possumus scire, quod species rationum non oportet, quod se excedant indiuisibiliter, nec quodse excedant æqualiter: propter quod possumus dicere de immediatis: nā species, quæ se excedunt indiuisibiliter, sunt immediatæ non solum actu; sed etiā potentia; sed ā non se excedant indiuisibiliter, sunt quidem immediatæ actu: sed nō erunt immediatæ potentia, quia potest inter eas esse species media modo, quo dictum est.

7 Ad illam autem rationē, quam insolutam reliquimus in dubitatione præcedenti, dicimus, quod inter duas species numerorum immediatas secūdum mediam, potest esse species media: sed inter species continuo immediatas per appositionē vnitatis, non potest esse species media. Et quia Ordo vniuersi inter species Entium magis assimilatur mediatim Armoniæ, quam immediationi puntaliter, & secundū excessum vnitatis, ideo inter species entium iam patet quomodo possit esse species media: & hæc de Essentijs rerum.

# ARTICVLVS SECVNDVS

## DE EXISTENTIIS

### Rerū seu de alio intrinseco Principio Entis Methaphisici: quod est Esse.

PRæterea Sequendo potest intelligi esse Existentium, de quo iam dictum est in præcedenti Articulo: aliquando vero intelligitur esse existentiæ seu actus superadditus Essentiæ: & de hoc in præsenti est disputandum: persequentes dubitationes.

## ARTICVLI SECVNDI

### De Esse existentiæ

### Disputationes Sex.

Dub. I.

*Quid sit esse existentiæ, an Esse existentiæ sit substantia, aut Accidens?*

Dub. II.

*An Perfectio, quæ est Actualitas, possit esse in aliquo subiecto, sine alio esse existentiæ?*

Dub. III.

*An aliqua Creatura possit esse causa alicuius effectus, et sit ens, & et habeat esse?*

Dub. IV.

*An Creatio substantiæ sit idem, quod esse eius?*

Dub. V.

*An Esse formæ Accidentalis sit idem cum ipsa forma?*

Dub. VI.

*An rerum universitas sit ens, et habeat esse?*

## DVBITATIO PRIMA

*Quid sit esse existentiæ, idest an esse existentiæ sit substantia, vel Accidens?*

1 IN hac difficultate Refert Banes p.1.q.3.art.4.dub.1. Esse sententiam aliquorum, asserentium, quòd esse existentiæ sit quoddam Accidens in unaquaque creatura receptum; cuius effectus formalis est, ponere rem extra causas: nec explicat Banes, qui nam sint, qui hanc sententiam docuerint. Quorumcunque tamen sit, sic primo potest probari: quia esse existentiæ est quidam actus Essentiæ, actuans potentiam obiectiuam ipsius, & eodem modo se habens respectu eiusdem: cum supponat essentiam, & intelligatur aduenire rei, constitutæ per materiam, & formam, ergo est Accidens, probatur consequentia, quia quicquid aduenit rei constitutæ per materiam, & formam, & eodem modo se habet, illud est accidens: totum enim esse substantiale adequatum esse corporeis per materiam, & formam, videlicet, quod sunt materia, neq; forma, neq; compositum ex materia, & forma, sine dubio Accidens esse debet. Aliqua sententia.

2 Nihilominus Vera, & communis sententia non autem rarior, imo etiam Necessaria est, quod esse existentiæ non sit Accidens rei existentis ad quantum est de se. Resolutio prima.

Ens, nisi Accidens, neque substantia, ita vt directè ad nullum Predicamentum pertineat: sed tantum reductiue ad illud predicamentum, cuius est existentia: vnde existentia substantiæ spectabit ad Predicamentum Substantiæ: existentia Quantitatis ad Quantitatem, &c. atque adeo esse existentiæ nullo modo est eiusdem speciei in omnibus rebus: sed in Angelis distinguitur iuxta distinctionem recipientium Esse. Ita D. Thom. q. 3. de potentia ar. 1. ad 2. Scot. in 1. dist. 36. q. vnica. Suarez in metaph. disp. 31. sect. 8. Albertin. tom. 2. princip. 2. Philosophiæ disp. 2. q. 6. Aversa in sua Philos. q. 8. sect. 5. & expresse Dominus Ægidius in Quodlib. 2. q. 1. & Latus in Quæstionibus de esse, & essentia præsertim q. 12. pag. 28. col. 1. §. Tertia ratio. Et in Quodlib. 2. q. 2. docet, quod existere in substantijs est idem, ac subsistere, seu esse per se: in accidentibus vero est illum inesse. Fundamentalis autem huius veritatis ratio fieri potest formari hoc modo illud, quod de se nec est determinatum ad Genus, nec ad speciem, sed tantum distinguitur, in quantum recipitur in diuersis, recipiendi illud diuersè non est Substantia, neque est Accidens, nec minus est entis rationis in omnibus, sed Esse existentiæ quantum est de se, nec est determinatum ad Genus, nec ad speciem, imo tantum diuersificatur in Ensibus, in quantum distinguuntur ipsa entia, recipientia illud, ergo esse existentiæ quantum est de se, nec est substantia, neque est accidens: nec minus est entis rationis in omnibus entib': maior est certa, & potest amplius declarari exemplo sanitatis, quæ secundum se non est determinata ad speciem, sed determinatur ex natura speciei, in qua recipitur, vnde aliqua æquabilitas horarum est sanitas in vno Animali, in alio vero est infirmitas: & quia sanitas de se non est determinata ad speciem, quamuis diuersificetur propter diuersitatem recipientium, non propterea ipsa est eiusdem speciei in omnibus. Maior autem principalis argumenti est manifesta, & clarius patebit ex dicendis in sequenti Artic. dubit. 3. pro nunc autem sic illa potest roborari, quia omne, quod determinatur ad aliquod Genus, vel ad aliquam Speciem, est id, quod habet esse, seu è conuerso ex esse-

D. Tho. Scot. Suar. Albert. Auers.

Fundamentum. coecl.

essentia, & esse. Sed esse superadditum essentiæ, de quo hic loquimur, non est id, quod habet esse, nec id, cum quo fit compositum ex essentia, & esse, alias iretur in infinitũ: sed est id, quo res existit, estque complementum, seu actualitas essentiæ, ergo esse superadditum essentiæ nec è determinatum ad Genus, nec ad speciem.

Solutiõnes in oppositum.

3 Ad rationem autem in contrarium, qua ostendebamus, existentiam esse Accidens, dicimus, existentiam non esse cõtingentem, quia forte aduenire posset Essentiæ, iam actuatæ, & positæ extra causas: ut solet Accidens aduenire subiecto: id enim fatuum est omnino: sed dicitur existentia esse contingens, quia ipsa res secũdum totam suam essentiale ita contingenter habet esse existentiæ, ut posse non habere tale esse, quidem sit, si dicamus nullam rem habere esse necessario: cum id solum cõueniat Deo, qui est ipsum esse; & cum dicitur, quod existentia est actus essentiæ, id verum est, Metaphysicè comparando existentiam ad essentiam: quia cum essentia creaturæ non sit ipsum esse, sed sit in potentia ad esse, sit, quod sicut essentia habet rationem potentiæ respectu existentiæ: ita existentia habet rationem actus respectu essentiæ. Et cum in eadem ratione adiungitur, quod in rebus corporeis eorum esse substantiale adæquamus per materiam, & formam; Respõdetur, quod existentia neq; est Substantia, neq; est Accidens: sed est complementum, & actualitas vel substãtiæ, vel Accidentis; Quod autem ens dicitur adæquari per substantiam, & Accidens, quod habet esse: existentia autem non est id, quod habet esse: sed tantum est id, quo res existit.

## DVBITATIO SECVNDA

*V. Perfectio, quæ est Accidens, possit esse in aliquo subiecto, in quo nullum sit esse existentiæ?*

1 POtest hæc dubitatio habere duplicem sensum. Prior est, an realiter aliquod Accidens possit esse in aliquo subiecto, in quo nullus sit esse existentiæ? alter sensus est, an saltem secundum rationem possit aliquod Accidens intelligi esse in subiecto, in quo nullum sit esse existentiæ? Dubitat. dupliciter sumpta.

sit actu existens?

2 Et quantum ad Priorem sensum videtur, quod Accidens possit realiter esse in subiecto, absque eo, quod subiectum habeat esse existentiæ quia si Deus faceret materiã sine omni forma, tunc physicè esset aliqua mutatio, & ex consequenti esset Accidens: sed in tali casu materia nullum haberet esse, ergo potest Accidens realiter esse in subiecto, in quo nullũ sit esse: deinde Humanitas in Christo non habet proprium esse: & tamen in Humanitate Christi sunt Accidentia, ergo possunt realiter Accidentia esse in subiecto, in quo nullum sit esse existentiæ.

nullum Accidẽs esse sit realiter in subiecto qd non existat.

3 Nihilominus hæc non est Nostra vera conclusio. Nullum Accidens potest realiter esse in subiecto, in quo nullum sit esse existentiæ. Ità Ægid. in Quolib. 5. q. 8. & probatur primo, quia omnis perfectio sumitur ex esse, & in tantum aliquod est perfectũ inquantum habet esse, & sapientia in tantum est perfectio sapientis, in quantum dat ei esse sapiens: quia talis perfectio non habet omnem modum essendi; propterea perfectiones in aliqua substantia non sunt essentiales, sed accidentales: ergo hoc Principium primum in Scotia Ægidij, quod omnis substantia, quæ est finita, est ita sua Essentia Diuina, habet in se omnem rationẽ essendi, & exconsequenti est omnis perfectionis: & idem in Deo nullum est Accidens, quia Essentia Dei est suum esse, ergo Essentia Creata, quia non est suum esse, nec habet omnem modum essẽdi propter ea non est perfectio omnium Generum: sed sunt in ea aliquæ perfectiones Accidentales, quia essentia creata non est suum Esse, nec habet omne Esse: ergo impossibile est, quod Accidentia realiter sint in aliquo subiecto, in quo nullum sit esse: probatur hæc vltima consequentia, quia solum esse est ratio, cur Accidentia sint, vel non sint in subiecto: vnde si in aliquo est omne esse, vt in Deo, in illo nullũ est Accidẽs, quia omnis perfectio transit in Diuinã Substantiam: si vero in aliquo non est omne esse, sed determinatũ esse, vt in Ente creato, in illo erunt Accidentia, quia perfectiones aliorum Generum non transeunt in Substantiam, ergo si ratio esse est ratio, cur Accidentia sint in subiecto, abstracto esse ab aliquo subiecto, non poterunt in illo esse Accidentia. Probatur idẽ secundo.

do. Quælibet res existit per se in, Generis; vnde Esse per quod existit Substantia, re-quod existit Substantia, re-dundanè est in Genere Substantiæ, Accidentia verò nō existunt, quia forte habent per se esse: sed Accidentium esse est inesse; ideo Accidentia existunt, quia sunt in existente seu in subiecto, habente esse: ergo in subiecto, in quo nullum est esse, Accidentia non possunt realiter Esse.

4 Ad Rationes in oppositum Respondetur, & ad primam dicimus, quod facto Substantiæ non est Accidēs, vt alibi ostēdemus: ergo ideò cum materia pertineat ad Genus Substantiæ, factio materiæ nō esset Accidens: sed Substantia. Præterquam qd deficit etiam illa Obiectio, quia nihil potest esse sine esse; vnde nec materia, nec aliquod aliud existere potest sine omni esse: ad illa enim Sententia de intrinseca ratione cuiuslibet essentiæ causatæ non simpliciter, sed quatenus est effectus Agentis, propter quod, & si possit intelligi essentia sine esse, est tamē impossibile, quod aliqua essentia sit effectus alicuius Agentis, nisi eidem essentiæ communicetur esse.

Soluūt rōnes in oppositum.

5 Ad secundam rationem de Humanitate Christi dicimus, quod illa Humanitas habet quendam modū Accidentis, quia illa Humanitas existit, non quia habet esse sui Generis, sed quia est inexistente, & in supposito Verbi, sicut ergo vnum Accidens potest fundari in alio Accidente, quod tamen non sit sine esse quia vtrumq; illorum Accidentium præsupponit esse subiectatiue & in proposito quamuis Humanitas Christi nō sit Accidēs, habet tamen aliquem modū Accidentis: propter quod Accidentia possunt fundari in eadem Humanitate: id tamen non erit sine omni esse, sed tam Humanitas, quā Accidentia fundata in Humanitate, subsistentantur per esse Verbi, & hæc quoad Priorem sensum difficultatis.

Humanitas Christi hēt modum accidentis.

6 Quantum verò pertinet ad alium sensum, an possit intelligi Accidens in subiecto, absq; eo, quod subiectum habeat esse, cum distinctione Respondet Aegid in eodē Quolib. in supra, dicens, q̄ loquendo de Accidente Physico primo illud potest quidem intelligi in subiecto, absq; eo, quod subiectum habeat esse, quam possumus intelligere proprietatem Rosæ, non habere existentiam de Rosa, esse Rosam existentem, sufficit, quod res sit in sua causa, ad

Accidēs propriū pōt intelligi in subiecto, q̄ tm nō habeat esse.

hoc vel de illa possit esse scientia: unde de chimera, quæ nec est in se, nec in suis causis; scil est (chimera) apud animam, nulla est Scientia de quacunque, existente in suis causis, habemus veram scientiam, & cum scientia sit per demonstrationem; & demonstratio probet propriam passionem de subiecto sequitur, quod de re, non existente, possint intelligi proprietates, atq; adeo possint intelligi Accidentia propria in aliquo subiecto, absque, quod tale subiectum habeat actuale esse.

7 Sed loquendo de Accidentibus communibus, de quibus proprie non est scientia; dicimus, quod subiectum in quo nullum est esse, potest intelligi cum contrario Accidentis communis, explicatur hoc dictum. & simul etiam probatur. Accidentia Propria in hoc conueniunt cum Accidentibus communibus, quia vtraq; sunt posteriora subiectis; & quia prius potest intelligi, non intellecta posteriori, sicut potest intelligi subiectum, non intellectis nec Accidentibus propriis, nec Accidentibus communibus: sed differunt Accidentia Propria à communibus, quia subiectum aliquod non potest intelligi sine contrario Accidentis Propriij, non homo potest intelligi cum contrario visibilitatis, hoc enim Proprium fluat ex principijs speciei, si intelligeretur Homo cum contrario visibilitatis, intelligeretur homo non esse in specie Hominis, quod est implicantia interminis: sumendo vero de Accidentibus communibus, sic potest aliquod subiectum intelligi cum contrario sui accidentis; unde potest intelligi Corvus albus, & Ethiops niger; quia cum huiusmodi Accidentia communia consentur ex principijs individualibus licet non intelligi Corvus, nec intellecto hoc, vel illo Corvo in potest intelligi Corvus esse, non intellecta habitudine ad nigredinem, quæ non consurgit ex principijs specificis Corvi, sed solum ex principijs individualibus: atque adeo potest intelligi Corvus in specie sine habitudine ad nigredinem, & consequenter potest intelligi Corvus in Specie cum contrario nigredinis sc. albedine: & quia Corvus in specie non habet esse actuale, quia hoc esse actuale, solum competit individuo, quæ primo, & per se, & ut principaliter dicimur existere, ideo concludimus, bene posse in-

tel-

telligi contrarium Accidentis in Subiecto, absque eo, quod subiectum habeat esse: non tamen potest intelligi aliquod accidens commune esse in subiecto singulari, absque eo, quòd tale subiectum habeat esse: ergo non potest intelligi nigredo in hoc, vel illo Coruo, absque eo quod hic vel ille Coruus habeat esse, quia cum omnia Accidentia communia sint ex Principijs indeterminabilibus, sicut non potest intelligi hoc, vel illud individuum esse, ita nec potest intelligi nigredo in hoc, vel illo Coruo, absque eo quod hic vel ille Coruus habeat esse.

## DVBITATIO TERTIA

*V. Aliqua Creatura possit esse causa alicuius effectus, vt sit Ens, & vt habeat esse?*

1 INter omnes rationes Dubitandi illa videtur esse prima, quia ea omnia, quæ sunt in effectibus, oportet præexistere in causa: sed Angelus generat Angelum, & Corpus generat ignem, & Corpus generabit ignem, qui sit etiam corpus, & ex consequenti ignis generans quatenus est ignis, Corpus, Substantia, & Ens generabit ignem, qui sit etiam corpus, Substantia, & Ens: & sic agens creatum potest esse causa, vt aliquis effectus sit Ens, & habeat esse.

Ratio dubitandi.

2 Nihilominus dicendum est, nullam Creaturam posse esse causam alicuius effectus, vt sit Ens, & vt habeat esse: quod ideo est, quia si dicamus, nullam Creaturam posse esse Causam ipsius Entis, vel ipsius esse secundum quòd huiusmodi, tria Regulus quæ de Ente, & Essentia.

Agens creatum absolutè affirmat, nullam creaturam posse esse causam Entis.

3 Fundamentum autem huius assertionis declarandum est ex Diuisione Entis Creati in Substantiam, & Accidens: Substantia enim est Ens per se subsistens, ad Creaturæ verò subsistentiam determinatum: cum ad Creaturam, vnus etiam Angelus, quia ipsum Esse secundum se non determinatum ad aliquod Genus, vel Species

pos-

potest esse causa ipsius esse, etiam secundum quod hoc[?] modo: creatura vero nullo modo potest esse causa ipsius Entis secundum quod Ens

4 Ex quo fit Nonnullorum ratio pro conclusione. Illud Agens potest esse causa Entis secundum quod Ens, quod est causa totius Entis: sed Creatura nullo modo potest esse causa totius Entis, quia alias esset causa sui ipsius: ergo Creatura non potest causare Ens in eo quod Ens.

5 Sed dices, ergo nec Deus potest esse causa Entis in eo, quod Ens, quia sequeretur, quod Deus esset causa sui ipsius, cum etiam ipse sit verissimum Ens. Respondetur; quod cum dicimus, Deum esse causam ipsius Entis, vel esse non accipiatur quasi actum, sed accipitur, quatenus est causatum, vel causabile; unde causare Ens, vel Esse in eo, quod Ens, est causare omne esse causabile: & quia Deus causans omne esse causatum, vel causabile; non intelligitur causare se ipsum, quia Deus non est Ens causabile: ideo solus Deus potest attingere effectum in eo quod Ens: creatura vero solum potest attingere effectum in eo quod talis Ens.

6 Quod ut clarius dicamus, & facilius etiam rationem in contrarium solvamus, notandum est, quod eadem res, & idem effectus est causatus à Deo, & à creatura; sed aliò, & alio modo: ut si Deus mediante igne causat ignem: tunc ignis causatus ut est ipse, est ab igne: sed ut est Ens, est à Deo: Ignis ergo generans causat ignem, & causat Ens: sicuti Deus causat Ens, & causat ignem: sed ignis idem causat Ens, quia causat ignem; Deus vero ideo causat ignem, quia causat Ens; & licet in effectu causato sit talis diversitas rationum, & modorum, ita tamen est, quod causalitas secundum omnes has rationes, & modos, quia ignis causatus est Ens, & Ens in igne non est aliud nisi ignis. & sic cum ignis causat ignem, causat etiam Ens, & cum Deus causat Ens in tali materia, causat etiam ignem. Utrique igitur causat ignem, & Ens: sed non eodem modo, quia agens primum, ut Deus primum attingit Ens in eo, quod Ens, & quia causat Ens, ideo etiam causat ignem: at Agens creatum quia non attingit primo Ens in eo, quod Ens, sed solum in eo

quod

quod tale, vel tale Ens, ideo Ignis secundum causat ignē, & quia causat ignem, ideo etiam causat Ens.

7 Et ex hoc facile solui poterit ratio dubitandi; dicimus enim, quod quamuis ignis sit ignis, & Ens tamen ignis Generat cum non habeat esse genum, sed determinatum tum ad Genus, tū etiam ad Speciem, ideo non habet actionem nisi determinatam, atque adeo non producit nisi ignē: sed quia in igne reseruatur ratio Entis, ideo causando ignem, causat Ens; sed hoc non erit causare Ens in eo quod Ens: nec erit causare Ens in Vniuersali; sed quatenus erit causare tale Ens in particulari, id est illud Ens, quod est in igne: vnde proprie loquendo ignis non est causa Entis in eo, quod Ens, sed est causa ignis in quantum tale Ens: seu est causa Entis, non vt est Ens, sed vt Ens reseruatur in igne.

Satisfit ratiōni dubitā di.

## DVBITATIO QVARTA.

*V. Creatio Creaturæ sit idem, quod Esse eius?*

1 NOn est difficultas de creatione transiente, quatenus causaliter est ipsum intelligere, vel velle Diuinum; sed tantum de Creatione transeunte, quatenus formaliter est aliquid receptum in creatura. Est igitur difficultas, an Creatio transiens, quæ formaliter est aliquid receptum in Creatura, sit realiter ipsum esse Creaturæ?

2 Ita quæ per difficilli Dubitatione videtur, quod ipsa creatio transiens, quæ formaliter est aliquid receptū in creatura, non sit ipsum esse creaturæ: quia non creatur solum esse, nec solum creatur essentia sed id, quod creatur, est totum compositum ex essentia, & esse, ergo creatura non dicit tantum esse, nec dicit tantum essentiam: sed dicit totum compositum ex Essentia, & Esse, secundo, nulla Creatura potest attingere creationem, & tamen omnia Angelica secunda possunt causare ipsum esse, talem vt esse reseruatur in tali esse, ergo non est idem creatio creaturæ, & esse eiusdem. Tertio. Creatio actio nihil ponit in creante nisi rationem tantum, ergo Creatio passiua nihil ponit in Creatura nisi tantum rationem & ex consequenti non erit idem Creatio, & esse, quia

esse

esse dicit rem aliquam, & non rationem. Quarto creatio est in instanti, esse vero durat per tempus, ergo creatio non est idem ac esse. Quinto, esse creatum est id, quod Creatur, creatio vero id, quo aliquid creatur, ergo, creatio non est esse. Sexto ipsam fieri non est factum esse, sed creatio est ipsum fieri, ergo Creatio creaturæ non est ipsum esse eiusdem.

Resolutio in Æg.

2 Sed nobis simpliciter dicendum est, ipsam creationem transeuntem formaliter sumptam, quatenus est quid receptum in creatura, esse omnino realiter idem cum esse Creaturæ. Ita Æg. in q. 7. de Ede, & Essentia pag. 13 col. 2. Veritatem huius resolutionis rationem reddamus à priori: Observandum est primo: quod omnis actio transiens, quæcunque fuerit illa, & quicunque fuerit Agens, inquantum est actio transiens, semper requirit aliquid, in quo recipiatur: quod si nihil sit extra Agens, in quo possit recipi ipsa actio transiens, huiusmodi nō effectiue trāsiens in exteriorem materiam, & si non esset transiens in aliquid exterius, tunc per talem actionem non constitueretur aliquod Agens extra: Creatio ergo in quantum actio transiens necessario requirit aliquam exteriorem Substantiam, in qua recipiatur, & in hoc non differt creatio transiens Dei ab actione transeunte naturæ, repetita ab actione ignis, sed fiendi. Actio ignis requirit necessario exteriorem materiam, in qua recipiatur calefactio, ita creatio Dei necessitate requisita aliquam exteriorem Substantiam, in qua possit suscipi ipsa creatio: differentiatur enim actio transiens ignis ab actione transeunte Dei, quia illa materia, quam præsupponit ignis, non est effectus ipsius ignis, ut simul producatur cum actione ignis, sed præsupponitur, & est prius tempore, quam actio ignis: sicut causa præsupponit causam: ita effectus præsupponit effectum: sicut ergo ignis in agendo præsupponit sibi patiens Agens, & calefacere, qui est effectus ignis, præsupponit materiam, in qua recipiatur, tanquam effectus Agentis primi: sed exterius Substantia, in qua recipitur actio Dei, & simul producitur, & recipit esse cum actione Dei.

4 Secundo observandum est, quod illa permanentia, quæ est a Deo in Essentia creatu-

ra-

ture, si consideretur, vt est aliquid in se, sic est ipsum esse creatum; si vt inchoata ab alio, sic est Creatio actio: si vt inchoata in alio, sic est Creatio passio: si vt continuata ab alio, sic est conservatio actio; si vt continuata in alio, sic est conservatio passio: tandem si consideretur, vt est inducta in instanti, & tota simul; sic est terminus creationis tanquam calefactio, & calor propter calefactio non sunt idem, quia calefactio est via ad calorem; calor vero est terminus calefactionis: sed si calor introduceretur in instanti, & non esset ibi aliqua successio nec quantum ad dispositionem, nec quantum ad esse, nec calefactio fieret successive, tunc proculdubio idem esset calefactio, & calor, seu calefacere, & calefactum esse, ipso idem omnino esset ipsa actio, & terminus actionis: quia ergo ipsum esse simpliciter inducitur à Deo in Essentia, & totum simul, ideo idem est creatio, quæ est via ad esse, & terminus creationis, ipsum esse; quia idem omnino est ibi creari, & creatum esse: sicuti idem est illuminari, & illuminatum esse: & sicuti ipsum lumen exhibet aliud est formaliter, quam ipsum lumen: sic ipsum creare, vel ipsum creari nihil aliud est, quam ipsum esse.

Ratio fundamentalis conclusionis.

5 Ex his omnibus notabilibus sic constitutis facili ratione probans, ipsam Creationem Dei transeuntem esse realiter idem cum esse creaturæ. Creatio Dei transiens, quæ formaliter est perfectio recepta in creatura, necessario quatenus est actio transiens, debet præsupponere exteriorem Substantiam, & Essentiam creaturæ: in qua possit recipi, ergo creatio Dei transiens, quatenus est perfectio recepta in creatura, non est formaliter ipsa Essentia creaturæ, in qua creatio recipitur, nec minus est ipsum totum compositum ex Essentia, & Esse: ergo solum restat, quod realiter sit ipsum esse creaturæ, quod recipitur in Essentia eiusdem. Antecedens huius discursus colligitur ex primo notabili, vbi diximus, omnem actionem transeuntem cuiuscunque sit Agentis, debere necessario præsupponere exteriorem materiam, in quam recipiatur: prius autem consequentia sequitur dupliciter, primo ex ipsi antecedendi, quia si ipsa creatio Dei pro vt transiens, supponit necessario exteriorem Substantiam, in

in qua ipsa creatio recipiatur, non poterit eadem Dei creatio pro vt *est* actio transiens identificari cum essentia creatura, quam supponit, sicuti calefactio ignis prout est actio transiens in exteriorem materiam, non potest identificari cum calefactibili, quod necessario supponit, vt in eo recipiatur. Deinde eadem consequentia prior potest confirmari, quia Creatio *Dei* quatenus non solum terminetur ad esse, sed etiam ad Essentiam Creaturæ, quia Deus communicando esse, producit simul Essentiam, in qua recipiatur esse; nihilhominus *Actio Agentis* non dicitur de omni eo, quod agitur, nam totum compositum *est*, quod agitur; totum autem compositum non *est* actus; sed dicitur Actio Agentis facta de perfectione, & complemento, quod *est* actus ergo cum solum esse sit perfectio, & complementum essentiæ, sequitur, quod ipsa creatio, quatenus est actio *Dei* transiens, non dicetur de ipsa Essentia, in qua recipitur ipsa creatio, & esse: sed tantum dicetur de ipso esse: tum ipsa perfectio proueniens à Deo in Essentia Creaturæ, considerata secundum se, dicatur esse, vt est inchoata à Deo, dicatur creatio actio, vt est inchoata in Essentia, sit creatio passio; vt est continuata à Deo, sit conservatio actio, vt est continuata in Essentia, sit conservatio; vt tandem est inducta tota simul in Essentia, dicatur terminus creationis.

6 Et quia creatio dicit ipsum esse creaturæ, in quo fundatur respectus ad Creatorem, & Esse cum tali respectu non dicit aliam rem, quam ipsum esse cum tali conditione, & cum tali modo se habendi, vt habet dependentiam à Deo: propterea potest concedi aliquo modo, quod Creatio sit Relatio creaturæ ad Deum, quatenus ipsa creatio est Ipsum esse Creaturæ, supra quod fundatur talis relatio ad Creatorem; Videatur Ægidius in Quolib. Sexto q. 4. vbi diffusissime etiam declaratur, an Creatio sit Substantia, vel Accidens?

7 Nunc ad primam rationem in oppositum Respondetur, quod actio, & actus idem sunt; nam illud idem, quod est actio, vt *est* ab Agente, illud idem est actus, vt *est* perfectio passio; & quia quando creatur Essentia sub esse, tunc ipsum esse se habet vt actus

Soluunt rationem contrariã

Et-

Essentia vero se habet vt quid perfectibile, & vt insciens esse: ideo quamuis totum fiat, & totam creatur: non tamen totum est actio: quia non totum habet rationem actus: præterquam quod actio non dicitur de omni eo, quod agitur, sed tantum de complemento: & quia solum esse est complementum Essentiæ: ideo quamuis creatur non solum Esse in Essentia, sed etiam Essentia sub Esse: creatio tamen non dicitur idem cum Essentia: sed tantum cum Esse.

8 Ad secundum. Respondetur, quod Creatio est esse, non quocunque modo sed esse inchoatio in Essentiam: Imo licet secunda Agentia possint facere ad esse Generabilium, non tamen possunt attingere esse, quod est receptum in Essentia, de quo esse nihil antea erat, quia tunc præsens agere est in præsupposito, quod alibi dicemus, esse impossibile creaturæ: creatio ergo nullam rem dicit supra esse, cum tali conditione: vel dicit esse, taliter acquisitum, ad quod Ratio, & actio creaturæ non potest se extendere.

9 Ad Tertium. Respondetur, quod sicuti ille clarior Deus ad Creaturam est in creatura secundum rem; in *Deo* autem est secundum rationem: sic creatio increatur a ponit aliquid reale secundum rem; in *Deo* autem tantum ponit aliquid secundum rationem: & quia non eodem modo creatio comparatur ad *Deum*, & ad creaturam: ideo argumentum non tenet.

10 Ad Quartam Respondetur, quod creatio dicit esse non quomodocunque, sed esse vt est inchoatum, & quia inchoatur in instanti, ideo creatio dicitur esse in instanti: idem ergo esse, quod inchoatur in instanti, durat per tempus aliquod, si fit esse corruptibilium, vel durat perpetuo, si fit esse perpetuorum: sed ex hoc non sequitur, quod creatio non sit idem realiter, quod esse: sed solum sequitur, quod creatio non dicat esse sub quacunque conditione: sed solum dicat esse sub hoc modo, vt inchoatum in instanti; non vt durans per tempus, vel vt durans perpetuo.

11 Ad Quintam Respondetur, quod Creare est actu facere, sed Essentia actu fit non per aliud formaliter sed seipsa: vtramque ergo creatur, & vtrumque: sed non

veramque est actualitas: sed solum esse, quod est actus Essentiæ.

3. Ad Sextam Respondetur, quod licet Sem ipsum sit factum esse ratione successionis; Illuminari tamen est illuminatum esse, quia Illuminatio fit in instanti: sic quia creatio fit in instanti, idem prorsus est creari, & creatum esse.

## DVBITATIO QVINTA

### V. esse formæ accidentalis sit idem cum ipsa forma?

1. EXemplificabimus, & restringemus dubitationem ad Quantitatem, vt tandem hic resoluamus illas duas dubia, ad Quantitatis completam intelligentiam pertinentia; quæ non poterimus commode, & facile declarare, dum tractabimus de Essentia Quantitatis; Est ergo principalis Dubitatio in præsenti, V. esse, quod dat Quantitas materiæ, vt extendere materiam sit idem, quod Quantitas? & quidem solebatur de Esse, quod dat Quantitas materiæ, idem prorsus dicendum erit de Esse, quod dat suis subiectis omnia alia genera accidentium.

2. Videtur autem, quod esse, quod dat Quantitas suo subiecto, sit idem cum ipsa forma, quia si non esset idem, sequeretur, quod esse quod dat Quantitas materiæ, non posset extendere materiam, non esset in Genere Quantitatis, sed potius esset in alio Genere, & ex consequenti materia haberet propriam extensionem, distinctam ab extensione Quantitatis, atque adeo materia haberet suas lineas, & superficies, quod falsum esse patet: quia sic dicendo, poneremus nouum Dogma in Philosophia, essentque duo Prædicamenta Quantitatis, & duo Genera Quantitatum, secundum Interformam, & materiam, nullum posset cadere medium, quia forma per seipsam vnitur materiæ, vt perfectio perfectibili: ergo esse formæ quæcumque sit illa, non posset esse distinctum ab ipsa forma, alias inter materiam, & formam intercederet aliud esse medium, & sic forma non vniretur materiæ immediate. Item si esse, quod dat forma suo subiecto, esset aliud à forma, posset Deus facere tale esse sine forma, & ex consequenti posset Deus facere, materiam habere esse extensum sine Quantitate, quod in Philosophia est nimium inconueniens.

Ratio dubitandi.

Ita-

Materia prima est subjectum naturale

3 Tertia conclusio dubitationis dependet ab explicatione istius materiæ: nam si scimus, quæ nam sit natura materiæ secundum se, de facili etiam poterimus intelligere, quid sit illud, quod abquirit materia, cum coniungitur formæ, & quid sit extensio materiæ, cum Quantitati coniungitur. Quamobrem diligenter inquirendum, seu potius supponendum contra Platonicos, quod materia dicitur à privatione, non tamen ideo quod sit ens simpliciter, nec habet esse nisi proprietatem tertiæ abstractæ non præcise simpliciter nec de se non præcise essentiæ, nec de se habeat esse essentiæ, nec in potentia.

4 Ratio à supponendum, quod materia secundum se non est una numero simpliciter, ita vt secundum esse, & secundum rationem materia sit una numero simpliciter, id q; est maximopere observandum, quia in eo cõsistit nodus totius arduæ difficultatis; ab eoq; pẽdet multorum aliorum dubitationum solutio. Vnitas igitur materiæ non est vnitas simpliciter, quia & si solum esset ens actu sit vnum simpliciter, tã secundum esse, quam etiã secundum essentiam: tamen ens in potentia licet sit materia, non potuit dici vnum simpliciter: vnde Philosophus in 1. de Generatione determinans de vnitate materiæ, dicit, quod materia est quidem vna secundum Essentiam, non tamen est vna secundum esse.

5 Ex quo inferendum est, quod vna, & eadem materia secundum Essentiam potest coniungi formæ, & seri perfecta, & potest etiam esse sub privatione formæ, & fieri imperfecta: atq; adeo materia dicit esse quandam Essentiam, cui potest vtrumlibet competere, & esse sub imperfecto, vt cum est sub privatione, esse et perfecti, vt sub forma, cũ est sub privatione, sortibi duo ipsa: sed alia est imperfectio vnius, & alia est imperfectio alterius: secundum aliter est quid imperfectum à materia, & aliter est quid imperfectum ipsa privatio: cã privatio est quid imperfectum, quia essentialiter est ipsa imperfectio; at materia est quid imperfectum, non quod essentialiter sit ipsa imperfectio, sed quia participat imperfectionem: imperfectio ergo privationis est quasi per essentiam (vt sic dicatur) quia cum propriè privatio nõ habeat Essentiam, & quia privatio nõ habet Essentiã, sed privatur essentia: ideo essentialiter privatio ipsa imperfectio

Cũ materia est sub privatione tũc sibi dat imperfectionem.

imperfectio: aũ materia non sit eam materia habet. Esse etiam, cum sit Ens in potentia: si igitur materia non privatur Essentia; materia non erit Essentialiter ipsa imperfectio; sed dicetur materia imperfecta, quia existẽs sub privatione, participat imperfectionem.

5 Sicut autem distinguẽtes materiã à privatione, diximus, quod materia, & Privatio sunt duo imperfecta, & quod nũ est idem modus imperfectionis vtriusq; ita multo magis cum materia est sub forma accidẽtali, tũc sunt ibi duo perfectum: materia, & forma accidentalis sunt duo aliquid: materia accidens, & privatio non sunt duo aliquid, quia privatio propriè non est aliquid; sed privatio alicuius: igitur ipsa forma Accidentalis quid perfectũ dicit. & ipsa materia vt est sub forma, quid perfectum dicit. aliter tamen, & aliter: nã forma est quid perfectum, quia est ipsa perfectio: materia vero quatenus cunq; fit sub forma, & quantuncunq; perficiatur per ipsam, nunquam tamen est ita quid perfectum, vt sit ipsa perfectio: sed poterit dici quid perfectum quia participat perfectionem.

materia subiecta sũt duo perfecta.

6 Diximus autem, quod materia cum forma accidentali sunt duo perfecta, ad differẽtiam materiæ cũ forma substantiali, quæ non sunt duo perfecta, sed vnum perfectũ, eo quod ex vtroq; fit vnum per se; hoc autem de forma accidentali dici non potest, quia nunquam ex Accidente, & substantia fit vnum per se, neq; ex Accidente, & Substantia resultare potest vna tantum Essentia.

7 Ex quo colligi potest primo, quod essentia materiæ verè est extensa, licet hoc ei cõpetat per aliud scilicet per Quãtitatem: sicuti verè Essentia materiæ est rara, & imperfecta, licet hoc ei competat per Accidẽs scilicet per privationẽ.

8 Colligi potest secundo, quod extensio materiæ non est quædam res, superadita essentiæ materiæ, tantum materia est sub Quantitate, cũ sit ibi tres res scilicet materia, Quantitas, & extensio illa innata in materiam per Quantitatem sed illa eadem essentia materiæ, quæ de se est in potentia, vt extendatur, illa eadem vt connecta Quantitati, fortiatur, & participat actualem extensionem per ipsam Quantitatem, quæ huic dedit Deus naturæ materiæ, vt actuetur per quamlibet formam, existentem in ea: vnde cum materia ẽ sub

essentia est ita Quãtitate tunc quærit an forma illi misceatur existẽs materiæ perquã tinatã & participans formæ.

for-

forma, tunc est ibi forma actuans, & materia actuata: & cum materia est sub Quantitate, tunc ibi est Quantitas, extendens materiam, & est materia actu extensa per Quantitatem: sed quamuis Quantitas sit forma, informans materiam, & inhærens materiæ, illa tamen extensio, quam participat materia per Quantitatem, non est forma informans materiam, nec est forma inhærens materiæ, sed est participatio formæ: quæ participatio vocari potest quidam modus essendi, seu quidam modus se habendi, quem habet materia, vt est sub forma.

9 His præmissis sit nostra principalis conclusio. Esse formæ accidentalis, quæcunq; sit illa, non est idem cum ipsa forma accidentali: vtputa esse extensum, quod dat Quantitas materiæ, non est idem cum Quantitate, & esse, quod dat Qualitas suo subiecto, non est idem cum Qualitate. Ita doctissimè habet Æg. in Quæst. de Esse, & Essentia per totam. Probatio autem & efficax huius Assertionis habebitur sufficienter in Assertione sequenti, dub. 1. vbi demonstrabimus apriori, quod nulla Essentia creaturæ est suum esse. Pro nunc tamen breuiter illa probari potest ratione deducta ex iam annotatis hoc modo. Esse, quod dat quæcunq; forma accidentalis materiæ, non est aliquid materiæ: & esse extensum quod dat quantitas materiæ, non est aliquid materiæ: sed est ipsa met materia, vt est sub Quantitate, ergo Esse extensum, quod dat Quantitas materiæ, non est idem, quod Quantitas: & vniuersaliter quodcunq; esse, quod dat forma accidentalis ipsi materiæ, non est idem cum ipsa forma accidentali. Consequentia sequitur ex duplici capite, primo, quia sicuti materia, & privatio sunt duo imperfecta, ita materia vt est sub forma, sunt duo perfecta: & materia quantumcunq; perficiatur per formam, non tamen est ipsa perfectio formæ: sed ad summum participat formam; ergo materia quantumcunq; extendatur per Quantitatem, non propterea est ipsa extensio per Essentiam, sed solum est extensio per participationem. Secundo sequitur eadem consequentia, quia esse extensum, quod dat Quantitas materiæ, non est extensio per essentiam, sed est extensio per participationem: quia sicuti cum materia est sub privatione, nec sunt ibi duo imperfecta, Privatio, & materia

ria

tia est sub privatione, tunc sunt ibi duo imperfecta, Privatio. s., & materia: sed privatio est imperfecta per Essentiam, quia est ipsa imperfectio; materia vero est imperfecta, quia participat imperfectionem: ita cum materia est sub Quantitate tunc sunt ibi duo extensa. s. Quantitas, & materia: sed Quantitas est extensa per Essentiam, quia est ipsa met extensio; materia vero est extensa, quia participat extensionem: igitur si esse extensum, quod est in materia per Quantitatem, est extensio participata, prout dubio esse extensum, quod est in materia per Quantitatem, non est idem, quod ipsa Quantitas, quia extensio per Essentiam, Necessario, participata realiter diversificantur, vt patet; Necesse est, quod dat Quantitas materiæ, sit esse extensum, seu Extensio participata: si vero Quantitas sit Extensio per Essentiam, patet manifestè, quod esse, quod dat Quantitas materiæ, & universaliter esse cuiuscunque formæ accidentalis non est idem, quod ipsa forma Accidentalis: nunc probatur principale antecedens, quod s. esse, quod dat forma accidentalis materiæ, non sit aliqua materia, sed tantum est ipsa materia sub tali forma. Materia cum non sit Ens in actu, cum sit una numero simplicitate, id est non est una vnitate secundum Essentiam, Necessarium est, vt sit Ens in actu, & cum sit Ens in potentia, vna, & eadem materia secundum eandem Essentiam potest participare, & privationem, & formam: id est materia secundum suam Essentiam aliquando potest esse sub privatione, & participare privationem, vtique tunc in potentia, & imperfecta: aliquando vero potest esse sub forma, & participare ipsam formam, vtique tunc in actu, & esse perfecto, vt iam ostendimus supra: ergo quando forma Accidentalis dat esse materiæ, & materia est sub forma, tunc datur esse, quod dat forma Accidentalis materiæ, non est aliqua res superaddita Essentiæ materiæ: sed ipsa met materia secundum eam Essentiam existens est sub tali forma: sed materia quantumcunque perficitur per formam, nullo modo tamen est idem ac perfectio ipsius formæ, cum forma sit ipsa perfectio per essentiam: materia vero sit tantum perfecta,

Materia nō est aliqua res simplicitate.

Ea, quia participat formam, ergo esse, quod dat forma. Accidentalis materiæ, non est idem cum ipsa forma Accidentali.

10 Nunc Respondetur rationibus Dubitandi. Ad primam dicimus, quod Extensio, quam dat Quantitas materiæ, est alia ab Extensione Quantitatis, quia extensio Quantitatis est per Essentiam, eâque ipsamet Extensio: Extensio vero ipsius materiæ, est Extensio participata; & Quantitas existens in materia, facit materiam actu Extensam, quæ erat in potentia ad Extensionem: sed materia actu extensa, & extensa in potentia non est Essentialiter distincta, cum una, & eadem Essentia materiæ possit esse sub privatione, & sub Quantitate; habet alium, & alium modum habendi, ut est sub forma, & ut est sub privatione formæ: Extensio ergo materiæ, quæ habet à Quantitate, non est in diverso Prædicamento ab illo, in quo est ipsamet materia, quia modus rei non est sub diverso Prædicamento ab ipsa re.

Solutio rationis oppositæ.

11 Quomodo autem sit possibile, quod Extensio Accidat materiæ, & Accidat ei per Quantitatem, & tamen quod talis Extensio sit in eadem Genere cum materia, infra latius declarabitur in solutione sequentium dubiorum; pro quanto sufficiat, quod Extensio materiæ non est res, sed modus rei, nec est forma, sed participatio formæ: nec est Quantitas, sed participatio Quantitatis.

11 Ad secundam Respondetur, quod inter formam, & materiam non cadit medium, quod informet materiam: sed Quantitas se ipsa informat materiam, & se ipsa extendit illam: & sicuti Quantitas se ipsa extendit materiam, ita materia se ipsa extenditur per Quantitatem: Extensio tamen materiæ, vel esse Extensum, quod habet materia per Quantitatem, quamvis non sit res media inter Quantitatem, & materiam, est tamen quidam modus se habendi, & quidam participatio formæ. Verificatur secundo, quod Extensio duplicter sumi potest, primo quatenus est quid informans materiam, & sic esse Extensum idem est, quod Quantitas, quia sola Quantitas est forma informans, & extendens materiam secundo sumi potest Extensio quatenus est participatio Quantitatis: & sic esse extensum non est res, sed

informat materiæ, & formam non per mediate res, sed modus rei.

sed modus requiratur ante
sit inconueniens, quod aliqua res sit media inter materiam, & formam, nec tamen inconuenit; inter vtrãque mediet modus: & sic materia vt est sub forma, habet quendam modum habendi, quem non habet, vt est priuata forma.

13. Ad tertium Respondetur, quod esse formæ accidentale non potest fieri à Deo sine forma: quia si haberet esse ipsi formæ, tunc dicit ipsam materiam, & sic non posset esse sine forma; alias forma esset sine se ipsa: si uero idem esse dicat participationem formæ, nec minus esse potest dari sine forma, quia est implicatio, vt sit participans sine participato.

## EXPLICANTVR

### Sex grauissima Dubia ad Quantitatis Essentiam pertinentia.

1. ATque nunc facilius, & Commodius explicare poterimus illa sex dubia, quæ hucusque remisimus declaranda, dum de Quantitate ageremus, quorum nos tantam ibidem diximus esse, vt valde necessariam ad Consequentiam plenam intelligentiam Sacramentis.

2. Erat igitur Primum Dubium, an extensio materiæ sit alia ab extensione Quantitatis? ad quod dicimus, quod cum materia est sub Quantitate, tunc sunt duo extensa, imo sunt duo Genera partium, & duæ extensiones: altera per essentiam, quatenus est pars Quantitatis: altera est participatio extensionis, eiusdam entitatis essentialis, quæ habet materia sub Quantitate: & cum dicimus ergo duo Genera superficierum, neganda est consequentia, quia licet esse extensum per essentiam, quod est ipsis Quantitatis, habeat tres dimensiones: esse tamen extensum per participationem, cum non sit Quantitas, sed tantum modus Quantitatis, non habet proprias lineas, & dimensiones: sed sicut participat Quantitatem, ita participat dimensiones Quantitatis. Primus Dubium

3. Secundum Dubium erat, quomodo sit possibile, quod extensio materiæ, quæ est alia ab extensione Quantitatis, non sit res alia à materia? ad quod dicimus, quod materia de se non est 2. Dub.

vlla

vna, cum sit Ens in potentia; & propterea eadem essentia materiæ est sub forma, & sub priuatione formæ, & diuersificantur numero per diuersos modos se habendi. Atque adeo cum materia est sub Quantitate accidit quidem materiæ, quòd sit extensa; sed extensio materiæ sub Quantitate non est res, distincta ab essentia materiæ, sed solum est modus quidam Quantitatiuus, quem acquirit materia sub Quantitate: modus autem rei nonquam pertinet ad Prædicamentum distinctum à re; cuius est modus.

3 Tertium Dubium erat. Si extensio materiæ est quidam modus essendi, qui conuenit materiæ, vt est sub Quantitate: vel talis modus est aliquid, & tunc aliquæ res superadditæ essentiæ materiæ, vel est nihil? & tunc essentia materiæ non diuersificatur per esse sub forma, & per esse sub priuatione formæ. Respondemus. quod esse, quod acquirit materia, vt est sub forma: non est purum nihil, sed est aliquid reale; non aliquid reale, quod sit res, essentialiter distincta ab essentia materiæ: quia materia sub forma non distinguitur essentialiter à se ipsa, vt est priuata forma: sed est aliquid realiter tanquam modus rei: quia materia sub forma habet diuersum modum essendi à se ipsa, vt est priuata forma. 3. Dub.

4 Quartum Dubium erat. Quia dicebatur, quod materia per vnum modum essendi secundum rei veritatem est compositior, quam si non haberet talem modum: hoc autem videtur valde difficile intellectu: nam si ille modus essendi non est alia res à materia: quomodo materia potest esse compositior cum tali modo? Respondetur, quod licet materia extensa non distinguatur essentialiter à se ipsa non extensa, distinguitur tamen accidentaliter, quatenus vt est sub forma, habet vnum modum essendi, quem non habet, vt est sub priuatione formæ: & ideo bene potest intelligi, quomodo materia sit compositior, vt est sub forma, quam sit, si est priuata forma. 4. Dub.

5 Quintum Dubium erat, quia dicebatur, quod materia tam isto modo se habendi pertinet ad prædicamentum Substantiæ: hoc autem non videtur, quomodo possit dari, ipsa cum sit modus inest materiæ per Quantitatem; & sic

causatus à Quantitate, non videtur possibile, quod illud, quod alteri inest, quodque causatur à forma accidentali, pertineat ad prædicamentum Substantiæ. Respondetur, quod illa extensio materiæ, vt est sub Quantitate, non est aliquid informans materiam: (si enim hæc esset, ad prædicamentum Substantiæ procul dubio non pertineret:) sed est participatio extensionis, nec est forma accidentalis: sed est participatio formæ, & ideo essentia materiæ potest sic diversificari, & potest diversos modos habere: & quia nullus modus rei addit essentiam supra rem, cuius est modus: si essentia materiæ sine vllo modo est in prædicamento Substantiæ: etiam materia cum modo erit in eodem Prædicamento Substantiæ.

6. Dub. ? Vltimum Dubium erat, quia si extensio materiæ est alia ab extensione Quantitatis: ergo similiter extensio albedinis, et alia ab extensione Quantitatis. & consequenti erunt in materia innumerabiles extensiones, quarum vna non erit alia, & sic erit in materia extensio materiæ, extensio Quantitatis, extensio Albedinis, extensio coloris, &c. quod videtur valde contrarium rationi. Respondetur, quod licet non est nisi vna Quantitas, quæ materiam extendit, illam informando, quæque extendit etiam illa Accidentia materialia, quibus ipsa substernitur; ita non est nisi vna extensio per Essentiam, quæque materiam informat, & aliis substernitur Accidentibus; scilicet non sit nisi vna extensio per Essentiam; sunt tamen multæ extensiones per participationem, quia si extensio materiæ ideo est alia ab extensione Quantitatis, quia extensio Quantitatis est per Essentiam, eliquet ipsa extensio essentialiter; materia vero est extensa, quia participat extensionem: ita extensio albedinis est alia ab extensione Quantitatis, quia Quantitas est extensa per essentiam; albedo vero est extensa per participationem Quantitatis: Benegatum est, quod aliter materia participat Quantitatem, & aliter albedo, & quodlibet aliud Accidens: materia enim ideo participat Quantitatē, quia Quantitati substernitur, sed Qualitas, & reliqua Accidentia materialia ideo participant Quantitatem, quia in Quantitate fundantur.

DV.

## DVBITATIO SEXTA

### V. In vnare, que sit pura Creatura, sint plura esse?

1 NOn quærimus, an in vna, & eadem re possint esse plures, & diuersi modi essendi: nam cum modi essendi non differant essentialiter ab ipsis rebus, quarum sunt modi, nec sum pluries fiat res, bene possunt esse in vna, & eadem re: sed est penes Quæstio de esse, quod facit compositionem cum Essentia secundum quod communiter dicitur, quod extra primum Ens omne aliud est compositum ex Essentia, & Esse.

2 Nec minus est difficultas de illo esse, quod dat forma Accidentalis Subiecto: nam tale esse, vt vidimus, non est res alia ab ipsa forma Accidentali, vel ab ipso susceptibili, vg. esse, quod dat Quantitas materiæ, non est res distincta a via Quantitate, vel a materia: quia si esse extensum sumatur, prout est informans materiam, sic esse extensum non est res alias a Quantitate: si vero esse extensum sumatur, vt est participio extensionis: sic esse extensum non est res alia ab Essentia materiæ.

3 Et si esse, quod habet materia ex forma Accidentali, non est res alia ab ipsa forma, vel ab ipsa materia, multo minus esse, quod habet materia a forma Substantiali, erit res diuersa ab vtraque; quia cum forma Substantialis perficit materiam, & dat esse materiæ: hoc tale esse vel est esse informans, & perficiens materiam: vel est participatio formæ, & est esse informans: sic non est res alia a forma Substantiali: si vero est participatio formæ Substantialis, sic non est res alia a materia perfecta per tale esse: Sed quia forma Substantialis adueniens materiæ, facit vnam Essentiam cum ipsa materia, aqua tota Essentia facit quodlibet esse, quod est perfectio totius Essentiæ, essque res alia ab ipsa Essentia, imo facit compositionem cum ipsa Essentia; ideo de tali esse est quæstio pertinens, V. I. in vna, & eadem re possint esse plura esse?

4 Et prima in hac insigni difficultate Sententia esse potest, Aliquorum, asserentium in vna pura creatura esse posse plura esse: cuius Sententiæ fundamenta sunt

se.

sequentia. Primo quia secundum commentatorem 3. de Cœlo, & mundo, vbicunq; sunt plures motus, ibi sunt plures naturæ: sed in aliquibus corporibus præterea animatis sunt plures motus, ergo sunt ibi plures naturæ; ergo cum quilibet naturæ argeat summ esse, erunt in aliqua pura creatura plura esse. 2. Corruptibile, & incorruptibile non possunt habere idem esse; quia esse rei corruptibilis est corruptibile; esse vero rei incorruptibilis est incorruptibile: sed in eodem homine est aliquid incorruptibile, vt Anima, & aliquid Corruptibile vt corpus; ergo in eodem homine sunt plura esse. Tertio. In eodem composito sunt plures formæ, saltem forma partis, & forma totius: sed à qualibet forma habit aliquod esse: ergo, &c. Quarto. non est idem esse Substantiæ, & Esse Accidentis: quia non eodem modo est Ens vnum, & aliud: sed in eadem re sunt Substantia, & Accidens: ergo in eadem re sunt plura esse.

5 Sed proculdubio dicendum est, in vna re, quæ sit pura creatura, non esse nisi vnicum tantum existere, quod probatur: & forma totius; & vnicum tantum esse sufficere adhuc, vt ea, quæ sunt in vna re, dicantur existere: ita docte satis, quamuis multum, profecto docet Ægidius in Quæst. de Ente, & Essentia. Fundamentalis ratio, & à priori huius assertionis ea esse potest, quia non potest excogitari aliud caput, propter quod debeat multiplicari esse, nisi sola pluralitas formarum: vel quia si in vna re sunt plures formæ partis: vel quia sunt ibi plures formæ totius, vel tandem quia in vna re est vna forma partis, & alia forma totius: (cum à materia tantum secundum se nullam est esse.) Sed ex nullo capite videtur mihi posse pluralificari esse in vna, & eadem re; ergo, &c. Probatur hæc minor quo ad singulas partes in rebus materialibus: nam in Substantijs separatis, quæ sunt formæ simplices, per se existentes, non habet locum pluralitas partium: seu (vt rectius dicam,) Substantiæ separatæ non habent formam partis, & formam totius; quia earum natura est ita simplex, vt non habeat partem, & partem. In Substantijs ergo materialibus probatur principalis minor. In primis in nulla Substantia materiali sunt plures for-

ratio 1ª

me

nię totius, ergo ex hoc capite in nulla substantia materiali sunt plura esse, consequentia sequitur; probatur antecedens. forma totius est forma, quę est totum: si ergo in re aliqua, essent plures formę totius: tunc in eadem toto essent plura tota, quod nemo concedet. V. autem in una re posset esse una forma totius naturaliter, & alia per miraculum, non est presentia loci determinate, sed solum hic loquimur secundum cursum naturę, in quo resultat omino imperfectibile, quod in eadem re sint plures formę totius: ergo ex hoc capite in eadem re est impossibile, quod sint plura esse. Nec minus in una re sunt plura esse, propter pluralitatem pluriũ formarũ, quę sunt formę partis: nam etiam gratis concedendo, (quod minime non decidimus) quod in eadem re sint plures formę substantiales, nec propterea in tali re erit plura esse, quia esse, quod est à forma partis, non est differens essentialiter, & secundum rem à forma, & materia, vt vidimus in præcedenti Dubitatione: nam esse, quod est à forma partis, est esse informans, sic est idem cum ipsa forma: si vero est participatio formę, sic est idem cum ipsa materia: & quia ex materia, & forma substantiali resultat essentia, sequitur, quod esse fluens à forma partis substantialis, nunquam est distinctum ab ipsa essentia. Si igitur in una re omne esse, quod est distinctum ab essentia, tantum fluit à forma totius; & in una re non sunt naturaliter plures formę totius; sequitur euidenter, quod in una re non sunt plura esse.

6 Nunc Argumenta in contrarium sic respondemus. Ad primum dicimus, quod etiam si gratis concederetur illud, in uno composito plures formas atque naturasillo tamen plures naturę, & plures formę non essent plures formę totius: sed plures formę partis: & in ea re illo

qua

quia essent plures formæ partis non esset tanquam plures res differentes abinvicem: sed sicut in tali forma tantum esset forma totius, ita vnicum tantum ponerentur esse superadditum Essentiæ. Ad Secundum. *Respondetur*, quod corruptibile, & incorruptibile non oportet, quod habeant plura esse: sufficit, quod alio, & alio modo comparentur ad illud esse: vnde Anima, & corpus quia faciunt vnam Essentiam, habent vnum esse: attamen ad illud esse non comparantur eodem modo, quia anima, (loquendo de Anima Intellectiua) est inseparabilis ab illo esse: & ideo Anima intellectiua est incorruptibilis, corpus vero per separationem animæ, potest separari ab illo esse, & ideo corpus est corruptibile. Ad Tertium Respondetur, quod licet in eodem composito sit forma partis, & forma totius; non tamen propter hoc sunt ibi plura esse, quia esse, de quo loquimur, non multiplicatur, nisi prout multiplicantur formæ totius, & quia in vna, & eadem re est vna tantum forma totius; ideo in vna, & eadem re vnum tantum est esse.

7 Ad Quartum dicimus, quod per illud idem existere, per quod existit substantia, existit etiam Accidens; nec tamen sunt eodem modo existentia Accidens, & substantia, quia nec eodem modo vtrumque comparatur ad aliud existere: sed substantia existit per se, & perficitur per Accidens: Accidens vero existit, quia recipitur in existente: nisi ergo substantia existeret, Accidens non existeret, ergo per illud idem esse, per quod substantia existit per se, & primo; existit Accidens ut consequenti.

# ARTICVLVS TERTIVS
## DE ESSENTIA, & Esse sibi inuicem comparatis.

IN Priori Articulo Quæstionis præsentis, dum agerémus de rerum Essentijs secundum se, graues habuimus difficultates: & in secundo Articulo præcedenti disputantes de alio rerum Principio, s. de Esse Existentiæ, nobis non defuerunt Controuersiæ Graniores: Sed in hoc Tertio Articulo præsenti acturi de Essentia, & Esse sibi inuicem compa-

ta-

ratis, Vtpotissime Dubitationes sequentes se nobis offerunt explicandæ.

## ARTICVLI TERTII

## De Esse, & Essentia sibi invicem comparatis.

### Dubitationes Sex.

*Dub. I.*

V. *In omni Ente Creato Essentia sit secundum esse, idque ab Essentia, & Existentia realiter distinguatur?*

*Dub. II.*

V. *Aliqua Essentia se habeat per indifferentiam ad esse, & non esse?*

*Dub. III.*

V. *possit creari Esse sine omni Essentia?*

*Dub. IV.*

V. *An Essentia non differat realiter ab esse, possit aeternitate annihilari?*

*Dub. V.*

V. *An Essentia non distinguatur realiter ab existentia, creatura a Deo produci libere?*

*Dub. VI.*

V. *Existentia sit perfectior quam Essentia sed frustra*

### DVBITATIO PRIMA

V. *In omni Ente creato Essentia sive Compositio ex materia, & forma, tum etiam sine ea sit, Quælibet Essentia sit secundum esse, seu an Essentia, & Existentia realiter distinguantur?*

1 VAlde difficilis, & controversa est Dubitatio præsens: in qua nobis est more solito procedendum: referemus ergo primo omnium Doctorum beneplacita: sed post modum cum Æquissimo conabimur, omnes dissentiones ad Concordiam revocare.

2 Prima famosa Sententia est, existentiam nullo pacto distingui realiter ab Essentia, etiamsi Essentia sit composita ex materia, & forma: fidelissimum ratione per Intellectum. Ita ferè omnes Recentiores, & ex Antiquis etiam multi, præsertim Scoti, Durandus, Aureolus, Henricus Quodlib. 7. q. 9.

1. Sit a

Gabriel in 3. dist. 6. q. 2. ar. 1. p. Aureol apud caprcolum in 2. dist. 3. Durand. ibid. part. 2. q. 2. Suarez in Meth. Disp. 31. sect. 2. n. 4 3. & 6. Vasq. 1 p. Disp. 179 Valentia tom. 3. Disp. 3. q. 2. Ruuius Prim. Philic. Tractatu 3. de Materia q. 4. Hurtad. in Methaph Disp. 8. Sect. 4 Pasqual. Disp. 82. §§. 5. & alij apud eundem. Fundamenta autem huius primæ Sententiæ sunt immediata, & non leuis difficultatis: sed præcipua sunt Huius modi. Primo. Omnis distinctio realis, & actualis præsupponit extrema, in quibus fundatur, actualia; vnde si actualitas, seu esse existentiæ est quid superadditum Essentiæ, & ab ipsa distinguitur, optime dicere, quod res possibilis actualitate, seu esse existentiæ, quod implicat in adiecto. Secundo. Quidditas creata secundum Essentiam est terminus productionis, ita vt ipsa vtet Essentia ex vi prædicamentalitatis: ergo Essentia ipsa est actualis, & non per aliquid superadditum, probatur hæc consequentia, quia productio tribuit aliquod esse, quia est Generatio ad communicationem alterius realitatis: & non tribuit potius possibilitatem, ergo tribuit actualitatem:

Tertio. secundum Philosop. in 2. Perhyermen. Verba secundum se dicta nominant, ergo sicut eandem rem dicit currere, & cursus, licet sub alio, & alio modo significandi, ita eandem rem dicit Essentia, & Esse. Quarto. Creatio terminatur ad Esse; ergo si Essentia distinguitur ab Esse, sequitur, quod Essentia crearetur per Accidens, vel quod sint duæ creationes, vna, qua crearetur Esse, & alia, qua crearetur Essentia: sed vtrumque est inconueniens, ergo &c. Quinto. Secundum D. Thomam sicut se habet hæc ducere, & lucens; sic se habet Essentia, & Esse: sed creatur idem est ducere, & lucere, & lucens ergo realiter idem est Essentia, & Esse, & Ens: sed creatum esse Ens est quid superadditum Essentiæ, esse Accidens Essentiæ, & consequenter esset in Genere Accidentis, quod dici non potest. Septimo secundum Aliacensem in 3. Methaph. in Quæstionibus idem est Essentia, Esse, & Ens; ergo saltem in Substantiis separatis, quæ sunt simplicissimæ idem erit Essentia, & Esse. Hæc sunt potissima fundamenta primæ sententiæ.

Primæ Sententiæ Auctores.

Greg. Arimin. Suarez Vasq. Ruuius Hurtad. Vasq.

Fundamenta Huius.

2 Secunda Doctorum Opi-

nio

nio eotum ex Diametro sen tit Oppositum, & asserit, esse Existentiæ realiter distingui ab Essentia; nam in quolibet Ente existente quantumcunque simplici in terneniant necessario duæ res, realiter inter se distinctæ, scilicet Essentia, & Existentia, dicunt ex consequenti realem distinctionem esse inter Essentiam, & Existentiam ante omnem operationem intellectus: Rationes autem pro hac 2. Sententia non sunt minoris efficaciæ, quam fundamenta Opinionis oppositæ.

4 Et prima Ratio desumi potest ex authoritate S. Th. p. 1. q. 3. art. 4. in corpore, vbi hæc habet: *Oportet igitur, quod ipsum esse comparetur ad Essentiam, quæ est aliud ab ipso, tanquam actus ad potentiam*; ex quo colligi potest, quod sicut potentia realiter distinguitur ab actu, sic realiter etiam distinguntur Essentia, & Esse: similiter idem Doctor Angelicus lib. 2. contr. Gent. cap. 52. docet, quod in creaturis non est idem Esse, & Essentia: ratio autem reddita ratione, quia solius Dei est suum esse: unde creatura vt distinguatur à Deo, non potest esse, nisi habendo aliquid præter rationem suæ Essentiæ. Nulla creatura quantumcunque simplex potest accedere ad Divinam simplicitatem, & ut communiter docent Omnes Sancti Patres, nulla Creatura est suum Esse, quia hoc est proprium Dei, & tantum convenit ipsi, quatenus Deus: sed si Existentia non distingueretur ab Essentia in Creaturis; tunc vnaquæque creatura esset suum esse. Accederet ad Divinam simplicitatem: ergo vt hæc absurda euitentur, dicendum est, in Creaturis Essentiam realiter distingui ab Existentia. Terminus Esse Existentiæ est actus recipiens in Essentia, & Essentia est potentia recipiens Esse: ergo Esse receptum realiter distinguitur à potentia recipiente, quæ est Essen

Sēra essent Essentiæ à Existentijs realiter distingui.

Ita Caiet. Ferrar. Zumel Bann. D. Th. & etiam Sot.

...ta præcedens probatur, quia si vis Existentiæ non...
...esset receptum in Essentia, ...
...separaretur, quid esset illa...
...diversitas, quæ non esset ...
...quodammodo cum omnibus ...
...communicaret? Quæ est Differentia, vel Subalternorum quæ...
...cumque Generis sequitur, ...
...quia quod recipitur in alio est ...
...tale, quale recipiens in se est. Quarto Existentia potest separari ab Essentia, & è contra, siquidem Essentia est perpetua veritas, Existentia vero est temporalis, & defectibilis, ergo. Sed hæc sunt pessima argumenta pro secunda sententia.

1 Videbitur aliquibus difficillimum, hæc contraria concordare, sed in Angelica Schola nil facilius ad notandum occurrit. Esse Existentiæ non est pars, & differentia in aliquo Prædicamento: nec in aliquod Genus: sed reducitur ad idem primum Prædicamentum Essentiæ, ut ostendimus in Articulo præcedenti. Dico quinta, Sextus, ergo Sanctus non est directe nec per se in aliquo Genere, reducitur tamen ad Prædicamentum Quantitatis, non quia punctualis Quantitas, sed quia est terminus Quantitatis, ita quia omnia actus, & ipsum esse subsistens directe sub aliquo Prædicamento sit, quod ipsum esse Existentiæ quantitatem non dicit, & directe in aliquo Prædicamento reducitur, tamen sit in eodem Genere, in quo est ipsa Essentia, non quia forte ipsum esse Existentiæ sit ipsa Essentia, sed quia esse Existentiæ est terminus, & actus Essentiæ. Esse enim Existentiæ non est perfectio Generis, sed reducitur ad Prædicamentum Essentiæ, ita non est hic aliqua determinata differentia, quæ ipsum esse determinet ad illum eandem speciem, in quam recipitur ipsa Essentia, sed ipsum esse determinatur per ipsam Essentiam, in quo recipitur. Unde in hoc facile dicere possumus, quod esse Existentiæ non distinguitur realiter ab Essentia, ideo esse Existentiæ non est res distincti Generis, & realiter eamdem rem specie distincta specie, vel diversæ Individuationis ab ipsamet Essentia eamdem rem specie, quod ipsum esse existentiæ non sit quid extraneum ab eadem Genere, specie, in qua est ipsa Essentia, imo sine ea

sect.

sentia non est aliquid superadditum essentiæ, sicut est albedo superadita superficiei: quia superficies est res Prædicamenti Quantitatis: albedo verò est res prædicamenti Qualitatis: Ipsa autem existentia cum non sit res alicuius Generis, nec alterius diuersæ speciei, vel individuationis ab Essentia, non potest dici quid superadditum Essentiæ, vtpote res diuersi Generis, & speciei, à Genere, & specie in quæ est ipsa essentia.

Quia tamen Essentia est in potentia ad esse, & existentia est actus, qui recipitur in Essentia; ideò non hoc modo dici potest, quod existentia realiter distinguatur ab essentia, & sit quid superadditum essentiæ: imo quid extrinsecum, & extraneum essentiæ: tum quia distinctio essentiæ, & separatio fit ab Essentia: aliquid enim reale, aliquid dò est inter extrema diuersissima Generum, & Prædicamentorum, vt inter Hominem, & lineam, aliquando est inter extrema eiusdem prædicamenti, quorum vnum separatum potest ab alio, salua sua natura, Essentia Vtriusque est inter materiam, & formam substantialem: vnum est distinctum à materia: sed solum quia forma est actus receptus in potentia materiæ. In hoc ergo sensu dicere possumus, quòd cum Essentia sit in potentia ad existentiam; & existentia sit actus Essentiæ existens cum materia vt est actu sub forma. Forma, vt dicunt facit materiam, formam habere integram. De quibus Realitas sola realitas non dividuntur tanquam verba prædicamentorum, sed potius sunt modi Entis, modales solum rationes Generis, sed etiam eiusdem Generis, & speciei individuationes, et differentiæ essentiales, & ideo essentiæ

recipiunt in Essentia, sunt vna, & eadem res completa: vnumque Ens existens: nec distinguuntur realiter tanquam duæ res diuersorum Generum: sed potius sunt vnares eisdem prædicamenti, eisdemque speciei, & vnius individuationis; imo sunt vnus terminus eiusdem realis productionis: sicuti materia, & forma sunt vnum obiectum eiusdem cognitionis.

7 Nunc ecce

## Concordia Opinionum

Illi Doctores, qui docent, Essentiam non distingui realiter ab esse: vel sunt intelligendi de esse, quod provenit à forma, vt in Substantijs separatis: in quibus Esse, quod fluit à forma, est idem omnino, ac ipsa essentia: vel de Esse, quod provenit à forma partis, vt in Substantijs materialibus, in quibus Esse, quod venit à forma partis, si est esse informans, est idem cum forma; & si est participatum forma, est idem cum materia: Vel si loquantur de Esse, quod fluit ab Agente, seu à forma totius: quodque vocatur Esse existentiæ, illud quidem nec distinguitur realiter ab essentia, ita vt esse existentiæ sit diuersum prædicamentum; diuersaque species ab essentia: nam sufficeret ostensum esse, essentiæ & existentiam non esse duas res diuersorum Generum, nec diuersæ speciei, imo nec distinctæ rationis: & in hoc sensu sumus cum prima sententia.

Sensum negatiuæ distinctionem realem inter essentiam, & esse.

8 Illi vero, qui docent, Essentiam, & esse realiter distingui: intelligendi sunt de esse, quod fluit ab Agente, vt in Substantijs simplicibus: vel de esse, quod fluit à forma totius, vt in Substantijs materialibus: vel tandem de esse existentiæ, quod est actus aduenies, & receptus in essentia: ita vt sit sensus, quod essentia est vna res in potentia ad recipiendum esse; & esse existentiæ est alia res, recepta in essentia; & in hoc sensu sumus cum authoribus secundæ sententiæ.

9 Nec facienda est vis in Verbis; nam verba, & vocabula sunt ad placitum: vnde licuit Lucem, lucere, & lucens, aliquando dicere eadem tam sub diuerso modo significandi, ita aliquando dicunt diuersas res, vt lux dicit Qualitatem quandam existentem in corpore luminoso; & potest dicere actum

pro-

progredientem à fac: ſic essentia; & esse aliquando possunt dicere eandem rem, cum sint eiusdem Generis, & speciei: aliquando vero dicunt diuersas res, realiter differentes, ita vt essentia dicat potentiam, esse vero dicat actum.

10 Et tandem ad completam totius Controuersiæ cõciliationem supponendum est: quod esse existentiæ quãuis reductiue sit in Genere Substantiæ habeat tamen quendam modum Accidentis; quia sicut Accidens est illud, quod adest, & absit præter subiecti corruptionẽ: ita esse existentiæ potest adesse essentiæ, & ab ea abesse, præter essentiæ corruptionem & æternus sicuti *Accidens* est illud, quod recipitur in alio tanquam in subiecto, quod est in potentia ad idem *Accidens*; sic esse existentiæ recipitur in essentia, quæ est in potentia ad existentiam. Quamuis igitur esse existentiæ vt reducitur ad idem Genus, & ad eandem speciem, in qua est *Essentia* se dici possit idem realiter cum essentia: eam quatenus idem esse existentiæ habet modum Accidentis, & aduenit essentiæ, recipitur in illa tanquam actus in potentia: sic existentia realiter, distinguitur ab Essentia.

Est existentia sit realiter distincta ab essentia in Genere substantiæ.

## DVBITATIO SECVNDA

### *Vtrum Essentia Creaturæ sit indifferens ad Esse, & ad non Esse?*

1 IDest an detur aliqua essentia, quæ nec habeat esse existentiæ, nec habeat non esse? & videtur pro vna parte, quod essentia Creaturæ sit indifferens ad esse, & ad non esse: quia essentia Creaturæ potest intelligi sine omni esse: ergo essentia Creaturę est indifferens ad esse, & ad non esse. Ex alia vero parte est Augustinus de Trinitate capite primo, vbi vult, quod sicuti se habet sapientia ad sapere, & potentia ad posse, ita se habet res essentia ad esse: sed non datur sapientia sine sapere; nec potentia sine posse, ergo nec datur essentia sine esse.

2 Ceterum absque eo, quod iterum repetamus ea, quæ iam docuimus cum Ægid. in primo tractatu dispu. 3. quæs. 1. artic. 2. dub. 2., & quæst. 2. art. 2. dub. vnica. bre-

nota cũ Ægi. q. essentia hîc duplex est reale, & vnũ est rationis

bitum erunt vtrum essentia sit, quod habeat esse reale, vel rationis. Primum esse in reale dicitur esse in quo [illegible] esse in anima, vel extra animam, & extra causas. Rosa existens de facto dicitur habere esse reale in exigentia naturæ, & in virtutibus activis & passivis, ex quibus tanquam ex propriis causis producitur Rosa, absolute esse realiter dicitur esse in actu primo & secundo existentiæ. Tertium tandem esse, quod est rationis, est, cum ipsa Essentia habet esse in anima, & circa talem Essentiam negotiabur intellectus: tunc namque essentia habet esse rationis non tanquam secunda intentio, sed esse rationis tanquam prima intentio.

5 Hac adnotato, & suppositis dictis, cum Ægidio in Quodlib. 2. q. 8. quod nulla essentia creata sit indifferens ad esse, & ad non esse realiter quia secundũ humanũ esse vel essentia est in suis causis, & habet esse reale in potentia: & secundum hoc esse non est indifferens ad esse, & ad non esse, quia tunc habet esse in potentia, & non habet se in actu, propter quod magis se habet ad non esse,

quam ad esse: quia quod est in potentia magis se habet ad non esse, quam ad esse. Vel essentia creatura consideratur, vt habet esse in actu, & sic habet esse reale, seu esse naturæ, & realis existentiæ: & tunc essentia magis se habet ad esse, quam ad non esse: sed si consideretur essentia secundum esse rationis, quod habet in anima tantum prima intentionis: tunc enim dicitur essentia indifferens ad esse, vel non esse, sine existentia, hoc modo considerata, accidit esse reale, vel non esse reale.

6 Cum ergo dicitur, quod essentia Creatura potest intelligi sine omni esse, & ex consequenti, quod sit indifferens ad esse, & ad non esse. Respondetur dicendum est, id esse verum de essentia secundum esse rationis, quod habet in anima: sed falsum id esse de Essentia secundũ esse reale, vel potentiale, vel actuale. Et ad illam rationẽ pro alia parte dicendum, verum esse, quod essentia determinate respicit aliquid esse, sicut sapientia nõ potest esse sine sapere, nec potentia sine posse: sed id intelligendum est de Esse reali vel potentiali, vel actuali vt distans, quod Esse-

ta secundum esse reale non est indifferens ad esse, & ad non esse, sed necessario vel habet esse reale in potentia: vel esse reale actuale.

## DVBITATIO TERTIA

### *Vtrum possit Creari Esse sine omni essentia.*

1 HAec Dubitatio solum habet locum, supposita distinctione reali inter essentiam, & esse.

2 Et quod possit creari esse existentia sine omni essentia, multis rationibus ostendi potest. Primo, *Potest* creari forma sine materia, vt patet in Substantijs separatis, ergo, & esse sine essentia, nam eadem est ratio. Secundo. Plura potest Deus facere, quam possit intellectus intelligere; sed noster intellectus potest intelligere esse sine essentia, ergo Deus potest facere esse sine essentia; probatur minor, quia prius potest intelligi sine posteriori: sed esse est prius omnibus alijs, ratione illud, quod *prima rerum creatarum est esse*, ergo &c. Tertio, Deus in Agendo non præsupponit potentiam passionem, ergo potest producere actum sine potentia & esse sine essentia, quia essentia se habet vt potentia, esse vero vt actus. Quarto. Sicut habet ens rationis causitum ab intellectu ad intellectum producentem, ita se habet omne causatum à Deo ad Deum causantem, sed ens rationis ad hoc vt sit causatum ab anima, sufficit, quod habeat respectum ad animam, nec est necesse, vt sit receptum in illo, ergo à parte entis causatum à Deo sufficit, quod habeat respectum ad Deum, nec est necesse, vt sit receptum in essentia. Quinto. Ens mere mentis Accidês pendet à subiecto, quam esse ab essentia: sed Deus potest facere Accidês sine subiecto, vt patet in Sacramento, ergo & esse sine essentia. 6. Agens naturale potest producere essentiam sine esse, ergo saltem Agens diuinum potest producere esse sine essentia: ista sequitur à fortiori; probatur antecedens, in homine Agens naturale aliquid producit, sed non producit esse neque animam, ergo producit essentiam sine esse hominis. Deus est Agens voluntarium, & potest producere effectus sibi similes: sed Deus est ipsum esse non

receptum in alio, ergo potest producere esse, non receptum in essentia Creata. Esse non dependet ab essentia, ad hoc vt fiat: sed prius essentia dependet ab esse, ergo potest Deus facere esse, quod non sit receptum in essentia. Antecedens probatur, quia si esse dependeret ab essentia, & esse essentia dependet ab esse; esset circularis inter essentiam, & esse. Nono. Humanitas Christi est suo esse propria; ergo si in Incarnatione Deus fecit Essentiam sine esse, multo magis potest facere Esse sine essentia; quia magis actualitatem dicit esse, quam essentia. Decimo. Materia prima fuit producta sine esse; quia fuit producta informis, ergo multo magis potuit produci esse sine Essentia.

Statuit nullam impossibilitatem esse esse sine essentia.

3 Constanter tamen dicendum est, & sine vlla dissensione Doctorum, quod ipsum esse essentiae nullo modo produci potuit sine Essentia, in qua reciperetur. Ita & prius in quæstione de esse, & essentia, probatum autem hic communis assertio Tribus rationibus; quarum prima est. Quia omnis creatio, & productio terminatur ad individuum, & singulare, ergo si esse non est individuum nisi per Essentiam, in qua recipitur, quod esse non potest creari sine essentia, probatur nunc Antecedens, Esse quamvis reducatur ad primum Genere Substantiæ, tamen vt alibi ostendimus, habet modum Accidentis, quia hoc est de quo loquimur, est esse receptum in alio. Si ergo esse habet modum Accidentis, ergo habet individuari per id, in quo recipitur, sed id, in quo recipitur esse, est essentia: ergo esse non potest aliter individuari, nisi per essentiam, in qua recipitur.

4 Secundo. Esse non determinatur ad aliquam speciem nisi per essentiam, in qua recipitur: ergo non potest produci esse sine Essentia: probatur consequentia, quia nulla res intelligi potest sine suo specificativo, vel sine eo, à quo ipsa res specificatur: probatur Antecedens, quia licet quodlibet Accidens determinatur ad speciem per subiectum; modo cum dicitur Accidens, semper subiectum ponitur loco differentiæ: ita esse, quod habet modum Accidentis, non potest aliter specificari, nisi per Essentiam, in qua recipitur.

Ter-

Esse de-
termi-
natum
per
Essen-
tiam.

7 Tertio. Ipsum esse non solum individuatur, & specificatur per Essentiam, sed vlterius determinatur ad Genus per eandem Essentiam, in qua recipitur; ergo est omnino impossibile, quod creetur esse sine Essentia: consequentia est clara, probatur antecedens, quia quilibet res est in Genere per essentiam suam: sed Deus cuilibet creaturæ tantum dat de esse, quantum potest recipere rei essentia; ergo tota diuersificans ipsius esse est ex parte essentiæ, in qua recipitur esse, & ex consequenti esse individuatur per essentiam, & specificatur, ac determinatur ad Genus per ipsam Essentiam: in qua recipitur esse, fit, quod nullo modo esse possit creari sine Essentia.

8 Nunc Respondeamus rationibus in contrarium. Ad Primam Respondetur eandem rationem de forma respectu materiæ, & de esse respectu essentiæ: nam forma non determinatur ad Genus per materiam, nec minus per materiam determinatur ad speciem: esse autem non solum determinatur ad Genus, & ad speciem per Essentiam, in qua recipitur: sed etiam individuatur per eandem Essentiam: Vel Respondetur secundo, quod omne productum debet esse compositum ex potentia, & actu, cum non producatur sola potentia, quæ semper est potentia, nec solus actus, qui semper est actus, & quia si fiat forma sine materia, tunc illa forma esset composita ex potentia, & actu, quia talis forma esset in potentia, ad esse: ideo non repugnat fieri formam sine materia: At si fieret Esse sine Essentia, daretur aliquod productum, quod non esset compositum ex potentia, & actu. Ad secundam negandum est, quod possit intelligi esse sine essentia: ad probationem autem, cum dicitur, quod Esse est prima rerum creatarum; distinguendum est, Ens pro vt specialiter dicit existere, negatur. Ens pro vt dicitur tam de esse Essentiæ, quam de Esse existentiæ, conceditur. Ad tertium Respondetur, quod ratione producentis Deus in agendo nihil præsupponit; sed ratione producti Deus præsupponit aliquid: vnde quia res materiales præsupponunt materiam, Deus non potest facere rem materialem sine materia: & quia esse creatum requirit essentiam tam ad sui individuationem, tam etiam adhoc vt determi-

Satisfit rationibus contra.

tinetur ad speciem, & ad Genus, ideo Deus non potest facere esse sine Essentia

7 Ad quartum dicendum non Esse simile de Ente rationis productio ab anima, & ad 4. de effectu causato a Deo: quia Ens rationis non est aliquid in se, & ideo nihil considerari potest in tali Ente, quod repugnet ipsi: sed effectus causatus adeo, est aliquid in se, & quia repugnat productio, quod fiat sine eo, à quo dependet tum ad sui individuationem, tum etiam ad sui specificationem ideo non potest fieri esse sine Essentia: vel dicas fretando, quod Entibus rationis Substernitur ipsa anima, quasi subiectum, & materia; & ideo si est ibi actus, est etiam ibi aliquid vt actuatum aliquid, in quo recipitur actus: sed Deus non substernitur tanquam materia, vel subiectum sui effectus: & quia non potest fieri anima sine potentia, ideo non potest fieri esse sine Essentia.

8 Et cum dicimus, quod non producitur nisi compositum, aduertite, quod non loquimur de productione, vt habet Esse in Diuinis, quia ibi alia ratio reformat actum.

9 Ad Quintum Respondetur, quod non est simile de Accidente respectu subiecti, & de Esse respectu essentiæ, quia ad hoc vt sit Accidens, non est necesse, vt actu insit, sed sufficit, quod sit aptum natum in esse: sed ad hoc vt esse sit actu, necesse est, quod recipiatur actum Essentia, per quam individuetur, & specificetur. Ad sextum dicimus, non esse quæstionem, V. quum Agens possit producere Essentiam, & aliud Agens possit producere Esse: sed tantum est quæstio, vtrum possit produci Esse, quod non sit receptum in Essentia. Cum ergo dicitur, quod Agens naturale potest producere Essentiam sine actu, intelligendum est absolutè: intendens; ad cuius probationem dicimus, quod Agens naturale in Generatione humana, dato, quod ibi inducat aliam formam ab anima tunc non causabit Essentiam sine esse, sed causabit Essentiam, quæ existit per esse, non causatum ab ipso, sed causatum à Deo. Ad 4. septimum Respondetur quod Deus est Agens voluntarium, & assimilat sibi effectum quantum effectus potest recipere: effectus autem creatus non potest recipere, quod sit esse, non receptum in Essentia.

Ad

10 Ad Octauum Respondetur, quod esse indiget Essentia, & econtra, nec est ibi circulatio, quia non eodem modo vnum indiget alio: nam Essentia indiget esse, tanquam actu, à quo perficiatur: esse verò indiget Essentia tanquam potentia, in qua recipiatur.

11 Ad nonum Respondetur, quod in præsenti non est quæstio, Verum possit esse Essentia sine aliquo esse, quod sit ejusdem Generis; sed V. possit existere Essentia sine omni Esse, siue illud esse sit ejusdem Generis, siue non; & per hoc patet etiam solutio ad vltimum, quia & si materia fuit producta sine proprio esse, seu sine proprio actu, quia materia secundum se non competit aliquis actus: non tamen fuit producta sine omni actu nec sine omni forma; dicitur autem materia producta informis, non quod fuerit producta sine omni forma: sed quia fuit producta talis natura, vt eius Essentia sit informis, i. in potentia ad formas.

## DVBITATIO QVARTA

### V. Si Essentia non distingueretur realiter ab Existentia, Creatura esset annihilabilis?

1 HVius Dubitationis Resolutio multo magis confirmabit id, quod iam docuimus in prima Dubitatione huius Articuli circa distinctionem realem inter Essentiam, & Esse.

2 Quærimus ergo, an creatura esset annihilabilis, si eius Essentia realiter non distingueretur ab Esse? & videtur pars affirmativa ex eoda, quod, si si Essentia non distingueretur realiter ab Esse Essentiæ, vtique posset ipsa creatura annihilari: primo, quia potest Deus creare, etiam si nullum præsupponatur Subiectum, in quo recipiatur id, quod creatur: ergo potest pariter annihilare, etiam si nullum sit Subiectum, quod deliuat esse; eadem enim est ratio vtriusque secundo: in productione cuiusuis rei illud idem, quod erat potentia tale, fit actu tale, ergo in re producta non est potentia realiter



ter

ter distincta ab actu ; ergo si potest res produci, abstrahendo, quod sit composita ex potentia, & actu, poterit etiam annihilari absque eo, quod eius Essentia realiter distinguatur ab actu. Tertio ex D. Aug. *Parente super Genes.* c. 19. *Deus non solum est causa efficiens rerum: sed etiam est causa conservans res*, ergo non est necesse, vt res sit composita realiter ex Essentia, & Esse: ad hoc vt possit annihilari, sed sufficit sola subtractio diuinæ influentiæ. Quarto in creatura nulla est potentia, per quam possit creari, ergo non oportet, vt in ipsa sit aliqua potentia, ad hoc vt possit annihilari: potest ergo creatura annihilari absque eo, quod sit composita ex potentia, & actu. Quinto. In Sacramento est Essentia Accidentis sine esse: sed illa Essentia Accidentis potest annihilari, ergo potest creatura annihilari absque eo, quod realiter sit composita ex Essentia, & Esse. Sexto. Deus est Agens per intellectum: sed Actio Intellectus potest terminari ad vnum, absque eo, quod terminetur ad aliud, vt per me possum cognoscere correctum, & non cognoscere venientem, etiam si idem sit correctus, & venies, ergo potest actio Diuina terminari ad Existentiam, & non ad esse, & e contra etiam si idem sit Essentia, & Esse; & si actio Diuina potest terminari ad vnum sine alio per consequens potest annihilari vnum sine alio.

3 Nihilominus Creatura nunquam posset annihilari, & eius Essentia realiter non distingueretur ab Esse. Hæc dostrina Corius. & fundamentaliter satis reliquit Ægidius Quæst. 12. de Esse, & Essentia, cuius veritatis potissimum fundamentum est quia implicat contradictionem, & est simpliciter impossibile quod id, quod creatur, vel annihilatur, sit actus tantum, vel sit potentia tantum, ergo creabile, vel annihilabile adhoc vt actu creetur, vel annihiletur, necesse est simpliciter, quod sit realiter compositum ex potentia, & actu: consequentia sequitur ex vi antecedentis: probatur modo antecedens. Creabile, & annihilabile illud est, quod potest incipere, & desinere esse, sed id, quod est actus tantum, vel potentia tantum, nec potest incipere, nec desinere esse: ergo creabile, & an-

ratio fundamentalis

annihilabile non potest esse, vel actus tantum, vel potentia tantum: sed necessario debet esse compositum ex potentia, & actu: Probatur minor: implicat contradictionem, quod Actus incipiat actus; vel potentia quatenus potentia incipiant, vel desinant esse, ergo quod est actus tantum, vel potentia tantum, non potest incipere, & desinere esse. Probatur antecedens: & primo de Actu, seu esse. Actus semper est actus, & esse semper est esse: ergo implicat, quod actus, quatenus actus possit incipere actu esse: Actus enim, qui potest incipere actu esse, oportet, quod sit talis actus, qui non sit perfectibilis: sed si actus, receptus in alio: unde illi soli Actus potest incipere esse, qui in tantum actus est, in quantum est in alio receptus; & potest separari ab illo: ergo ipse actus, vt actus non potest per se fieri, nec incipere esse: Id ideo proportionaliter dici debet de eo, quod est potentia tantum: nam potentia, vt potentia non potest actu esse, quia potentia, vt potentia dicit essentialiter non actu esse; ergo id, quod est actus tantum vel id, quod est potentia tantum, non potest incipere, vel desinere esse, & ex consequenti si creatura deberet incipere, & desinere esse, debet simpliciter esse composita realiter ex potentia, & actu seu ex *Esse*, & Essentia.

Creatura si non potest esse actus tantum vel potentia tantum.

4 Dices. sufficere, creaturam esse compositam ex potentia, & actu, & ex *Esse*, & Essentia per rationem tantum, & non esse necessariam compositionem realem. Sed contra, quia si in Creatura Essentia, & Esse non differunt realiter tanquam potentia, & actus: quamuis per Intellectum vnum possit intelligi sine alio, vt Essentia sine *Esse*, & econtra: tamen realiter, vnum nunquam posset separari ab *Esse*, nec è contra: quod tamen falsum est.

Soluitur ratio in oppositum.

5 Ad primam rationem in contrarium dicimus, quod Deus ideo agit nullo præsupposito, quia producit totum, & nulla est causa, quæ præsupponit effectum eam: quia ergo effectus Dei est totum, ideo *Deus* in agendo ex parte sua nihil præsupponit: sic etiam quia totum potest annihilari, ideo non oportet, vt destruat illud, præsupponendo aliquid: est tamen necesse, vt ipsum creabile & annihilabile sit compositum realiter ex Essentia, & *Esse*, seu ex potentia, & actu

actu; quia cum creatura non possit esse actus tantum, nec potentia tantum; necesse est sit composita ex potentia, & actu realiter Distinctibus, vt ostensum est in probatione conclusionis. Ad secundam Respondetur, quod in productione cuiuscunque rei id, quod est potentia tale, fit actu tale, sed hoc primo, & per se verificatur de composito, & exconsequenti verificatur de componentibus: compositum autem fit actuale, in quantum componibilia actu conjunguntur ad invicem; quia quodlibet componens nunc actu existit, quando vnum conjungitur alteri: totum ergo Compositum est quoddam possibile esse, & incipit actu existere, quando componentia ad invicem connectuntur: vt potentia tunc incipit existere, quando conjungitur actui, & actus quando conjungitur potentiæ: & quia quod est possibile esse, non desinit incipit esse, nisi per corruptionem potentiæ, & actus: ideo hac compositione ablata, tollitur, quod Creatura sit creabilis, & per consequens, quod sit annihilabilis.

6 Ad tertium Dicimus, quod ex sola Subtractione influentiæ Diuinæ ideo res annihilantur, quia deperdunt esse, quod si esset realiter distinctum ab Entia, tunc nulla res posset annihilari, quia nulla res posset perdere esse, cum nihil possit perdere sui principium. Ad quartum Respondetur, quod licet in creatura non sit potentia, quæ efficiat creationem, vel annihilationem: est tamen ibi potentia, quæ facit ad eius compositionem: creatura ergo est quoddam possibile esse, & potest creari atque annihilari: quod si creatura non esset composita ex potentia, & actu: sed vel esset potentia tantum, vel actus tantum: procul dubio nec esset creabilis, nec unquam annihilabilis. Ad 4.

7 Ad Quintum negatur illud antecedens, quod in Sacramento altaris sit Essentia sine Esse: nam licet naturaliter esse per se, & primo respondeat Substantiæ, & alia in tantum sint, in quantum sunt in Substantia: Deus tamen non alligauit virtutem suam naturalibus effectibus: vnde potest per miraculum communicare accidentibus effectui Generis, & facere, quod Accidentia sint per se: sicuti Substantia existit per se. Ad 5. In Sacramento altaris Deus operatur Quantitatis effectui Generis

8 Ad Sextum dicimus, quod Deus agit per intellectum: sed nullum agens po- Ad 6.

test

test facere illud, quod repugnat productio; & quia hoc repugnat effectui, quod sit esse sine Essentia, vel è contra: vel quod sit potentia sine actu, vel actus sine potentia: ideo non est unum sine alio, nec actio Diuina terminatur ad unum sine alio.

## DVBITATIO QVINTA

*V. Creatura à Deo procederet liberè, si non esset composita realiter ex Essentia, & Esse?*

1 Videtur, quod Deus semper produceret creaturam libere, quia si creatura non esset realiter composita ex potentia, & actu, seu ex Essentia, & Esse; tunc creatura procederet à voluntate Diuina, pone vt natura sit, ex primo, quo credimus à Voluntate Diuina procedere Spiritum Sanctum: sed procederet creatura à Diuina voluntate, vt voluntas est: ergo etiam si creatura non esset composita realiter ex Essentia, & Esse, non propterea procederet ex necessitate naturæ, sed posset procedere libere, seclusa do. Deus nullo modo dependet à creaturis, ergo sine creatura habet naturam differentem ab Esse, sive non, non propterea mutaretur modus agendi Diuinus: ergo sine in Creatura differt Essentia, & Esse, sive non, semper tamen creatura procederet libere. Tertio, Essentia, & Esse æqualiter distant à Deo, quia quodlibet distat in infinitum, ergo si Deus potest facere vtrumque simul, s. Essentiam, & Esse ex mera libertate arbitrij, poterit etiam facere libere alterum è duobus: quia non plus distat à Deo vtrumque simul, quam alterum tantum.

2 Sed absolutè dicendum est, quod si Essentia Creaturæ realiter non distinguetur ab Esse, tunc Creatura, vel non indigeret factore, vel si procederet ab alio, tunc non procederet ex mera libertate: sed ex pura necessitate naturæ. Sic sentit Ægidius in Quæst. 23. de Esse, & Essentia. Fundamentum autem, & ratio à priori esse potest, quia omne productum realiter dicit respectum ad producens, ergo omnis creatura producta à Deo, realiter habet respectum ad Deum producentem: tunc sic, vel huiusmodi respectus

Resolutio ad 5.

fundatur tantum in Essentia creaturæ; ita vt talis respectus debeatur naturæ ex origine naturali, & sic sequeretur, quod Creatura naturaliter procederet à Deo ex necessitate naturæ, itaut nõ potuisset non procedere à Deo; quia Essentia, vt Essentia semper est, ergo respectus fundatus in Essentia semper fuisset, ergo creatura necessario fuisset; vel si creatura non semper haberet talem respectum ad Deum, tunc aliqua mutatio debet intelligi facta vel in Deo, vel in Essentia creaturæ, quorum neutrum potest intelligi: vel respectus fundaretur in aliquo superaddito Essentiæ; & tunc iam intelligeretur creatura composita ex Essentia, & Esse, quod nos intendimus.

Ratio fundãmẽ tali pro cõclusione

6

5 Dices, quod Creatura antequam acta sit producta, non habet actualem respectum ad Deum, quia nec ipsa creatura acta est, quod autem habeat hunc actualẽ respectum, & producatur acta, vel quod perdat hunc respectum, & annihiletur, hoc totum est ex libera voluntate Dei sine vlla sui mutatione: & sic aliquo modo, quod ponatur compositio ex Essentia, & Esse, potest intelligi: creaturam libere à Deo produci.

6 Sed contra hoc, & magis nostra conclusio stabilitur. Solus respectus non potest de nouo acquiri, vel de nouo perdi per se, quia ad Relationẽ non est per se motus: ergo si creatura separatam Essentiam non dicit ordinem, & respectum realem ad Deum, necesse est, quod talis respectus debeatur tali naturæ secundum se, & quia impossibile est mutari, & separari respectum à tali natura producta, nisi aliqua mutatio fiat vel in producto, vel in producente, vt patet in Personis Diuinis: in quibus impossibile est, quod à natura Filij producti separetur respectus ad Patrem, nisi fiat mutatio vel in Filio producto, vel in Patre producente; ergo si semel producens fuit æternum, etiam productum erit ex necessitate æternum; vel si mutatur respectus, concedenda est mutatio in producto, propter quam mutationem intelligatur de nouo acquiri, & mutari respectus; etenim hoc est certum, quod si aliqua res acquisiit respectum, quem prius non habebat, vel deperdit respectum, quẽ prius habebat, oportet, quod hoc fit vel per se, vel per aliud, & quia respectus

magis stabilit cõclusio

non

non est aliquid, sed ab aliquid, per se nec acquirere, nec deperdi potest; ipsa ergo creatura vel dicit vnam rem tantum Essentiam, & respectum: & sic sequitur, quod creatura sit necessario producta, cuius est natura Filij Dei, producta à Patre, vel est aliquod compositum, & hoc est, quod intendimus: & sic concludimus, quod si in creatura non distingueretur realiter Essentia, & Esse, creatura non procederet à Deo liberè: sed ex necessitate naturæ.

5 Ad primum in contrarium Respondetur, quod nullum agens potest agere in id, quod repugnat effectui: & quia si creatura esset potentia tantum, vel actus tantum, tunc repugnaret, creaturam posse incipere esse; ideo non posset Deus producere creaturam, in qua Essentia non distingueretur ab esse: & vt allegamus verbis argumenti, dicimus, quod à Deo processit Filius, & Spiritus Sanctus, & procedit etiam Creatura: sed solùm in processione creaturæ est ratio voluntatis, nam non ex necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrij creatura procedit à Deo: sed vnde hoc? non alia assignari potest ratio, nisi quia in creatura producta est Essentia realiter differens ab Esse: in Filio autem, & Spiritu Sancto natura producta est suum esse. Ad secundum dicendum, quod licet Deus non dependeat à creatura ista: tamen quia nullum Agens potest Agere in id, quod per se repugnat effectui, ideo ex naturis rerum, procedentium possumus arguere de modo procedendi: vnde si productum habet Essentiam, distantem ab Esse, illud potest liberè ab Agente produci, quia potest acquirere esse post non esse: sed si productum non habet Essentiam, distinctam ab Esse; cum productum cum necessario habeat esse, non potest liberè ab Agente produci, sed necessario. Ad Tertium dicimus, non posse fieri esse sine Essentia, nec econtra: sed omne factibile necessè est, sit realiter compositum ex Essentia, & Esse, propter rationes pluries repetitas.

& argu.

pulchra ratio, cur Filius, & Spiritus S. procedat necessario creatura vero liberè.

## DVBITATIO SEXTA

### V. *Essentia sit perfectior existentia, vel è contra?*

1 PRima Opinio subsistit, Essentiam perfectiorem esse omni Existentia;

Sēra Scoti

lia videntur sentire Scotus in 4. dist. 1. q. 1. ar. 1. contra Sentes cap. 28. Sonsin. 4. Meth. q. 16. & plures alij: Fundatur autem hec sententia primo, quia Existentia contingenter communicat rei. Essentia vero per se magis perficit ens Essentia, quia Existentia secundo, vnaquæque res dicitur perfectior altera, quia habet perfectiorem Essentiam, non quia existit: vt Homo dicitur perfectior lapide, quia nobilior est Essentia hominis, quam Essentia lapidis ergo, &c. Tertio. Scientiæ considerant Essentias rerum, non Existentias: ergo nobilior est Essentia, quam Existentia. Quarto. Affectiones rerum directe fluunt in Genere, Existentia vero tantum est reductiue, ergo, &c. Quinto. Essentiæ rerum sunt invariabiles, Existentia vero est variabilis.

5 Altera sententia, quam videmur tenere, hinnitit, docet, perfectiorem esse Existentiam, quam Essentiam, vnde D. Tho. 1. part. q. 4. ar. 3. ad 3. ait, quod esse dicit maximam perfectionem: & Arist. 3. Ethic. ca. 11. ait, quod maximum bonorum nobis præstitit Deus, quod sumus. Addi etiam potest ratio, quia esse Existentiæ est actus. Essentia vero habet rationem potentiæ, ergo, &c.

Thomi sententia existentiā esse nobiliorē essentia.

3 Sed audiamus S. Doctorem, vtramque sententiam sic componentem. Essentia dupliciter potest considerari, & dupliciter etiam considerari potest Existentia: primo considerari potest Essentia, vt est in potentia ad esse, & Existentia considerari potest, vt est actus Essentiæ: & hoc modo Existentia simpliciter est perfectior, quam Essentia, quia simpliciter actus est perfectior, quam potentia. Hoc probat secunda Sententia: secundo potest considerari Essentia, quatenus per se, & directe est in Genere, & in aliqua Specie, & sic non potest considerari potest, quatenus tantum reductiue est in aliquo Genere, & dividitur, vel determinatur ad aliquam Speciem, hoc tanto est ratione Essentiæ: & hoc modo perfectior est Essentia, quam Existentia, quia quod per se est in Genere, nobilius est eo, quod est in Genere reductiue tantum, hoc probat prima Sententia: & hæc dicta sufficiant de Ente Methaphisico quatenus Ens secundum se.

Contētur Opiniones.

# VLTIMA DISPVTATIO DE PASSIONIBVS ENTIS

SEX Transcendentia communiter à Philosophis numerantur s. Ens, Res, Aliquid, Vnum, Verum, & Bonum; ex quibus Primum s. Ens late atque diffusè tractatum est, & explicatum in præcedentibus; quia verò duo, quæ sequuntur, s. Res, & aliquid, sunt synonima cum Ente; ideo de Tribus tantum vltimis transcendentibus remanet disputandum per sequentes quæstiones.

## DISPVTATIONIS Vltimæ

De Passionibus Entis.

### Quæstiones Tres.

Quæst. I.
De Prima Entis Passione s. De Vnitate.

Quæst. II.
De Secunda Entis Passione scilicet de Veritate.

Quæst. III
De Vltima Entis Passionum scilicet de Bonitate.

## QVÆSTIO PRIMA

De Prima Entis Passione scilicet De Vnitate.

DAtur multiplex Vnitas, & Prima est transcendentalis: altera est Individualis, Tertia est Vniversalis, quarta tandem est Vnitas, quæ est principium numeri; quia tamen de Vnitate Vniversalitate egimus in priori tractatu Disp. 3. per totam, & de Vnitate, quæ est principium numeri, etiam hoc loco disputauimus in Secundo Tractatu dum agebamus de Quantitate: ideo lo-

loco harum Vnitatum discutiemus de rerum Identitate, quæ valde affinis est Vnitati; & quoniam identitati opponitur distinctio, idcirco totam hanc priorem Quæstionem in tres sequentes principales Articulos dividemus.

## QVÆSTIONIS PRIMÆ

## De Prima Entis Passione, quæ est Vnitas.

### Articuli Tres.

Artic. I.
De Vnitate Transcendentali.
Artic. II.
De Vnitate Individuali.
Artic. III.
De Identitatibus, & Distinctionibus rerum.

## ARTICVLVS PRIMVS
## De Vnitate Transcendentali

IN Præcedenti Tractatu Disp. 1. q. 3. dum agebamus de Vnitate, quæ est principium numeri, aliqua dixisse meminimus de Vnitate Transcendentali; de qua vlteriùs hæc sequentia dubia explicanda supersunt.

## DVBITATIO PRIMA

*Vtrum Vnitas sit Passio Entis, seu aliquid reale, quod Convertatur cum Ente?*

1 TOta Difficultatis ratio oritur ex eo capite, quia Vnitas non videtur adæquari cum Ente, cum ex Arist. 10. Metaphis. Ens dividatur in vnum, & multa, imo non nulli existimant hanc esse primam Entis divisionem: sed nullum membrum dividens potest

æquè

æquè latè patere, ac totum ens, ergo vnum non potest esse Passio Entis: cum omnis Passio debeat dici ad conuertentiam, & consequenter æquè latè patere cum suo subiecto. Secundo. Si vnum esset Passio Entis, ergo esset quid posterius Ente, & Ens esset aliquid Prius, quam vnum, tunc sic, vel Ens illo Prius est vnum, vel non: si vnum: ergo non per vnitatem, quæ sit Passio Entis: si verò non est vnum, ergo erit multiplex, quod dici non potest, quia tunc non posset habere vnitatem pro Passione, cum Passio non oppona tur is, quæ conueniunt subiecto secundùm se. Tertio. Si Vnum, & Ens Conuertuntur, ergo quicquid est præter vnum, nihil est, quia quicquid est præter Ens, est non Ens, vel nihil, sed hoc est falsum, (tantum vnum est), ergo vnum non conuertitur cum Ente.

2 Verius tamen sine vlla controuersia est, Vnitatem esse veram Passionem Entis, & cum Ente adequari, & ad Conuertentiam dici, ita omnes Metaphysici apud Soarez in Methaph. disp. 4. sect. 3. & expressè Egid in 4. Metaph. quæst. 6. Probatur, quia adhoc vt aliqua se consequantur, & dicantur ad Conuertentiam, seu adhoc vt vnum sit Passio alterius, sufficit, quod Ratio vnius cõsequatur omne illud, respectu cuius dicitur Passio, sed Ratio vnius consequitur omne Ens, ergo vnum est Passio Entis, ma nifestatur patere potest inductione in omnibus Proprietatibus respectu subiectorum: Homo enim, & Risibile se inuicem consequuntur, & dicentur ad Conuertentiam, quoniam risibile, seu ratio risibilitatis consequitur naturaliter omnem Hominem minor autem probatur quia ratio vnius est indiuisio in se, & diuisio à quocunque alio sed omnis indiuisio consequitur naturaliter omnem entitatem; nam eo ipso quo aliquid habet esse, eo ipso est distinctum ab omni alio, & indiuisum in se, ergo, &c.

3 Sed Pro Solutione Argumentorum notandum est quod licet vnum, & Ens importent tandem naturam, nec opponantur simpliciter se quantum ad supposita; Nihilhominus vnum, & Ens aliquo modo quantũ ad significata opponuntur; quia Ratio Entis alia est à ratione Vnius, & ab alio sumitur ratio Entis, & ab alio ratio Vnius; nam ratio Entis sumitur ab Esse, ratio autem Vni-

Assertio Communis.

Adducitur alia cõclusionis

te distinguitur ab vno, quod est principium numeri: Est vnum, quod est principium numeri, dicit aliquid positivum, vt solet demonstrari in Prædicamento Quantitatis, ergo vnum, quod convertitur cum Ente, dicit quid privativum. Tertio, si vnum addere aliquod positivum, supra Ens, nec vnum posset corrumpi, absque eo, quod aliquo modo perieret Ens, quod patet esse falsum, probatur sequela, quia quandocumque aliqua ita se habent, quod vnum addit aliquid reale supra aliud, tunc vnum separari potest ab alio.

Ratio-nes pro 2. parte.

Scotista tenent Vnitatem formalem non addere aliquid positivum.

2 Altera Opinio huic primæ contraria asserit, Vnitatem de facto Conceptus formalis importare aliquid positivum, & solum connotare negationem divisionis, Ita Communis consensus omnium Scotistarum cum Subtilissimo in 2. Sent. dist. 3. q. 1. & Conrado agitur & q. Meth. q. 2. Tartar. q. Vnica art. 2. Paul Ven. ctp. 15. sue Meth. Hurtad in Metaph. Disp. 4 sect. 2. Vasq. 1. p. disp. 118. & alii multi apud Suarez in Meth. Disp. 4 sect. 2. fundatur autem hæc secunda Sententia in his rationibus, quarum Prima est, Quia Vnitas in ratione Vnitatis è aliquid de Esse rei, quæ est vna, ergo Vnitas necessario est aliquid positivum, probatur consequentia, quia ratio esse ipsius rei, quæ est vna, est quid positivum, ergo quicquid quid accipitur de ipso, erit pariter quid positivum. Secundo. Vnitas de suo formali importat perfectionem, quia vnumquodque vnum perficitur in suo esse, ergo vnum dictum conceptu formali importat aliquid positivum, consequentia est evidens, quia si vnum importat perfectionem, consequitur importat id, in quo fundatur perfectio, nimirum rationi positivam, quia omnis perfectio in positivo fundatur; quod autem Vnitas importet perfectionem, quod erat antecedens, sic probatur, quia quo magis aliqua sunt vnum, eo magis sunt perfecta, vt constare potest per singula genera vnitatum.

Ista in quibus agitur de hac difficultate.

3 Hanc difficultatem movet Ægidius in multis locis præsertim in primo Sent. dist. 24 q. 2. vbi quærit, an Vnitas in Deo dicat positionem vel privationem? Vbi tandem eadem re differit in 4. Metaph. q. 7. sub his terminis. An Vnum addat aliquid supra Ens? Et autem videamus, quid ex vtriusque locis colligendum sit pro conciliatione Vtriusque Sententiæ? pri-

m 2

mo supponendum est, quod Trascendentia à non Trascendentibus in duobus præcipuè differunt: Primo differunt, quia Trascendentia de omnibus prædicantur: non Trascendentia verò minimè, idque rectum est apud omnes. Secundo distinguntur, quia in Entibus nō Trascendentibus licet posse vnum conuertatur cum priori: potest tamen posterius addere aliquid reale supra suū prius, vt patet de homine, & de risibili: sed in Trascendentibus Generalibus non est possibile, quod posterius addat aliquid reale supra suum prius, & quod etiam conuertatur cum illo.

4 Secundo obseruandum est maximè cum Ægid. in 4. Metaph. q. 8 quod Ens, Aliquid, & Res, primo imprimuntur in anima, cætera verò ab his posterius imprimuntur: & quia vnum est posterius ad Ens, & omne posterius addit aliquid supra illud, respectu cuius est posterius: hinc est, quod vnum addit aliquid supra Ens, non ita vt vnum sit specialis modus essendi, superadditus Enti, quia si vnum esset specialis modus essendi, tunc contraheret Ens, atque adeo non posset conuerti cum Ente: sed ita vnum est posterius Ente, vt addat aliquid supra intellectum, seu supra conceptum Entis; Quoniam verò id, quod additur alicui, est præter naturam eius, cui additur, & illud cui fit additio, nunquam prædicatur de eo, quod additur sibi, ideo cum Vno tantum sint præter rationem Entis, de quibus Ens prædicari non potest, s. Relationes, & Priuationes, (Priuationes enim non sunt Entia: sed sunt non Entia: Relationes etiam nec sūt aliquid, sed sūt Ad aliquid) ideo vnum supra Ens non potest addere nisi vel priuationem, vel relationem; sed non potest addere relationē quia solum Bonum, & Verū addunt relationem supra Ens: nam Verum addit Relationem ad Intellectum: Bonum autem ad appetitum, ergo vnum non Addit supra Ens nisi priuationem, s. Indistinctionem.

5 Potestque id declarari magis exemplo, quo vtitur Ægidius in 4. Metaph. q. 6. vbi ait, quod ita se habet vnum, & Ens, sicuti se habet homo, & Animal. Homo autem, & Animal non opponuntur simpliciter inter se, cum Animal includatur in homine; sed opponuntur aliquo modo, quatenus s. Animal est Vniuersalius homine. & Homo est quid par-

ticularius Animali: hinc fit, ma tur Homo, pro ut includit Animal, seu prout non ponitur cum Animali: tunc ratione Trascendentiæ, seu inclusionis Animalis in homine, non potest aliquid affirmari de Homine, quod non conueniat alteri; Sed dicimatur Homo quatenus aliquo modo opponitur cum Animali, tunc homo aliquid addit supra Animal, & hoc additum non conuenit Homini, vt non conueniat Animali; imo idem superadditum est proprium Hominis, vt de tali superadditio non prædicetur Animal, quia rationalitas, quæ est ratio formalis Hominis, non est Animal.

¶ Nunc ecce

Contra hanc Opinionem

Vbi Vnum sumatur secundum rem, seu ratione suppositi, & quatenus non opponitur Enti, sed quatenus includit: hic Vnum dicit positionale, & hoc vltra secundam sententiam; si vero Vnum sumatur secundum significatum, & rationem formalem; sic dicit puram negationem, & hoc intendit prima Sententia.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### De Vnitate Individuali.

HVnc Articulum de Individuali Vnitate, sa- mus diligenter explicaturi: tam quia hic Tractatus est in Metaphysica principalis, tum etiam quia agnoscere quid nam sit in singulis rebus Individuationis principium, maximè erit vtilitatis; perficiemus ergo præsentem Articulum sequentibus Dubitationibus.

## ARTICVLI SECVNDI

### De Vnitate Individuali.

### Dubitationes Quinque

#### Dub. I.

*Quid nam sit Principium Individuationis in Substantijs materialibus?*

#### Dub. II.

*Vtrum Accidentia materialia extra Quantitatem individuentur à Subiecto?*

Dub.

Dub III.

*V. Quantitas individuatur per se ipsam independenter ab omni Subiecto*

Dub. IV.

*V. Individuatio in Accidentibus corporalibus fit Accidens, vel Substantia?*

Dub. V.

*Quodnam est Principium Individuationis in Substantijs Spiritualibus; & an in huiusmodi Substantijs Individuatio fit Accidens?*

---

## DVBITATIO PRIMA

*Quodnam sit Principium Individuationis in Substantijs materialibus?*

IN rebus materialibus quatuor possunt considerari (Materia, Forma Substantialis, ipsa Accidentia, & Materia subjaliqua Accidente, & propterea sub hoc titulo quatuor Subdubitationes sequentes fiunt videndæ.

## DVBITATIONIS Primæ.

## De Principio Individuationis in rebus corporalibus.

## Subdubitationes IV.

Subdub. I.

*V. In Substantijs materialibus Principium Individuationis sit sola Materia?*

Subdub. II.

*An in Entibus corporalibus principium Individuationis sit sola forma Substantialis?*

Subdub. III.

*V. in Entibus corporalibus Accidentia sint principium Individuationis?*

Subdub. IV.

*An materia signata Quantitate, sit principium Individuationis in rebus corporalibus?*

---

## SVBDVBITATIO I.

*V. In Substantijs materialibus Principium Individuationis sit sola Materia?*

Pri-

1 PRima Sententia affirmat, quia ad constitutionem Individuæ Substantiæ non concurrit nisi materia, & forma; ergo cum forma non possit esse principium Individuationis; quia hæc est principium Speciei (quæcumque differunt forma, differunt Specie) sequitur quod sola Materia sit principium Individuationis. Secundo. Materia præcedit formã ordine naturæ, ergo Materia prius est hæc, & Individua, quam forma recipiatur in ea. Tertio. Ex Arist. 5. Meth. Omnia sunt vnum numero per hoc, quod habent eandem Materiam, ergo, &c. Quarto. Et eodem Philosopho 1. de Cælo, sic dicente (Cum dico Cælum, dico formam, cum dico hoc Cælum, dico Materiam) Sed hoc Cælum est Individuum, ergo Individuatio in rebus materialibus est Materia.

prior sẽtia affirmat

2 Altera Sententia negat, Materiam esse principium Individuationis, cuius principium fundamentum est, quia per Materiam, quæ est pura potentia, nullum Individuum distinguitur, cum ex 3. de Anima solus actus sit, qui distinguit, ergo Materia non potest dici principium Individuationis. Secundo. Materia est eadem in omnibus, habentibus eam, vt communiter docet Philosophus in pluribus locis, ergo Materia non potest esse principium Individuationis.

refertur ista negans.

3 Pro decisione advertendum est: quod Materia dupliciter potest considerari, primo secundum se, & sumpta, idest quatenus est denudata omni forma tam Substantiali, quam Accidentali. Secundo sunt potest, vt est signata per aliquas conditiones, ita vt sit hæc, & non alia: quomodo autem signetur Materia, an per Quantitatẽ vel per aliam formam? Ex sequentibus declarabitur.

4 Qua distinctione supposita, dico

CONCLUSIO PRIMA.

Materia secundum se nuda sumpta idest denudata omni forma tam Substantiali, quam Accidentali, de nullo modo dici potest principium Individuationis, hoc probat secunda Sententia, idque manifestè deduci potest ex doctrina Ægidij in 2. Sent. dist. 3. p. 1. q. 2. & extra eas rationes superaddendum est, si potest amplius confirmari, quia Materia secundum se, quatenus non est signata per aliquam formam, nul-

nullo modo est actus, nec minus ita est hoc, ut non sit alia, ergo Materia denuda ta omni forma, non potest esse principium Individuationis: probatur consequentia, quia omnis Individuatio est ab actu.

3 Ad Materia signata per conditiones Accidentales, in omni rigore loquendi est principium Individuationis. huc intendit prima sententia: cui in hoc sensu Aegidius non contradicit.

## SVBDVBITATIO II.

### Vtrum in Substantijs Materialibus principium Individuationis sit sola forma Substantialis?

1 Sententia affirmans sic arguitur fundamentis: quia per formam Substantialem quaelibet res habet simpliciter esse: ergo per eadem formam Substantialem habet res, quod sit Individua. Secundo ait Commentator in 1. de Anima, quod Individuum non est hoc, nisi per suam formam ergo, &c. Tertio. Individuum in compositis ex materia, & forma debet fieri per aliquod proportionatum fientium Entibus sapientibus; sed in Substantijs separatis Individuatio fit per formam, ergo eodem modo in Substantijs Materialibus. affirmans

2 Qui vero negant, formam Substantialem esse principium Individuationis, sic id videntur ostendere. Species & Individuum sunt oppositarum conditionum, ergo id, quod est principium Speciei, non potest esse principium Individui: sed forma Substantialis est principium Speciei, ergo, &c. Secundo. Individua eiusdem Speciei non conueniunt in Specie, sic per se loquendo conueniunt in forma Substantiali, ergo forma Substantialis non potest esse principium Individuationis, antecedens est clarum, & consequentia sequitur. negans

3 Sed permittenda est eadem definitio de forma, quam praemisimus de Materia; forma enim Substantialis Materialis dupliciter sumi potest: primo quatenus est signata, seu recepta in hac Materia signata, vel quatenus ita est haec, et non sit alia: secundo considerari potest secundum se, seu essentialiter, & secundum formam esse Vniuersale, seu quatenus non est signata, nec re-

cep-

cepta in hac materia.

4 Hac distinctione præmissa ecce

## Concordia Opinionum

Si accipiatur forma Substantialis quatenus est signata, & recepta in hac materia, sic forma Substantialis est principium Individuationis hoc sensu accepti: priorem Sententiam, quæ potest amplius sic confirmari. Quodlibet Individuum materiale Substantiale in esse Individui non minus pendet à forma substantiali quam à materia; ergo sicuti materia signata est principium radicale Individuationis: ita etiam, & forma recepta seu signata dat formaliter Individuo; quod fit Individuum.

5 Potest autem forma Substantialis materialis quatuplicifer individuari, & sic hæc, primo si recipiatur in hac parte materiæ, & non in alia ut Mundus est hic, & non alius, quia fit ex hac parte aeris seu ex hoc auro, & non ex alio, secundo si recipiatur tota materia sua, ut Sol est hic, quia constat ex tota materia solis, itaut nihil reperiatur de Materia Solis extra Solem. Tertio, si recipiatur in tota materia simpliciter, ut hoc Universum est Individuum, quia constat ex tota materia simpliciter: & hi tres modi sunt constituti secundum ordinem naturalem. Quarto potest individuari forma Substantialis, si recipiatur in materia non Quanta, seu in materia signata non Quantitate, seu à tali alia forma Accidentali, & hic modus individuationis non est constitutus in natura, sed possibilis secundum alium ordinem.

6 Si vero forma Substantialis materialis accipiatur secundum suum esse Universale, & quatenus nec est recepta in hac materia, nec minus est signata, ita ut Scotus in hoc sensu forma Substantialis materialis nullo modo est principium Individuationis: eum potius juxta hanc acceptionem sit principium Speciei, in hoc assentimur secundæ Sententiæ. Cujus ratio principalis extra ibi adducta, sic potest formari; quia forma Substantialis secundum suum esse Universale, & quatenus non est recepta, nec signata, non constituit, nec distinguit Individuum: quia Actiones, compositiones, & Existentiæ non sunt Universalium per se, sed potius sunt particularium:

Si-

sicut ergo agens non agit in materiam secundum esse Vniuersale, sed agit in hanc materiam: ita in hanc materiam non introducit formam secundum esse Vniuersale: quia ad formam Vniuersalem nullus est motus: sed introducit hanc formam

## SVBDVBITATIO III.

### V. *In Entibus corporalibus Accidentia sint principium Individuationis?*

1 DVbitandi ratio nascitur ex triplici capite. *Primum caput est*, quia materia non est principium Individuationis, nisi signata, à conditionibus Individuantibus, quæ sunt hic, & nunc: sed esse hic, est esse in loco: ergo quodlibet Accidens superadditum rei locatæ, licuit esse hic, & esse in tempore, eique similiter quodlibet Accidens superadditum rei temporali, ergo Materia non est principium Individuationis, nisi in signata Accidentibus, ergo Accidentia non solum sunt principium Individuationis, sed etiam ipsa Individuantia in substantijs materialibus est Accidentalis. *Secundum caput difficultatis est*, quia quæ differunt solo numero, differunt Accidente: sed omnia Individua eiusdem speciei differunt solo numero, ergo omnia Individua eiusdem Speciei differunt Accidente: sed quæ differunt Accidente, cõstituuntur in esse per Accidens: nam idem est principium constitutionum, & distinctionum rei, ergo Individuatio est Accidentalis. *Tertia ratio difficultatis* sic datur in multis quibusdam aliorum Doctorum, ex quibus omnibus hic conficitur tertia ratio. Individuatio non dicit substantiã tantum: quia materia tantũ nude sumpta, & non signata Accidentibus, nullatenus est principium Individuationis, vt in prima Subdub. ostendimus: nec potest ille aggregatum ex substantia, & Accidente, quia si hoc esset, nullum Individuum esset de re ste in Genere Substantiæ tam aggregatum ex substantia, & Accidente, quia Accidens in Predicamento Substantiæ esse nõ potest, ut ostenditur, quod Individuans dicat tantum Accidens.

2 Fateor quidem has ratiõ-

*Dubitãdi ratio sumitur ex triplici capite.*

*1. caput difficultatis.*

*2. ratio difficultatis.*

*3. ratio difficultatis.*

Materia signatur per conditiones individuales, quæ sint hic, & nunc

nes valde urgere, & propterea. Primo observandum est, quod *Individuum* idem est, ac non divisum, seu non divisum, vel non plificatum; unde hic homo signatus, qui plurificari non potest, *Individuum* est: habet autem quælibet forma Substantialis materialis Individuationē per hic, quod recipitur in *Materia*: Sed hoc non potest facere materia quocunque modo sumpta, nisi sumatur sub esse signato, i. sub quibusdam conditionibus Individuantibus, quæ sunt hic, & nūc: dicitur *Materia* esse hic, & nunc Quando ita est hæc, vt non sit aliàs quomodo autem, & per quam formā debeat signari Materia, & sic vt hæc, in sequenti subtilitatione declarabitur, pro nunc sufficiat, quod nulla res materialis posit esse individua, nisi per materiam, signatam aliqua forma Accidentali, seu per Materiam, quæ ita sit hæc, vt non sit alia.

3 Quod si petes, an Materia signata per conditiones Accidentales, quæ sint hic & nunc, sit aliud essentialiter, quam Materia? pendet ex alibi dictis, & respondeti debet, quod Materia signata, habens modum Accidentalem, non est aliud, quam Materia: nec Materia signata per conditiones Accidentales extrahitur à proprio Prædicamento Substantiæ: sed si Materia nudè sumpta sine vlla signatione pertinet ad Prædicamentum Substantiæ; etiam Materia signata vel per Quantitatem, vel per Qualitatem, pertinet ad idem Prædicamentum Substantiæ, quia modus rei non extrahit rem à proprio Prædicamento.

4 Nec differre solo numero in Substantijs materialibus est differre solum Accidente; sed differre numero in eisdem Substantijs est differre materialiter: sicuti differre Specie est differre formaliter: & quia Materia, quantumcunque signata per conditiones Accidentales non est aliud, quam Substantia ideo Individua Substantialia, quæ dicuntur differre numero, & materialiter, non differunt accidentaliter; sed potius Substantialiter.

5 Beneverum est, quod licet Individua Substantialia non differant accidentaliter nec Individuatio in Substantijs Materialibus sit Accidens; tamen ad ipsam Individuationem aliquid faciant Accidentia: & talitèr, quod si nullum in Materia esset Accidens, nullo modo Ma-

te-

teria posset Individuare formas Substantiales: Accidentia ergo facient ad Individuationem: sed ipsa Individuatio formaliter dicit esse Accidens: sed tantum causaliter.

6 His omnibus sic notatis: sit nostra Conclusio. In Substantijs materialibus Individuatio non est formaliter Accidentalis: licet causaliter possit dici Accidens, quatenus ad talem Individuationem aliquo modo cooperantur Accidentia, ita tenet Aegidius in Quolib. 1. q. 11., & expressius in 2. Sentent. d. 3. q. 1. a. 1. probatur Assertio quo ad primam partem, quia Materia signata per Accidentia, essentialiter non est aliud, quam Substantia, ergo Individuatio in Substantijs Materialibus formaliter est Substantia: consequentia tenet, probatur antecedens, quia si Materia signata per Accidentia, essentialiter, quam Substantia, maxime propter modos Accidentales, sed iam plerisque est ostensum esse, quod modi Accidentales materiæ non extrahunt Materiam ad Genere Substantiæ, ergo &c.

7 Probatur modo altera pars. Materia non Individuat formas Substantiales Materiales, nisi quia est signata, ergo cum Materia non signetur nisi per Accidentia sequitur, quod Accidentia in Substantijs Materialibus aliquo modo cooperantur ad Individuationem Substantiarum.

8 Restat satisfacere rationibus in contrarium ad primam concessa maiori, distinguenda est minor, esse hic, & nunc sic sumatur vt sunt res, & formæ perficientes Subiectum localem, & temporalem: sic verum est, quod esse hic, & esse nunc sint Accidentia realia, pertinentia ad diuersa Prædicamenta Accidentium: sed si esse hic, & esse nunc accipiantur, vt conditiones Materiæ, & quædam participationes Accidentiales non sunt Accidentia superadditæ materiæ: sed Essentialiter sunt ipsa Materia; quia vt sæpius dictum est, modus rei non extrahit rem à suo proprio Prædicamento.

9 Ad secundam Rationem patet Solutio Periam dicat: differre enim solo numero in Substantijs materialibus, non est differre Accidentaliter, sed est differre materialiter, sicuti differre Specie: est differre formaliter.

10 Ad vltimam Respondetur, quod Individuum in Substantijs materialibus non ex-

Aaaaa 2 di-

Conclusio principalis.

Individuatio in Substantijs materialibus formaliter est Substantia

Probatur prior pars Assertionis

Satisfit rationibus in contrarium

differre numero est differre materialiter.

Et. ad VI rimam rõnem.

dicit tantum Accidens, nec dicit aggregatum ex Substantia, & Accidente: sed dicit Subsistentiam tantum: ergo Materia signata ab Accidentibus, non est aliud, quam Substantia.

## SVBDVBITATIO IV.

*V. Materia debeat à Quantitate signari, ad hoc, vt in rebus Corporalibus sit principium Individuationis?*

1 HÆc difficultas non procedit secundùm aliam ordinem rerum, quem potest Deus constituere inter eas talibus, vt non esset debere, quod formæ Substantiales reciperentur in materiâ non Quantâ; tunc Materia non Quanta magis individuaret, quam nunc facit Materia Quanta: ita supponimus cum Scoto in 2. Sent. dist. 3. in resolutione dubij primi, cuius ratio illa est, quia Individuum nihil aliud est, nisi non diuisum, sed si Materia non esset Quanta, & tamen esset signata alia forma Accidentali, quæ non recipieret nisi vnam formam, & illa forma nullo modo posset plurificari, ergo talis forma sic set magis Individua, & magis non diuisa, quam si reciperetur in Materia Quanta, procedit ergo præsens difficultas secundum cursum naturæ, & est quæstio, an omnis Individuatio in Substantijs corporalibus sit a Materia Quanta, etsi non præcederet Quantitas in Materia, nunquam Materia individuaret formas materiales?

2 Et prima Sententia negat absolutè, Quantitatem concurrere ad Individuationem corporum: quia si Quantitas esset principium Individuationis, tunc individua Prædicamenti Substantiæ vel esset Accidens, vel esset aggregatum ex Substantia, & Accidente; sed vtrumque est falsum: ergo, &c. Illud, ex quo sequitur, probatur sequela: quia vel principium Individuationis ponitur sola Quantitas, vel ell Materia simul cum Quantitate; si sola Quantitas, ergo Individuatio est prima Accidentis, & Materia cum Quantitate, tunc individuum est Ens per Accidens, quia Materia cum Quantitate facit aggregatum ex Substantia, & Accidente. Secunda Nullum po-

posterius est causa prioris: sed Individuum Quantitatis est posterius Individuo Substantiæ, ergo Individuū Quantitatis non potest esse principium Individui Substantiæ: Maior est clara: probatur minor, quia licet Substantia vt est Genus Predicamentale, sit essentialiter prior omni Quantitate; sic etiam vt est Genus Subiectibile pertinet Individuū Substantialis, est similiter prior.

3 Dicendum tamen cum Egidio in Quodlib. q. 11., & etiam in 2. Sent. dist. 3. q. 2. in expositart. 1. Quod secundum naturam, sola Materia Quanta est principium Originale Individuationis in Substantijs corporalibus, itaq; ideo individuantur formæ Substantiales, & Individua rerum corporalium explicentur numero: quia Materia est Quantitate signata.

4 Vt hanc assertionem sub stabili fundamento probemus, supponendum est (ex primis, id, quod ex prædictis ostendemus in Physicis) quod secundum ordinem naturalem nunquam Materia separatur a Quantitate: nec vnquam naturaliter fit vna materialis recipiens in Materia, quæ non sit Quanta, figurata; Hoc autem sic declaratur. Non est possibile, quod dentur plura materialia distincta, nisi per Quantitatem, quæ in Materia præcedat omnem formam Substantialem. Etenim D. Pater Augustinus 12. confess. docet, quod omne informe origine præcedit formatum, quod specialiter inquit propter ipsam Materiam: vnde ibidem ait, quod prior est Materia, quam quod ex ea fit; origine ergo prius intelligitur esse Materia, quam quod Materia formam suscipiat: si igitur sunt duo materialia; prius origine intelligitur esse talis materia huius, & illius materialis, quam intelligatur hæc, vel illa Materia per fici per hanc, & illam formā: & exconsequenti in ipsa Materia sic informi necessario præintelligi debet aliqua diuersitas, vt possit recipere diuersas formas; hæc autem diuersitas in Materia quia non potest esse per hæcceitatem, quia Materia secundum Scientiam non habet diuersitatem, necessario erit per partibilitatem Materiæ, quatenus Materia habet aliam, & aliam partem, in qua alia, & alia parte suscipiatur alia, & alia forma: & quia omnis diuersitas impartibus est per Quantitatē,

D. Aug. informe origine præcedit formatū

Ratio 1. Quæ

Ex hac ratione patet quod materia non quāmateria separatur a Quantitate

2 Quæ

e-

necessario debet in Materia precedere Quantitas omnem formam, vt sint plura materialia distincta.

Materia nō pōt suscipere diuersas formas nisi p Quantitatem

5 Et si dicatur, quod omni distinctio est per formam, & quod hoc materiale idem differt ab illo materiali, quia in hac Materia est vna forma, & in illa Materia est alia forma.

6 Contra hoc, quia ipsum informe est Materia, quæ originē precedit formarum, de se est Vnum quid; ipsi ergo informi, quod priori tate originis præintelligitur Vnum, non potest primo aduenire nisi vna tantum forma: quæ forma adueniente, tunc vel per ipsam fit diuersitas in Materia, vel non? Si non, tunc in illo informi non possent recipi diuersæ formæ, quia in eodem quæ informi Plures formæ aduenire non possunt; & si forma adueniens Materiæ facit diuersitatem in illa Materia informi, tunc poterunt in tali Materia recipi diuersæ formæ: sed quia sola Quantitas est illa, quæ facit diuersitatem in suo subiecto (esse enim Quantitatis est esse extensum, seu habens diuersitatem in partibus) ideo sola Quantitas potest esse origo, vt materialia sint plura.

7 Quibus ita præmissis probatur nostra pōsitio. In Substantijs materialibus principium Individuationis nō est Materia signata ab alia forma præter Quantitatem, quia nulla alia forma præter Quantitatem potest causare diuersitatem in Materia, figuretur, quod in Substantijs corporalibus principium originale omnis Individuationis, & pluralitatis numericæ sit sola Materia, à Quantitate signata.

Materia non potest cum alijs

8 Nunc argumentis in oppositum Respondetur. Et ad primum dicimus, quod Individuum in Substantijs materialibus neque est Accidens, neque est aggregatum ex Substantia, & Accidente, sed simpliciter est Substantia: quia Materia signata Quantitate, sicut nihil est aliud quam Materia, ita nō est aliud, quam Substantia.

Argum. in contrarium

Materia quanta nō est aliud quā Substantia.

9 Ad secundum Respondetur, quod Quantitas non est posterior ad substantiam quia nunquam Quantitas separatur à Materia immo Quantitas in Materia precedit omnem Substantialem, vt possint esse plura materialia diuersa; & si Quantitas non precederet formam Substantialem, nunquam essent plura materialia diuersa, vt dictum est.

DY-

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Accidentia Materialia extra Quantitatem de potentia Dei absoluta possint Individuari independenter à Subiecto?

1 ACcidentia materialia extra Quantitatem sunt in duplici differentia, alia sunt successiva vt motus, tempus, &c. alia sunt permanentia, vt Qualitas. Actio, &c. De Successivis certum est, quod sicut non possunt esse etiam per Divinam potentiam sine Subiecto, quia impossibile est omnino, quod fit motus, & nihil moueatur; ita etiam est impossibile, quod Accidentia successiva individuentur sine omni Subiecto.

2 Tota præsens difficultas est de Accidentibus permanentibus extra Quantitatem & est dubium, an Accidentia materialia permanentia extra Quantitatem ita individuentur à Subiecto, vt aliter individuari non possint?

3 Et potissima petita dubitandi est, quia omnia Accidentia materialia permanentia extra Quantitatem saltem per Divinam potentiam possunt esse sine omni Subiecto, ergo talia Accidentia possunt individuari independenter ab omni Subiecto: antecedens patet in Sacramento altaris consequentia sequitur, quia ideo Accidentia successiva non possunt individuari sine Subiecto, quia per nullam potentiam possunt esse sine Subiecto; ergo si Accidentia permanentia saltem supernaturaliter possunt esse sine Subiecto, poterunt etiam Individuari independenter ab omni Subiecto.

4 Sed contra tamen est, nullum Accidens materiale etiam permanens (exceptis tantum Quantitate) posse individuari independenter ab omni Subiecto. Ita Aegidius in Theorem. de Corpore Domini propositione 36. probatur autem hæc esse; quia omnia alia Accidentia præter Quantitatem non habent esse signatum, nisi quia recipiuntur in Subiecto signato: ergo omnia Accidentia præter Quantitatem non possunt Individuari nisi quia recipiuntur in Subiecto signato, consequentia sequitur, probatur antece-

cedens, quia sicuti quælibet forma Substantialis materialis secundum se non habet esse signatum, nec aliter potest individuari, nisi quia recipitur in materia signata ita Accidentia materialia secundum eorum Essentiam non habent, nec habere possunt esse signatum, seu esse hoc, nisi cum recipiuntur in Subiecto signato: nec pars ritas deneganda est, quia maiorem dependentiam habent Accidentia à Subiecto, quam forma Substantialis à Materia.

5 Ad Rationem dubitandi negandus est antecedens, quod alia Accidentia permanentia præter Quantitatem possint esse sine Subiecto, sicut in Sacramento Altaris, quam vis credamus, Quantitatem per se esse sine omni Subiecto; reliqua tamen Accidentia non posse etiam Diuinitus esse sine omni Subiecto: sed necessario fundari debent in Quantitate, vt in sequenti Dubitatione ostendemus.

Sidamē tā conclōnis.

## DVBITATIO TERTIA

*V. Quantitas Individuetur per se ipsam independenter ab omni Subiecto?*

1 RAtio dubitandi est, quia reliqua Accidentia materialia non successiua tantum etiam permanentia nec per Diuinam potentiam possunt individuari independenter ab omni Subiecto, vt diximus Dubitatione precedenti: ergo nec minus Quantitas individuari potest sine omni Subiecto: probatur consequentia, quia eadem est ratio de Quantitate, & de alijs Accidentibus saltē permanentibus: quia habēt essentialem dependentiam à Subiecto.

2 Aegidius tamen in Theorematibus de Corpore Domini propos. 36. resolvens hoc dubium, docet, solam Quantitatem inter omnia Accidentia tam successiua, quam Permanentia indigere per seipsam independenter ab omni Subiecto; addit atque ibi huius rei rationem: quia inter omnia Entia corporalia, tam Substantialia, quam Accidentalia sola Quantitas est per se ipsam hic, & nunc independenter ab omni alio; & reliqua omnia sunt talia per Quantitatem, ergo sola Quantitas Individuatur per se ipsam independenter ab omni alio, & reliqua omnia corporalia individuantur per Quantitatem; consequē

1. ratio Affirmo nis

tia

cia tenet, qua illud est individuum, quod est hic, & nunc; probatur antecedens, quia omnia corporalia determinantur ad locum, & ad tempus per Quantitatem, ita sola Quantitas sit ratio essendi in loco, & in tempore, ergo nihil esse potest in loco & in tempore, quod non habeat Quantitatem, imo nec ipsa Materia habet esse figuratum, ita vt sit hic, & nunc, nisi per conditiones, & dimensiones Quantitatis, vt dictum est in ipsa; sola ergo Quantitas est ratio essendi hic, & nunc: ipsa vero Quantitas non est per aliud hic, & nunc, sed per se ipsam: ergo Quantitas per se ipsam individuatur, & est hæc: cetera vero alia habent esse figuratum per Quantitatem.

3 Et confirmatur, quia sola Quantitas per se ipsam habet partes, & per se ipsam plurificari potest sub eadem Specie; ergo cum talis plurificatio esse non possit sine Individuatione; sequitur, quod sola Quantitas per se ipsam est hæc, atque adeo ad hoc vt individuetur non indiget Subiecto; sed potius Subiectum individuatur per ipsam.

4 Ad dubitandi rationem concesso antecedente, neganda est consequentia, ad

MAG. BONHERBA

cuius probationem dicimus non esse eandem rationem de Quantitate, & de aliis accidentibus; nam Quantitas per se ipsam est hic, & nunc, & plurificari potest sub eadem Specie; reliqua vero Accidentia non sunt hic, & nunc, nec minus plurificari possunt sub eadem Specie nisi per Quantitatem.

## DVBITATIO QVARTA

### V. Individuatio in Accidentibus Corporalibus sit Accidens, an Substantia?

1 PRæsens difficultas nō est de Individuatione Quantitatis: nam si hæc Individuationem habet a se independenter à Substantia procul dubio Individuatio Quantitatis *Accidens est*, & non Substantia: Aliqua tamē nūbula Dubitario esse potest de Individuatione aliorum Accidentium à Quantitate, quæ individuationem accipiunt à Subiecto.

2 Et dubitandi ratio est, quia ideo Individuatio in Substantijs corporalibus est Substantia, quia est à Materia signata, quæ etiam vt

signata, nihil aliud est, quàm Substantia: sed Individuatio in Accidentibus materialibus est similiter à materia signata, quæ non est aliud, quam Substantia, ergo Individuatio in Accidentibus præter Quantitatem, est Subjectum.

3 Breviter tamen dicimus, quod licet in omnibus Substantijs materialibus omnis Individuatio sit Substantialis, non obstante, quod principium Individuationis hujusmodi sit Substantia cū Accidentibus corporalibus quæ sibi Individuatio efficaciter est Accidentalis, non obstante, quod in humano principium Individuationis sit Accidens. & Substantia sit dubium ex Egidio in 2. sent. dist. 3. q. 1. sic resolutorie dubio primo; vbi habet hæc verba (*propter quod dicimus, quod alter est Individuatio de Accidentibus, & aliter in Substantijs sensibilibus: in Accidentibus enim ipsa Individua sunt Accidentia: in Substantijs autem sensibilibus Individua non sunt Accidentia: sed ad eorum Individuationem aliquid requirendum Accidentia*)

4 Potest autem probari posita conclusio, quia in Substantijs corporalibus principium Individuationis est Substantia, & Accidens vt Substantia sit res, & Accidens sit modus Substantiæ, & quia Substantia cum modo Accidentali nihil est aliud, quàm Substantia, quia nulla res in aquam extra habet suum proprium Esse, ideo in Substantijs corporalibus principium Individuationis simpliciter est Substantia: licet concurrat cum Substantia aliquo modo Accidens. At in Accidentibus Principium Individuationis non est Substantia, & Accidens: sed potius est Accidens, habens modum Substantiæ, quod sic facile declaratur, quia illud est radicale principium Individuationis in quo Accidentia radicantur cum ergo omnia Accidentia materialia sint radicata in Accidente, & recipiantur immediatè in sola Quantitate, non quia sumpta: sed in Quantitate, quæ sit in Substantia, seu in Quantitate habente modum Substantiæ: hinc sequitur, quod principium originale omnis Individuationis in Accidentibus materialibus non sit Substantia cum Accidente: sed potius Accidēs cum modo Substantiali.

5 Et hæc dicta in Substan-

tia

ellis materialibus quodlibet Individuum essentialiter est Substantia, analiter tamen potest dici accidens, quatenus ad ipsum aliquo modo concurrit accidentaliter: ita in Accidentibus materialibus quodlibet Individuum essentialiter est Accidens, licet etiam possit aliquo modo dici Substantiale, quatenus aliquo modo Substantia concurrit ad individuationem Accidentium. Et per hanc patere potest ad rationem dubitandi.

## DVBITATIO QVINTA

*Quod nam sit principium Individuationis in Substantijs Spiritualibus: & an in huiusmodi Substantijs Individuatio sit Substantia?*

1 SVpponimus in quacunque re esse Individuationem, quia Individuum nihil aliud est, nisi una divisum: sed in Substantijs separatis (cum creatis dicat quandam essentialem dependentiam, quod dici non potest, ergo in talibus Substantijs est Individuatio, quod supponimus in titulo Dubitationis) Quaerimus autem primo, quod nam sit principium Individuationis in Angelis? & secundo, An Individuatio in huiusmodi Substantijs sit Substantia, vel Accidentalis? Qui integra quaestio duplici conclusione Respondendi erit.

2 Prima Conclusio. In omnibus Substantijs separatis per se subsistentibus principium Individuationis est ipsum esse per se, seu hoc quod est non recipi in Materiam. Sic docet Aegid. in 2. Sent. dist. 3. q. 2. in resolutione artic. 3. probatur facile, quia omnis forma, quae de se non est nata recipi in Materia, sed est per se existens, eo ipso quod est talis, de se non est plurificabilis: sed quilibet Substantia separata est forma per se existens, & de se non est nata recipi in Materia: ergo, &c. minor, & consequentia probatione non egent: probatur maior, quia nihil, quod habet esse per se secundum quod huiusmodi est Universale: nam nihil per se existens, est Universale: quilibet ergo forma, quae est per se existens, & non est nata recipi in Materia, est individua.

Quilibet Substantia separata individuatur per non recipi in Materia.

3 Secunda Conclusio. Individuatio in substantijs se-

parata non est Accidentalis, nec ad individuationem Substantiarum separatarum cooperantur Accidentia: nec minus dictæ Substantiæ separatæ individuantur per Materiam, vel per aliquid annexum Materiæ, sed se ipsis sunt hoc aliquid, & individuum, & Individuatio ita hujusmodi simpliciter est Substantia. Ita Ægidius loco supra citato, & probatur: quia Substantiæ separatæ sunt formæ per se Existentes, ergo seipsis sunt hoc aliquid: & per consequens Individuum in hujusmodi Substantiis non est Accidentalis, sed simpliciter Substantialis.

## ARTICVLVS TERTIVS

### De Distinctionibus Rerum.

REm Identitas, ut tangebamus in principio Quæstionis, est valde affinis Unitati, imo ferè cum Veritate coincidit tanquam quædam Species Veritatis, quia ut Arist. ait 1. Methaph. text. 16. Identitas est Unitas quædam: sed quia Oppositorum eadem est ratio, & Identiti opponitur distinctio; operæ erit in præsenti Articulo per Dubitationes sequentes declarabimus naturam Distinctionis.

---

## ARTICVLI TERTII

### De Distinctionibus Rerum.

### Dubitationes Tres

Dub. I.

*An inter distinctionem realem & rationis detur aliqua distinctio media?*

Dub. II.

*Quid, & quotuplex sit distinctio realis?*

Dub. III.

*Vtrum distinctione reali & rationis dentur gradus, ita ut una sit major altera?*

---

## DVBITATIO PRIMA

*An inter distinctionem realem, & rationis detur aliqua distinctio media?*

1 HÆc Dubitatio est controversa non parum inter Sanctum Tho-

mam

mam, & Scotum. Angelici cum eorum Principe D. Thoma non agnoscunt nisi duo Genera distinctionum scilicet realem, & rationis: At Subtilissimus Scotus cum suis sequacibus extra realem distinctionem, & rationis amicte quidam tertiam distinctionem, quae media communiter appellatur; seu formalis ex natura rei: Singula horum Doctorum beneplacita cum propijs fundamentis sunt diligenter examinanda; & postea cum Christi gratia conabimur ratiorum Virorum Iudicia ad Concordiam reuocare.

Asserunt ergo Thomistae omnem rei distinctionem, vel esse realem, vel esse rationis, nullamque aliam esse admittendam distinctionem, quae ad realem, vel rationis non reducatur. Sequuntur sententiam S. Thomae Durand. in 1. dist. 2. q. 1. Ochan q. 3. Caiet. 1. p. q. 54. art. 3. Soto q. 3. Vasquez alium, & quam plures alij, quos refert, & sequitur etiã Suarez in 1. Thomae Met. disp. 7. sectione 1. num. 9. sunt autem fundamenta potissima pro hac sententia, quae sequuntur primo. Omnia Entia vel sunt realia, vel sunt rationis: ergo distinctio vel est realis, vel est rationis; consequentia tenet, quia distinctio sequitur Entitatem: antecedens est Arist. 5. Metaph. text. 14. nam cum hae includant immediatam contradictionem non potest inter ea aliquod medium excogitari. secundo Omnis distinctio contingit ex aliquo esse, nam non potest concipi distinctio aliqua, nisi etiam concipiantur extrema, quae distinguantur: vel ergo hoc esse, prout est extremum distinctionis, est talis conditionis, vt sit à parte rei, & tunc distinctio quoque erit à parte rei vel esse, quod est extremum distinctionis, est talis conditionis, vt solum per Intellectum habeat talem modum essendi, & tunc etiam distinctio erit per Intellectum, quia quale est esse, talis est distinctio, quae consequitur ad. Haec Angelici.

Sed Scotistae praeter dictam distinctionum Genera, admittunt insuper mediã quandam distinctionem, quam communiter vocant formalem ex natura rei. Ita refertur docuisse Scotum in 2. Sententiarum dist. 2. q. 7. Trithemius & dist. 3. q. 1. & dist. 8. q. 4. Et quamvis pro hac sententia inter se adducantur rationes, praecipue tamen sunt huiusmodi illae, quae distinguuntur ante intellectum tãquam fun-

fundamẽ tũ Thomistarũ

formalitas à formalitate ipsa numeri, non distingui ratione; quia distinguuntur antecedenter, & indipendenter à ratione; v.g. formalitas Actionis, & formalitas Passionis, nec minus talia distinguuntur realiter: quia distinctio realis fundamentum est inter res, & res ergo talia distinguuntur distinctione media inter realem, & rationis, quæ vocari potest formalis ex natura rei. Secundo dantur multi modi essendi, qui nec sunt Entia realia, nec rationis, & tamen distinguuntur tum inter se, tum etiam ab Entibus ante operationem Intellectus, ergo necessario danda est distinctio media inter realem, & rationis, consequentia est clara, & an Veredicta patet in omnibus modis, qui super adduntur rebus ante intellectum. Tertio, contradictoria non possunt verificari de eodem, nisi in illo sit aliqua distinctio; sed de una, & eadem re ante opus Intellectus verificari possunt contradictoria, vt de eadem Divina Essentia verificari potest, quod sit communicabilis, inquantum est Essentia, & etiam quod sit incommunicabilis inquantum Relatio: ergo inter Essentiam, & Relationem debet esse aliqua distinctio; sed distinctio rationis non sufficit: quia contradictoria verificantur de eadem re ante intellectum, & distinctio ratione non habet locum: ergo admittenda est aliqua distinctio media inter realem, & rationis, quæ vocari potest distinctio formalis ex natura rei.

4. Difficultem hanc contra mentem plenius componemus, cum in sequentibus Disputationibus explicabimus, quotuplex sit distinctio, & an distinctio realis adæquetur per solam Distinctionem inter rem, & rem? pro nunc tamen sit.

## Conclusio Prima.

Omnia rerum distinctio generaliter sumpta non est nisi duplex, realis, & rationis. Hoc probatur argumentis Thomistarum, quibus in hoc facile subscribimus, & eos radicaliter, & priori rationibus primæ sententiæ adjungi. quia omnes distinctiones in Genere, vel est omnino independens ab intellectu, & hæc constituit unum Genus distinctionis, scilicet realem, vel est omnino independens ab intellectu, sed sic inter res, & res, quæ est distinctio rationis sufficiens, quia contradictoria verificantur de eadem re ante intellectum, & distinctio ratione non habet locum: ergo admittenda est aliqua distinctio media inter realem, & rationis, quæ vocari potest distinctio formalis ex natura rei.

explicat sententiam proponit & probat

&

rem; sic inter rem, & modum: sic tandem inter rem, & formalitatem, dummodo detur distinctio, que nullo modo dependeat ab opere Intellectus, illa semper sit Distinctio Realis. Vel est distinctio, que habet esse per intellectum, & hæc continuit aliud Genus distinctionis scilicet Distinctionem Rationis: vnde quælibet distinctio, que habet esse per intellectum, sive initium, & fundamentum habeat in re, & complementum in Anima, vt ait distinctio rationis ratiocinatæ, sive cognitæ aliomodo sumatur, dummodo aliquale dependentiam habeat ab intellectu, illa semper est dicenda distinctio rationis.

5 Esse intelligendus est Ægidius in Quæstionibus de Esse, & Essentia q. 3 pag. 19. col. 3. Secunda, etiam distinctio, &c. vbi hæc habet *Nunquam inveniuntur res differre inter se, & ratione, nisi negetur eorum differentiam & prius posit hoc probari* sequitur illa verba, *quod aliqua differunt re, aliqua ratione, & aliqua intentione, videtur sumpsisse originem à Commentatore super 9. Metaph. vbi improbat Avicennam sibi ipsum contradicentem quod differre intentione sit quidem differre tertium à differre re, & ratione: nam intendere est proprium ipsius animæ, quia ad Animam spectat, formare de rebus diversas rationes, & intentiones: sed iste diversæ intentiones, vel dicunt diversas res, vel dicunt easdem res, aliis & aliis modis considerabiles: si dicunt diversas res: tunc differre intentione est differre re: si autem dicunt easdem res modaliter, & aliter sumptas, sic differre intentione est differre ratione: vnde & idem Commentator ponit, quod differre intentione sit quoddam differre tertium à differre re, & ratione: sed vult, quod sit quoddam differre commune ad vtrumque.* Hæc Ægidius, & docte, & polite. Ex quo discursu manifestè patet, omnem distinctionem generaliter sumptam non esse nisi duplicem scilicet vel realem, vel rationis, & in hoc sumus cum Thomistis.

6 Secunda conclusio. Si Rerum distinctio non sumatur generaliter, sed specialiter pro aliqua distinctione speciali, quæ sit communis ad distinctionem realem, & rationis, stave aliquando continetur sub distinctione reali, & aliquando sub distinctione rationis, sic nullatenus est denegandæ distinctio-

me-

locus in Ægid.

media, quę communi vocabulo dicitur distinctio formalis ex natura rei, imo illa est necessario concedenda non tanquam tertium Genus distinctionis, diuersum à reali, & rationis: sed tanquam distinctio media, ut communis ad realem, & rationis; licet diuerso modo considerata, aliquando comprehendatur sub Genere distinctionis realis: aliquando vero sub Genere distinctionis rationis, & in hoc sensu sumus cum Scotistis, quibus nec Angelici contradicunt: potęstque hęc 2. conclusio amplius declarari, quia, vt mox dicebamus cum Ægidio, distinctio inter formalitates, & qualitates Rerũ simpliciter, & absolutè non potest dici distinctio realis, nec absolutè dici potest distinctio rationis; sed quando formalitates dicunt diuersas res, vt formalitas Substantię, & Accidentis: tunc distinctio formalis ex natura rei est distinctio realis, quia talis distinctio potest poni in actu, nullo intercedente opere Intellectus: Quando vero formalitates non dicunt diuersas res, sed vnam rem, aliter tamen, & aliter considerata, vt formalitas Actionis; & Passionis; tunc differre formaliter ex natura rei, idem est, ac differre ratione; quia talis distinctio quamuis initium, & fundamentum habeat in re: nunquam tamen completur, neque fieri potest actu, nisi per intellectum; & Propterea Thomistæ hanc distinctionem vocant virtualem, seu rationis ratiocinantę, & cum fundamento in re, quia hęc distinctio habet initium in re antecedenter ad intellectum; completur autem, & fit actualis intercedente opere Rationis. Igitur Vtraque sententia est vera: & vtraque sustinenda.

## DVBITATIO SECVNDA

### *An distinctio realis adęquetur per solam distinctionem inter rem, & rem?*

1 PRocedit maxima difficultas de distinctione, quę communiter vocatur modalis, estque inter rem, & modum: et, & sensus est, an hęcsmodi distinctio sit realis, vel rationis, an vero constituat tertium Genus distinctionis?

2 Et huius occasione etiã resoluemus hic difficultatẽ illam, quam proponit Ægidius.

dius in Quolib. 5. q. 14. an aliquid possit realiter differre à seipso, absque eo, quod dicat aliam rē, saperadditam, sed tantum per aliam habitudinem?

3 Scotistæ in suis principijs persistentes; & non nulli alij Recentiores præsertim Suarez in 2. tom. metaph. disp. 7. sect. 1. Pasqualig. disp. 1. sect. 2. num. 4. Hurtad. in Metaph. 6. sect. 2. & alij multi asserunt in rebus creatis dari aliquam distinctionē æqualem, & ex natura rei ante omnem Operationem intellectus, quæ simpliciter non potest dici realis, cum non sit entitas, quanta esse solet inter duas res, seu inter duas Entitates, omnino distinctas: & propterea illi vocant distinctionem ex natura rei formalem, seu propriùs distinctionem modalē, quia semper versatur inter rem, & modum rei probant si sotet hac Sententia primo sic: Quilibet modus rei, qui est alterum extremum huius distinctionis, nulla intellectu cognitante est separabilis à Subiecto, absque eo, quod aliquid Entitatis subiecti deperdatur: ergo signum est, distinguit aliquo Genere distinctionis à re, cuius est modus; sed hæc distinctio non potest dici simpliciter realis, quia non est inter rē & rem; nec potest dici simpliciter rationis, cum sit antecedenter ad opus Intellectus, ergo dicenda est quædam distinctio media, atque adeo distinctio realis non enucleatur per solam distinctionem interrem, & rem.

4 Sed Thomistæ, quos sequuntur non pauci Recentiores, negant distinctionē modalem esse mediam; sed dicunt eandem distinctionē vel esse realem, vel esse rationis. Et Postillionum sum dimensum est: Quia non datur medium inter Ens Reale, & Rationis; ergo distinctio modalis, vel est reducenda ad Realem, vel ad distinctionem rationis.

5 Stante tamen Ægidiana doctrina, in præcedenti dubitatione præmissa, sit.

## Concordia Opinionum

Distinctio modalis simpliciter, & absolutè non est realis: cum alterum extremum sit Modus non sit realis: nec simpliciter est distinctio rationis, cum aliud extremum sit res, independens ab Intellectu: unde potest dici distinctio media inter realem.

Thomistæ volunt distinctionē realē æquari personalī distinctionē inter rē, & rem.

lē, & rationis, nō ita media, vt sit tertia Genus distinctionis diuersam a reali, & rationis, quia in Genere omnis distinctio, vel est realis, vel est rationis; sed distinctio modalis dici potest distinctio media, id est communis ad veramque: quia si sumatur ex parte illius entis, quod est modus, sic est distinctio rationis; si vero consideretur ex parte alterius extremi, quod est res sic est distinctio realis.

## DVBITATIO TERTIA

### V. *In distinctione reali & rationis dentur gradus, itaut vna sit maior altera?*

1 SEd instat: An intra limites, distinctionis realis, & intra confines distinctionis rationis ratione dentur gradus, itaut vna sit maior altera?

2 Cui integro dubio hac vltima conclusione satisfaciendum esse putamus. Intra limites enimuero cuiuscunque distinctionis propriè sumptæ dantur gradus, itaut detur in distinctione reali, quæ est inter rem, & rem, datur vna maior altera; ita in distinctione pariter rationis ejusdem propriè sumptæ, quæ est cum fundamento a parte rei, vna distinctio est maior altera. Ita expressè Ægidius in Quæstionibus de Ente, & Essentia ita vbi hæc docet. *Nam est dare aliquod differre realiter, & differre rationis; sed in ipsa differre rationis est dare magis, & minus; detur in ipsa differre realiter etiam dare magis, & minus, quid dicitis?*

3 Sed probatur euidenter hoc, & primo videndum quid intra limites distinctionum realis dantur gradus. Inter individua diuersarum specierum est maxima Vnitas, cum nec sint vnius in specie, nec in Genere, ergo inter talia nedum erit distinctio realis, quia talia Individua sunt duæ res, & habent diuersa esse existentiæ; sed talis distinctio realis erit maxima, quia quo minor est Vnitas, eo maior est distinctio.

4 Probatur minor, quod etiam in distinctione rationis dantur gradus. Distinctio, quæ est inter duas formalitates eiusdem rei, seu eiusdem generis, vt inter rationem formalem Hominis, & Animalis est distinctio rationis, quia duæ quidditates eius-

In Distinctione realis, & rationis dantur gradus.

Distinctio nō est media inter realem, & rationis.

eiusdem rei, & eiusdem generis habent maximam Vnitatem: Rursus Distinctio, quæ est inter duas quidditates duarum specierum, vt inter quidditatem Hominis, & Leonis, est distinctio rationis, quam inter quidditates eiusdem rei: quia ibi est Vnitas minor: Tandem distinctio inter duas formalitates diuersorum generum est distinctio rationis maxima, quia inter quidditates duarum Prædicamentorum est Vnitas minima. Datur ergo gradus cum in distinctione reali, tum etiam in distinctione rationis.

---

# QVAESTIO SECVNDA

## DE ALIA ENTIS Passione scil. de VERITATE

POst Vnitatem sequitur Veritas pertractanda: de qua sequentes Articuli sunt examinandi.



## QVÆSTIONIS Secundæ

## De Veritate.

### Articuli Duo.

*Art. I.*
*Vtrum Veritas sit*
*Art. II.*
*Quid Veritas sit?*

### ARTICVLVS PRIMVS.

### An Veritas sit?

SVpponemus, Veritatem esse possibilem, solum sub hoc articulo declarandā occurrit grauis Vnitæ dubitatio sequens.

### DVBITATIO VNICA

*V. Veritas sit in rebus, vel habeat esse tantum in Intellectu?*

HÆc Dubitatio non est facilis, habetque magnam Controuersiā inter Doctores, ex quibus non nulli asserunt, Veritatē formaliter esse in rebus, ita vt res per suam ad ipsas rerum scientias denominationem, desumptam ab illa cognitione vera, quā

pos-

possunt causare. Ita videntur Sonnifes natan Methaph. disp. 8. sect. 7. num. 4. Paucc Pasqualig. Disp 65. sect. 4. per totam, Auct. in Philosophia q. 6. sect. 1. & multi alij, quos ipsi citant. probant autem hanc eorum Sententiam primo sic. Entitas, & Bonitas sunt in rebus, ergo etiam Veritas antecedens est certum. probatur consequentia: quia medium semper est in eodem, in quo sunt extrema: sed Veritas tenet medium inter Ens, & Bonum, ergo, &c. Secundo. Entitas est in rebus, ergo, & Veritas, probatur consequentia, quia ut dicimus in 2. Meth. text. 8. Dispositio unius cum eo quae est in Veritate est sua dispositio in Entitate Tertio. Res sunt causae veritatis, quae est in intellectu, ergo res sunt magis verae quam (intellectus) probatur consequentia, quia propter quod unumquodque tale, &c. Quarto adiungi possunt plures Authoritates, quarum prima est Aristot. 6 Methaph. text. 34. ubi enumerans diuersos modos, quibus aliquid dicitur falsum, sic ait: *Et magis falsa sunt, aut quia non sunt, aut eo quod suspicatio ab eis falsa, non Entis est*; si ergo per Arist. dicuntur falsa, quae non sunt,

Auctor Suarez Pasqual.

Arist.

sequitur, quod ea dicenda sint vera, quae sunt; 2. Authoritas est D. Augustini Parentis in libro 2. soliloquiorum cap. 5. ubi distinguens Verum, sic ait, *Verum est, quod est*. Quoties aliqua dicuntur vera, vel falsa attendendo solum ad Entitatem eorum: ergo mensura Veritatis, & falsitatis sumitur ex esse. probatur antecedens, quia dicimus, hoc aurum esse Verum, & hoc esse falsum, eo quia hoc potest causare cognitionem veram, hoc autem falsam; sed quia hoc participat veram naturam auri, hoc vero tantum participat similitudinem auri. ergo Veritas formaliter est in rebus. Sexto. Vel Ens est idem, quod verum, vel non? si est idem, ergo per idem res habet esse Ens, & esse verum, ergo quod Entitas est in rebus, sic & Veritas; si verum non est idem, ac Ens, ergo se habet per additionem ad Ens: sed quod se habet per additionem ad aliud, non constituitur tale, praesertim si illud, cui fit additio, sit transcendens, ergo verum non esset passio Entis. Item ut se habet bonum, eo quod ordinatur ad affectum, ita se habet Verum ex hoc, quod ordinatur ad Intellectum.

sed

sed Bonitas, quæ respicit affectum, non est in affectu, sed in rebus: ergo & verum, quod respicit Intellectum, non erit in Intellectu, sed in rebus.

3. ista negans veritatē esse in rebus.

a Alijvero non indoctè negant absolutè, Veritatem esse in rebus: dicuntque, res esse veras per talem denominationem extrinsecam desumptam ex habitudine, quam res dicunt ad cognitionem, eamque. Ita Vasq. ca p. 1. Disp. 77. cap. 4. vbi citat Henricum Quodl. 3. q. 3. art. 3. Cajet. p. 1. q. 16. art. 6. sanctum eandem Sententiam Hurtad. in Methaph. Disp. 7. sect. 1. §. 16. Valentiam tom. 1. Disp. 1. q. 16. & alij multi, quos refert Pasquale. vbi supra; fundatur autem hæc Sententia in eo, quia falsitas simplex, nimirum ea, quæ non constituit in compositione, non reperitur in rebus: ergo nec etiam Veritas cōposita; antecedens est cognitum, quia idem res dicitur falsa, quia deficit ab idea, vel ergo deficit in essentialibus, & tunc non est, vel deficit in Integralibus, & tunc non est falsa, sed mala; probatur modo consequentia, quoniam oppositorum eadem est ratio, & si verum non est in rebus, neque & alterum, ergo idem ali quæ res dicuntur falsæ, quia causant falsam cognitionem vt aurum falsum, quod extrinsecè apparet aurum, cum revera ita non sit; ergo etiam res dicitur vera non formaliter per Veritatem, quæ sit in ea, sed quia causat veram cognitionē. Tertio si res dicerentur veræ propter Veritatem, quæ formaliter, & intrinsecè esset in ea, sequeretur, quod negationes deberent quoque dici veræ, cum & ipsæ haberent suam esse: sed hoc est falsum, ergo, &c. Denique ex Arist. in a Meth. finis Scientiæ speculativæ est Veritas: Practicæ vero est opus: sed finis semper est in eodem, in quo est res, cujus est finis; ergo cum Scientiæ speculativæ sint in Intellectu, ibi etiam erit Veritas.

a Arist. 2. Metaph. text. 3.

2 Sed Vtraque Sententia si bene explicetur, est probabilis; & Vtraque à nobis est subscribenda, si quædam tamē adnotaverimus, quæ docet Fagundez cum in Quodlib. 3. q. 7. tum etiam in quæst. Methaph. q. 3. & in primo Sent. disp. 9. p. 2. q. 1. Primò igitur est advertendum, quod Veritas non dicit adæquationem quamcunque; sed dicit adæquationem cum notitia, seu manifestationem apud Intellectum: unde quamvis ignis genitus ade-

Veritas quidem adæquatio plenior in est in Intellectu.

adæquetur, & assimiletur generanti, talis tamen adæquatio non meretur nomen Veritatis, quia non dicit notitiam, vel manifestationem apud intellectum, cum ergo notitia seu manifestatio sit complementum Veritatis; quia vt dictum est, Priorum per se competit Vero, quod sit sui ipsius manifestativum, & talis manifestatio nunquam sit in rebus: sed tantum in Intellectu tanquam in Subiecto: ideo Veritas quantum ad suum complementum semper existit in Intellectu.

4 Ex quo colligendum est, quod Veritas analogicè dicitur de Intellectu speculativo, & practico, quatenus vterque comparatur ad rem: sed de intellectu speculativo & de rebus dicitur Veritas analogicè; sicut dicimus Sanum de Animali, & cibo: vnde sicut Sanitas solum formaliter est in Animali, in cibo autem est per habitudinem ad Animal; sic Veritas formaliter solum est in Intellectu tanquam in Subiecto: in rebus vero est solum tanquam in causa; sed de Intellecto practico. At de rebus etiam Veritas dicitur analogicè, sicut Ens dicitur de Substantia, & Accidente: nam Veritas quantum ad sui complementum, & quantum ad rationem est in Intellecto practico; diminutè tamen, & quantum ad esse incompletum est Veritas formaliter in rebus: sed quia omnis denominatio unius est ab eo, quod est secundum quid, sed potius ab eo, quod est tale simpliciter, ideo nec artificialia dicuntur Vera per Veritatem, quæ est in eis, sed per Veritatem, quæ est in Intellecto; sicuti Accidentia dicuntur Entia per Entitatem, quæ est in Substantia; vnde non dicuntur Entia, nisi quia sunt Entis.

5 Colligitur secundo, proprium Accidentis quamvis proprior Entitatem, quæ est in ipso, non possint dici Entia absolutè; dicuntur tamen huiusmodi Entia: sic omnia artificialia quamvis absolutè non dicantur Vera per Veritatem existentem in ipsis, cum talis Veritas sit incompleta: dicuntur tamen hoc vel illum verum, vt Verum Aurum, Verum Idolum, &c. per Veritatem, quæ est in ipsis: quia Vnum quodque Verum Artificiale adæquatur Idæ in mente Artificis, & sic patet, quomodo res sint vere per Veritatem, quæ est in eis, & per Veritatem, quæ est in Intellecto.

explicat quomodo res sint vere per Veritatem quæ est in eis.

6 Hisque ita præmissis, accipite nunc fundamentalem

Re-

Ægidij dictionem, omnes oppositas sententias vō coplectentem.

## Conclusio Opinionis

Veritas quantum ad suum esse completum, vel saltem quantum ad sui complementum, quod est notitia, solum est formaliter, & secundum rem in intellectu, extrinsecè verò, & causaliter est in rebus. Et in hoc sensu sumus cum authoribus secundæ sententiæ: nec eorum argumenta aliud probant: postea quæ idem amplius declarari, quia Veritas secundum suum esse completum est assimilatio cum notitia, sed adæquatio cum scitia nullo modo est in rebus formaliter: quia res formaliter non intelligunt: est autem propriè in Intellectu: ergo Veritas talis quantum ad suum complementum formaliter, & intrinsecè non est in rebus, sed in Intellectu.

Veritas sit esse diminutū est in rebus

7 Ad considerata Veritate quantum ad suum esse diminutum, quæ dicitur veritas rei, sic Veritas est in rebus, modo explicato in notabilibus: & in hoc communiamus cum priori sententia nec aliud addicta addidit.

## ARTICVLVS SECVNDVS

### *Quid sit Veritas?*

EXplicata Evidentia Veritatis, quidditas eiusdem est nunc declaranda, circa quam specialiter sunt videnda Dubitationes sequentes.

## ARTICVLI SECVNDI

### De *Quidditate Veritatis.*

### *Dubitationes Tres.*

*Dub. I.*

*V. Veritas adæquetur cum Ente, ita ut omne Ens sit Verum, & è contra.*

*Dub. II.*

*An ratio formalis Veritatis sit Relatio rationis?*

*Dub III.*

*V. Veritas sit idem formaliter quod scientia?*

## DVBITATIO PRIMA

*V. Veritas adæquetur cum Ente, ita ut omne Ens sit Verum, & è contra?*

1 POtissima ratio dissentiendi est, quia si dicatur, Verum non adequari, cum Ente, sequitur quod Verum non sit passio Entis; quod est contrarium ad dicta: si verò dicatur, Veritatem adequari cum Ente, ergo sequitur, quod Verum non possit dici de non Ente, quod est contra Philosophum in 4. Metaph. sic dicentem, *Sicut Verum est, Ens esse: ita falsum Verum est, non Ens non esse: ergo Veritas non convertitur, nec adequatur cum Ente.* Rursus, vel Verum addit aliquid supra Ens, vel nihil? si nihil, sequitur: quod sicut *Ens est* in rebus, ita & Verum, quod esset contradictio. Si verò dicatur, quod Veritas addit aliquid supra Ens; ergo Verum non convertitur cum Ente, quia quod addit aliquid supra Ens, non convertitur cum illo.

2 Positio tamen communis, & vera, atque nobis probanda est, Verum seu Veritatem, quatenus est Passio Entis, ita adequari, & convertri cum Ente, ut omne Ens sit Verum, & omne Verum sit Ens quantum ad supposita, & naturam: at autem significatum Veritatis distinguatur à significato Entis? in sequenti Dubitatione videbitur. Ita Aegidius in 1. Sent. dist. 19. p. 2. q. 1. ad vltimum Argumentum, ubi sic ait, (*ad secundum dicendum, quod nihil dicitur verum, nisi quod aliquo modo habet esse. Sublato secundum apprehensionem Intellectus & dicto rum non se extendit nisi ad ea, quæ sunt aliquo modo Entia*) hæc Aegidius. Sed ratio fundamentalis esse potest, quia ratio Veri, (ut dicemus in Dubitatione vltima huius Art.) consistit in ratione cognoscibilis; sed omne Ens est cognoscibile, & omne cognoscibile est Ens, ergo cum Verum consistat in ratione cognoscibilis, omne Ens habebit Veritatem, & omne Verum erit Ens; Aegidius.

3 Ad primam Fundamentum dubitandi dicimus, quod Verum ita adequatur cum Ente, ut omne Ens sit Verum & è contra; sed cum dicitur, quod Verum ex Arist. dicitur etiam de non Ente. Respondendum est cum Aegidio ubi supra, quod non Ens sicut de se non est cognoscibile, sic tamen cognoscibile, quatenus apprehenditur ad modum Entis: ita & si non Ens de se non sit Verum, nec de se habeat Veritatem, est tamen Verum, quatenus apprehenditur ab Intellectu ut Ens; ac pro

proinde semper Veritas sen dabur in Ente, quia nihil dicitur Verum, nisi quod aliquo modo habet esse saltem secundum apprehensionem Intellectus.

4 Ad secundum: Respondetur, quod Verum non addat supra Ens aliquid reale, nec contrahit Ens. Quid autem sit, quod addit Verum supra Ens? in sequenti Dubitatione videbitur.

## DVBITATIO SECVNDA

### V. Ratio formalis Veritatis sit Relatio rationis?

1 QVi defendunt Veritatem esse formaliter in Rebus, consequenter asserunt, formalem rationem Veritatis non esse Ens Rationis, nec posse ullo pacto consistere in Relatione rationis: pro quorum sententia adduci solent hæc Argumenta. Veritas est passio Entis realis, ergo Veritas formaliter non potest consistere in relatione rationis, secundo. Quælibet Passio cuiuscunque Subiecti in tantum per se connectitur cum eodem Subiecto, inquantum consequitur ab intrinsecis principijs eiusdem Subiecti; sed nullum Ens rationis potest consequi ab intrinsecis principijs Entis realis, ergo nullum Ens Rationis potest esse vera passio Entis realis. Tertio, si Ratio formalis Veritatis esset Ens rationis, secundum suum esse formale esset quid falsum; sed hoc est falsum, quia Veritas destruit fictionem, & ipsa fictio destruit Veritatem, ergo Veritas formaliter non consistit in Relatione rationis. Quarto. Quodlibet Obiectum potentiæ realis non potest esse Ens Rationis sed Verum est obiectum potentiæ intellectivæ, quæ est realis, ergo Verum formaliter non potest esse Ens rationis.

Peter Tartaretus.

2 Qui vero ponunt Veritatem formaliter in Intellectu, asserunt consequenter, Veritatem formaliter consistere in quodam respectu rationis: itaque Veritas supra Ens nihil aliud addat nisi relationem rationis; idque his rationibus fundare videntur. Veritas formaliter nihil aliud est nisi adæquatio rei cum notitia: sed adæquatio est aliqua relatio, ergo Veritas formaliter non addit supra Ens nisi respectum; sed hic respectus non potest esse realis, ergo erit rationis; Principalis maior est omnibus certa: prima minor

Alteria.

probatur, quia adæquant ea alia, ut diuersa dicit ad illud, cum quo fit adæquatio: vltima realsampta sic ostendi-tur: si respectus, quem addit Veritas supra Ens, esset relatio realis, tunc Verum non posset conuerti cum Ente: nam Ens realiter relatiuum non potest adæquate dici cum Ente vt sic, atque adeo Verum non esset passio Entis secundo Verum non posset addere supra Ens specialem modum essendi, quia sic contraheret Ens, & non conuerteretur cum Ente, ergo quod addit Verum supra Ens, est præter naturam Entis, quia omne, quod additur alicui, est præter naturam eius: vel aliter: sed non sunt nisi duo, quæ sunt præter rationem Entis, de quibus Ens prædicari non potest, scilicet Priuatio, & Relatio; ergo Verum non addit supra Ens, nisi vel Priuationem, vel Relationem: & ea non potest addere priuationem, quia hæc additur Enti ab Vnitate: ergo sequitur, quod Verum addit supra Ens Relationem, non Realem, quia hæc contrahit Ens, ergo Rationis.

¶ Ad has duas classes reducuntur omnes sententiæ, quas Ægidius hac distinctione simul concordat.

## Concordia Auctorum.

Veritas dupliciter est, Aut Veritas cognitionis, & hæc dicitur passio Entis specialis, quæ non consequitur omne Ens, sed est tantum in Intellectu, vt in Subiecto, alia est Veritas rei, & secundum esse diminutum, quatenus tantum dicit adæquationem ad sua principia, & hæc est passio Entis Generalis, & consequitur omne Ens. Prior Veritas, quæ dicitur cognitionis, addit supra Ens Relationem realem Intellectus ad res, hæc vult prima sententia. Alia Veritas rei, quæ est adæquatio rei cum suis principiis, & est in rebus factis causaliter, & secundum esse incomplexum, estque passio Entis Generalis, hæc non addit supra Ens nisi respectum rationis ad Intellectum. Hoc vult secunda sententia. ecce ratio Vtriusque. Vna, & eadem est Veritas, qua res sunt verae: qua verus est Intellectus noster, & eadem est adæquatio, & relatio, quarum adæquantur, & referuntur ad Intellectum; & qua Intellectus adæquatur, & refertur ad res: sed quia res causant, & mensurant

adæ-

adequationem, & Veritate in Intellectu Intellectus re ita adequatur; & mensuratur à rebus, propterea sicut Relatio in mensurato est ratio nis, & in mensurato est realis: ita Veritas in rebus formaliter non dicit nisi respectum rationis ad intellectum: Veritas vero in intellectu formaliter dicit respectum realem ad res; Videatur Aegidius in 1. Sent dist. 19. p. 2. q. 1.

4 De Cuius merito ex nullis fit dubium, ecce quid ipse dicat in solutione ad secundum. (*Ad secundum dicendum, quod verum addit aliquid supra Ens, & tamen cum Ente convertitur: quia illa addita non est qualitas, sed quidam ordo, qui consequitur omne, quod est. & ideo non contrahit Ens, sicut nec contrahit Ens, quidquid superadditur Enti additum.*) Hæc ille;

## DVBITATIO TERTIA

### *V. Veritas formaliter sit Idem, quod Scientia?*

1 conc. 1 Est breviter hæc Dubitatio tribus conclusionibus explicanda. *Prima conclusio. Scientia pro*

*pria sumpta, quatenus est habitus conclusionum, non est idem formaliter, quod Veritas*, sic Aegidius in 1. Meth q. 4. probatur, quia *Scientia propria sumpta* nec est dispositio, nec Opinio, nec Intellectus, nec minus est Sapientia: sed Veritas propriè sumpta, competit Opinioni, & Intellectui, & Sapientiæ, ergo Veritas propriè non *est* formaliter Scientia, nec è contrà: minor est certa: probatur maior, quia scientia est habitus definitè mobilis, dispositio autem facilè mobilis. Rursus Opinio est habitus aliquando verus, & aliquando falsus: Scientia autem propriè sumpta est habitus semper verus. Vltetius differt ab Intellectu, quia Intellectus est habitus Principiorum: Scientia vero est habitus Conclusionum. Tandem differt Scientia à Sapientia, quia Sapientia *est* per causas altissimas; Scientia vero per causas inferiores.

2 Dicit secundo, *sumpta Scientia etiam pro omni cognitione*; ratio formalis scientiæ, seu est ratio formalis Veritatis probatur, quia licet Veritas dicat ad aliquid, ad quod est ipsa scientia tamen aliquo modo scientia est ad aliquid: & aliquando *est* ad

2 conc.

aliquid Veritas: nam Scientia est ad aliquid, quatenus informat Animam: Veritas autem est ad aliquid, quatenus per ipsam Intellectus adequatus fit.

3 Dico tertio sumpta Scientia pro omni cognitione; idem prorsus materialiter, & secundum rem est Scientia quod Veritas, & contra probatur, quia illud aliquid, quod est Ens, scitum ab Intellectu, est etiam Verum apud eundem Intellectum: imo ipsa Scientia nec est ad aliquid, ad quod non sit Veritas.

---

# QVAESTIO VLTIMA.

## DE POSTREMA Entis Passione.

## DE BONITATE

HAc ad Ultimam Quæstionem præsentis hujus Operis nostri pertinentia quæ multa, sunt hîc de Bonitate tractanda plura vel remittimus ad Philosophos Quæstione de Causa finali, vel commodius ad Theologos, cum disputabitur de Primo Fi-

ne solum hic disceptamus, quæ ad Methaphisicam pertinere videntur: supponentes igitur, Bonitatem esse, eamque in rebus reperiri, juxta illud Genes. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Solum de Bonitate sequentes Articuli hunc videndi.

## QVÆSTIONIS Vltimæ

### De Bonitate

### Articuli Duo.

*Art. I.*
*De Quidditate Bonitatis.*

*Art. II.*
*De Divisione Bonitatis.*

## ARTICVLVS PRIMVS

### De Quidditate Bonitatis.

CIrca Articulum Quidditatem Bonitatis quæremus, an Bonitas formaliter sit Ens, quod sentit? Id enim remittimus ad Philosophos sed sequenti Dubitatione Unica hunc Articulum persolvemus.

AR-

## ARTICVLI PRIMI

## *De Quidditate Bonitatis.*

### DVBITATIO VNICA

### *V. Ratio formalis Bonitatis sit Relatio rationis?*

1 FERÈ omnes Recentiores impugnant, praesertim Suarez 1. tom. suæ Metaphisicæ disp. 10. sect. 2. num. 3. Pasqualig. disp. 72. sect. 2. num. 10. Conet 1. & alii, dicunque, Bonitatem formaliter non consistere tantum in Relatione rationis ad Appetitum, pro qua Sententia potest sic specialiter Argumentari. Bonitas exercet Rationem realem intentionalem circa Appetitum, illum movendo; imo est ratio specificativa voluptatis; ergo Bonitas secundum suam rationem formalem debet esse quid reale; quomodo enim exerceret circa appetitum Rationem realem, nisi esset quid reale? Secundo, Ratio Boni consistit in Relatione convenientiæ, vel ergo ea in qua fundatur talis Relatio est secundum suum esse intrinsecum conveniens alteri, vel non? Si primum, ergo res intrinsecè est bona antecedenter ad omnem Relationem rationis. Si dicatur secundò, sequitur tolli omnino rationem Bonitatis, nam cum Relatio rationis in se sit nihil, non potest esse conveniens alteri.

2 Cæterum juxta principia nostræ Scholæ facilis est præsentis difficultatis resolutio, dicimus ergo, rationem formalem Bonitatis, quatenus est Passio generalis, esse talem Relationem Rationis ad appetitum, sic Aegidius 4 Metaph. q. 2., Et in primo Sentdist. 19. part. 1. q. 1. in solut. ad 3. probavit facilè, supponendo prius id, quod alibi observavimus, quod nempe Bonitas quatenus est passio generalis, potest dupliciter considerari; primo secundum suam naturam, & quatenus in ea includitur Ens, quod est transcendens; & hoc modo Bonitas dicit quid positivum reale, non tamen superadditum Enti secundo considerari potest Bonitas secundum suam rationem formalem superadditam, & oppositam Enti; & sic Bonitas supra Ens non dicit Relationem ra-

Resolutio Dubitationis.

tio-

tionis ad Appetitum probatur, quia Bonum vt est passio transcendens formaliter non addit supra Ens positivum tale, aliàs contraheret Ens, nec posset diversificari nisi per additionem rationis formalis Veritatis ergo vellet, quod Bonum addat supra Ens solam Relationem rationis, non ad Intellectum, quia hic respectus tantum est proprius Veritatis, ergo ad Appetitum.

3 Accipite Dominum Aegidium in 4 Meth. q. 3, totum hunc discursum hic egregie confirmantem (*sicut, quod additur alicui, est praeter naturam rei cui additur, & illud, cui fit additio, non potest praedicari de eo, quod additur sibi, & ideo cum sint tantum duo, quae sunt praeter rationem Entis, de quibus Ens praedicari non potest, s. Relationes, & privationes (quam Privationes dico non sunt ens, nec aliquid, sed sunt non aliquid; unde Philosophus 5. Phisic. dicit, quod Privatio de se non est ens, Relationes etiam de se non sunt aliquid, sed sunt ad aliquid) & ideo oportet, quod cuicunque addat tale quid supra Ens, quod illud sit praeter rationem Entis, & hoc non potest esse nisi vel Privatio,

Pulchra doctrina Aeg.

vel Relatio: tunc dico, quod Verum non addit aliquid reale supra Ens, cum Re. rum, & Verum addunt hoc s. Relationem supra Ens, ita Verum addit relationem ad Intellectum: Bonum vero Relationem ad Appetitum: Verum addit Primationem, s. Indifferentiam. Haec Aegid. quae doctrina nil clarius, & pulchrius.

4 Argumenta hucusque contrarium tantum probant, quod Bonitas secundum suam naturam, & secundum rem consistit in positivo reali, quod verum est: cum quo cumque stat, quod Bonitas secundum suam rationem formalem non addit supra Ens nisi Relationem rationis ad Appetitum.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### De Diuisione Bonitatis.

SOlet prima diuidi Bonitas in naturalem, & Moralem de qua diuisione apud Theologos erit Tractatio. altera Boni diuisio est in Vtile, delectabile, & Honestum. de qua haberi esset explicanda est Vnica Dubitatio sequens.

AR-

## ARTICVLI SECVNDI

### De Diuisione Bonitatis.

### DVBITATIO VNICA

*V. Diuisio Bonitatis in Vtilem, Delectabilem, & Honestum sit sufficiens, & an sit Analoga, vel Vniuoca?*

1 Nigulis est hæc Boni diuisio apta videtur esse desumpta ab Aristotele. Ad hoc enim 2. Rhetor. 3. vbi docuit D. Th. p. p. q. 5. art. 6. vbi explicans, dicentem interrogationem fieri (dicebat) dicitur secundum quid aliquid habet quandam excellentiam, dignam honore propter quam ipsum possidet: Bonum autem quantum quietat appetitum Vtile tandem dicitur, quia refertur ad aliud. Eodem modo diuisionem admittunt Philosophi, vt est patet ex illa Aristotelis sententia, quia nullum est bonum naturale, quod non sit vel Vtile, vel delectabile: vel honestum, ergo &c.

2 Sed Obijcies difficile argumentum. Bonum vtile includitur in Bono delectabili, & vtrumq; in Bono Honesto; quia Bonum Honestum est vtile, & delectabile: ergo dicta diuisio non est sufficiens. Et confirmatur, quia omnium dividens debet contineri cum toto diuiso; ergo cum Bonum Honestum contineatur cum Bono simpliciter sequitur, quod data diuisio non est sufficiens. Respondetur cum Aegidio in 4. Ma. q. cum Aegid. thæ q. 1. in solut. ad secundum, quod quando diuidentia sunt simpliciter mixta, ita quod Vnum non includatur in alio, verum est, quod nullum diuidens debet contineri cum toto diuiso, vt patet in diuisionibus non transcendentium: at quando diuidentia sunt permixta, ita vt vnum includatur in alio; hoc potest verum dividens contineri cum toto diuiso, vt patet in diuisione Entis, & hæc quod primam partem inquirit.

3 Quo ad secundam breuiter dicitur, quod diuisio illa Bonitatis in Vtile, Delectabile, & honestum est Analogi in Analogata, ita expressa

D.

D. Tho. in loco supra citato in responsione ad 3. vbi inquit; dicendum quod Bonum non diuiditur in hæc tria sicut Vniuocum, sed sicut Analogum: quia per prius prædicatur de Honesto, & secundario de Delectabili, & vltimo de Vtili.

4 Et quia circa hæc nulla potest afferri Obiectio alicuius momenti; nec circa Entis Bonitatem aliud pro nunc declarandum occurrit, propterea de eorum Entis Metaphysica abstractione hæc dicta sufficiant, ad gloriæ sacratissimæ Triadis, semperque Immaculatæ Virginis Matris, atque Magni Augustini parentis, & tandem ad alium, (qui erit totius Naturalis Philosophiæ) posteriorem ingressum accingor.

# FINIS.

PANORMI,
Apud Decium Cyrillum. 1643.

Impr. Abbas Geloſ. F. G. Impr. de Dent: P.

# INDEX

## Fundamentalium Distinctionum QVIBVS IN SCHOLA AEGIDII Omnes inter S. Thomam, & Scotum Controuersiæ concordantur.

EX PRIORI TRACTATV
De Ente Methaphisico, quatenus est Compositum Compositione Rationali.


*V. Logica sit Scientia?*
*Thomistæ negant, Scotistæ affirmant.*
*Negatiua sic distinguenda.*

LOgica non est Scientia Realis, quia in suis demonstrationibus non assumit terminos reales proprios. Hoc intendunt Thomistæ. sed est scientia Rationalis, quia in suis demonstrationibus vtitur terminis secundæ intentionis. Hoc volunt Subtiles. 64

*V. Logica Vsus sit Habitus Artis distinctus ab Habitu Logicæ Docentis?*

*Distinctio.*

Vtraque Logica ratione formæ est vnus, & idem Habitus scientiæ Rationalis, quia vna, & indiuisibilis est forma vtriusque sed ratione materiæ Vsus distinguitur à Docente: quia Vsus generat Opinionem: sed Docens modum sciendi. pag. 67.

*Quod nam sit Obiectum totius Logicæ?*

*Veteres volunt Ens Rationis.*
*Scotistæ dicunt esse Syllogismum.*
*Alij Operationes Intellectus.*
*Aegid omnes reuocat ad Concordiã*

Syllogismus est Obiectum principale, primo, & per se totius Logicæ, quia inter omnia, de quibus considerat Logicus, primum locum tenet Syllogismus. Sic sunt accipiendi Scotistæ. sed Ens Rationis, & Opera Intellectus sunt Obiectum totius Logicæ ex consequenti: quatenus Ens Rationis, & Actus Intellectus sumitem materialiter referuntur in Syllogismo. In hoc sequimur Thomistas, & Recentiores. pag. 71.

*In quo consistat vltima Praxis Scientiæ colenti, Praxis est in actu alterius potentiæ ab Intellectu. Quomodo ista operatio etiam in Intellectu.* Pag.

*Aggeditur Vtraque Sententiarum Se confirmat.*

In Intellectu, quatenus fertur in Verum, huius est ratio Praxis, hoc intenditur, cognitio sui in tantum extenditur, quatenus tendit extra se primum, & fertur in Obiectum, quod formaliter bonum est verum, vtriusque ratio Practica. Hoc volunt Recentiores pag. 81.

*V. Logica sit Habitus simplex Speculativus?*

*Difficultas.*

Logica non est Habitus Speculativus realis, & principalis: tum propriè non sit habitus formaliter: sed est habitus speculativus instrumentalis, seu Rationalis; cùm propriè sit modus sciendi 87.

*V. Logica ab Obiecto formali habeat Vnitatem Specifi. Specialissimæ?*

*Difficultas.*

Ab obiecto formali ex parte Logicæ, quod solet vocari obiectum formale, Ego. Logica habet Vnitatem Specificam specialissimæ, quia ratio formalis Logicæ (Applicatio Syllogismi ad solas Scientias speculativas) est vna formalis indivisibilis: ab Oratione formali ex parte obiecti, quæ dicitur Obiectum formale Quod, Logica habet vnitatem Analogam, quia hæc ratio est vna per Attributionem ad Syllogismum. pag.

*V. Logica sit necessaria simpliciter ad alias Scientias?*

*Difficultas.*

Ad Scientias humanas acquirendas, & per demonstrationem Logica est necessaria simpliciter, quia nulla alia Ars præter Logicam tradit artem discendi, sed ad acquirendas reliquas scientias, quæ non sunt mere Demonstrationis, Logica est tantum necessaria secundum quid. Pag. 101. & 102.

---

## DISPVTATIO SECVNDA
### De Entibus Rationis.

*V. Entia Rationis ex parte suæ habeant Speciem, per quam cognoscantur?*

*negatiue.*

Quia Ens Rationis, cum capiatur ab Intellectu per actum intelligendi, non est Phantasma, materiale, quia ante cognitionem non est, nec est propriè intelligibile: cum non sit directum obiectum Intellectus, licet possit dici intelligibile tantum extrinsecè, quatenus est quodam esse obiecti cogniti, & per actum intelligendi causatur pag. 122. & 123.

*V. Intellectus ex parte sua habeat vim causandi Entia Rationis? Resolutio.*

Intellectus, qui est pura potentia in genere intelligibilium, potest causare Entia Rationis; quia huiusmodi Intellecta, tam cognoscitiva per Species abstractas,

das, nunquam cognoscit rem eo modo: quo sunt, & secundum esse reale; sed illas cognoscit secundum esse rationis. pag. 127.

*V. Entia Rationis sint scibilia?*

*Distinctio.*

Si per Ens Rationis intelligatur id, quod præcedit actum intelligendi: sic nullum datur Ens Rationis. Sed si per Ens Rationis intelligatur id, quod causatur à ratione per actum cognoscendi: sic vere concedenda sunt Entia Rationis: quia intellectus nolle, cum sit potentia infinita intelligibilium, non posset cognoscere res secundum esse reale; sed illas cognoscit secundò esse rationis per actum suum.

*An ens complexum Essentia Entium Rationis?*

*Resolutio.*

Non in denominatione extrinseca, quia Omnis forma, à qua defumatur Denominatio extrinseca, est realis. pag. 136. nec in Denominatione intrinseca à forma rationis, quia hæc Denominatio præsupponit illud Ens Rationis, quod est prima Intentio, & Entia Rationis Ratiocinantis non sunt forsan denominantia. pag. 138. Sed Ens Rationis essentialiter est illud, quod causatur à ratione per actum intelligendi, vel directum, vel reflexum pag. 140.

*An sit proprietas Entium Rationis, cognosci aliter quam sunt?*

*Distinctio.*

Cognoscere rem aliter, quam est ex parte rei cognitæ, est proprietas Entium Rationis Ratiocinantis: sed cognoscere rem aliter quam est ex parte modi cognoscendi, ita ut id, quod à parte rei est secundum esse reale, concipiatur alio modo, ideò secundum esse rationis, est proprietas Entis Rationis Ratiocinatæ. pag.

*V. Entia Rationis ita sint intelligibilia, ut de eis possit esse Scientia?*

*Resolutio.*

Cum Ens Rationis non præcedat actum intelligendi, non est ita intelligibile, ut de eo possit esse Scientia realis: sed quia per actum intelligendi causatur, potest dari de eo Scientia Rationalis, & propterea pertinet ad solam Logicam, quæ est de actibus rationis, & de his, quæ per actus Rationis continentur pag. 143 & 144.

*V. Privatio, & Negatio sint Entia Rationis Ratiocinatæ?*

*negativa.*

Quia Privatio, & Negatio cum in re non habeant esse, apprehendantur ab intellectu aliter, quam sunt; & quia tunc apprehensio intellectus nihil respondet in re: ideo Carentia cum cognoscuntur, non sunt Entia Rationis Ratiocinatæ. pag. 150

*V. Ens Divisum Prædicamentis (excepta Relatione) Dicat Subsantia Rationis, Quantitas Rationis? &c.*

*Negativa.*

Quia nullum est Predicamentum (excepta Relatione) quod essentialiter non dicat rem, vel absolutè; ut ria Prior, vel saltè sub aliquo ordine. vt Revolutio & ideo nullum est Predicamentum (excepta Relatione) quod possit esse rationis Ratiocinatæ; quamvis omnia possint esse Rationis Ratiocinantis. pag. 155.

*Quæs. 6. quæ sint membra adæquatè dividentia Ens Rationis Ratiocinatæ?*

*Resolutio.*

Tria sunt. Nimirum Prima Intentio, quæ habet immediatum fundamentum in re: Relatio rationis, quæ immediatè fundatur in nostro intelligendi modo, & mediatè in re: & secunda Intentio, quæ etiam immediatum fundamentum habet in ratione, & remotum in re: sed non necessario requitur ex modo intelligendi nostro, vt Relatio; sed nostra ingenii solertia subtiliter perquiritur. pag. 164.

*V. Secundæ Intentiones sunt Relationes Rationis?*

*Distinctio.*

Non sunt Relationes Rationis secundum esse, quia secundum id, quod sunt, non significant relationem: sed sunt relationes Rationis secundum dici, quia includunt aliquem respectum pag. 167

*V. Primæ Intentio Objectivè sit Ens rationis in regere?*

*Affirmatiua.*

Quia propriè constant à Ratione per actum intelligendi directum: Secunda Intentio est Ens Rationis, quia constat ratione per actum intelligendi reflexum. Bene verum est, quod Prima Intentio potest dici Ens reale fundamentaliter, quia immediatè fundatur in re. 174. & 175.

*V. Vna Secunda Intentio possit esse fundamentum alterius?*

*Negativa.*

Quia nulla secunda Intentio habet esse distinctum ab alia: cum quælibet immediatè fundetur in nostro intelligendi modo; potuerunt vna Secunda Intentio esse Subiectum alterius in Prædicatione denominativa: vnde dicimus, Genus & Species, &c. 179.

*V. Diuinus Intellectus cognoscat, & cognoscendo efficiat Entia Rationis?*

*Resolutio.*

Deus propriissime cognoscit cognitione speculativa Omnia Entia Rationis facta, vel factibilia ab Intellectu humano, quia Ens Rationis quamvis sit Ens secundum quid, facta tamen suppositione, quod sit factum, vel factibile ab Intellectu humano, est simpliciter Ens, & claudatur sub obiecto Intellectus Diuini, cum claudamus ipsa actus rationis formales. pag 193. Sed Diuinus Intellectus nullo modo format Entia Rationis, quia Diuinus Intellectus est purissimus actus omni Genere, & per formã, quæ

ctia Diuina Essentia, non cognoscit res aliter, quàm sunt à parte rei: sed quodlibet Ens tam positiuum, quàm negatiuum cognoscit eo modo, quo est. 187. & 194.

## DISPVTATIO TERTIA.

*De Vniuersalibus in communi.*

*V. Vniuersalia extra animam habeant esse, ab inadæquata separatum à*

*Platonicis asseritur, Aristotelicis negatur. Angelicus distinguit.*

Vniuersale ante rem, quod est causa rerum: vbique per se subsistens, increatum, & independens, est separatum à rebus: sed huiusmodi ens solis Deus est: & in hoc essendi statum potest sententia Platonicorum. Sed Vniuersale in re, quod identificatur cum ipsa re, in quantum, vel Vniuersale possitem, quod est ipsa Species intelligibilis, abstracta per intellectum à Phantasmatibus, nullo modo habet esse separatum à rebus. & sic sunt intelligendi Aristotelici. pag. 204.

*V. Vniuersalia à parte rei habent esse formale, distinctum ab esse materiali. & materiali Stoicis aliquam. Thomistæ negant. Angelicus vtrique.*

Vniuersalia à parte rei non habent esse formale, superadditum essentiæ, & distinctum ab esse Entium: quia in rebus esse simplici est reale, & esse simpliciter rationis nullum datur Ens medium inter sunt accipiendi Thomistæ. Sed habent Vniuersalia à parte rei esse formale, id est habent esse Essentiæ, quod recte dici potest esse formale, cum proueniat à forma rei, eiq; tale esse distinctum ab esse reali, & ab esse rationis, & tra medium inter vtrumque, vt sit quodam esse commune: nam Essentia secundum se nec est simpliciter singularis, nec simpliciter est Vniuersale: sed cum Essentia habet esse à parte rei, tunc habet esse formale reale, & simpliciter singulare; cum vero eadem Essentia est obiectum intellectus, tunc habet esse formale rationis, & simpliciter Vniuersale. Sic sunt accipiendi Scotistæ. pag. 217.

*De Vniuersalibus secundum esse abstractum.*

*V. Species Intelligibilis ab intellectu agente producta mediante Phantasmate, repræsentat vnum Vniuersale.*

*Thomistæ affirmant. Scotistæ negant. Angelicus vtrumque.*

Species intelligibilis quantum ad rem repræsentatam proximè, seu quantum admodum repræsentandi, repræsentat Vniuersale, quia repræsentat naturam secundum esse abstractum, seu repræsentat id, quod est à parte rei nō secundum esse hoc, & nunc, sed secundum esse rationis, quod est esse Vniuersale. sic accipiendi sunt Thomistæ. Sed eadem Species intelligibilis quantum ad rē repræsentatum remotè, & indistincte, repræsentat singulare

qui

quia repræsentat id, quod est à parte rei, quod secundum esse reale, est simpliciter singulare: unde si Species intelligibilis non haberet talem modum repræsentandi; idest si non abstraheret ab hic, & nunc, repræsentaret singulare. sic accipiendi sunt sub tales pag. 235.

V. Vniversale in gradu abstractionis habeat esse formale, per modum Vniversale?

*Distinguo.*

Vniversalia in gradu abstractionis habent esse formale, formaliter Vniversale tanquam prima intentio, quod ab aliis vocatur Vniversale Methaphisicum, seu negativum; seu Vniversale absolutum, non tamen habent esse formale formaliter Vniversale, tanquam secunda Intentio, quia hoc tantum fit per actum intelligendi reflexum pag. 239.

V. Vniversale formale fundatur re? Et à Philosopho dissentiunt?

*Affirmativa.*

Quia ad Rationem Vniversalis formalis non sufficit prædicari de multis: sed requiritur, vt ipsa forma, quæ prædicatur, secundùm suum esse reale distinguatur in illis, de quibus prædicatur: hoc autem non habet Natura Divina. pag. 243.

V. Vniversale formale sit Genus Vniversum ad Omnia Prædicabilia?

Sexta affirmatur, Angelici negatur, Aliquibus distinguo.

INDEX

Vniversale secundum esse extra Animam non est Vniuocum, sed Analogum, quia Substantiæ & Accidentia illud esse participant vnaquæque Vniuocum, sic explicanda est Sententia Angelicorum de Vniversale vt abstractum secundæ intentionis Vniversalitatis, est Genus Vniversum ad Omnes secundas Intentiones, quia Omnes Secundæ Intentiones sunt Vniversales, & prædicabiles, sic accipiendi sunt Scotistæ pag. 260

DISPVTATIO QVARTA
De Vniversalibus in Particulari.

DE GENERE.

Quod sumi sit Definitum in Definitione Generis?

*Resolutio.*

Natura Generis duplicitèr sumi potest; primo quatenus est quædam res, habens esse extra animam, & hoc modo non est definitum in Definitione datâ à Porphirio: secundo quatenus natura Generis est subiecta secundæ Intentioni Generalitatis; seu quatenus est subiecta prædicatione vt possit formaliter prædicari; & hoc modo est definitum. 262.

An Rem Porphirius definierit Genus?

*Affirmativa.*

Quia by *Prædicatur*, (quatenus idem est ac Prædicabile) est Genus omnium Intentionum, & Reliqua sequentes particulæ, collectim sumptæ quamuis non sint

sint Differentiæ propriæ Generis: cum propriæ Differentiæ sint nobis ignotæ, sunt tamen Differentiæ circumloquutiones, & ita constituunt Genus in esse Primi Prædicabilis, vt alteri non conueniant. pag. 259.

*V. Genus formatur à Materiali Resolutio.*

Genus habet aliquam similitudinem cum materia, quia totum, quod continet materia, vt est pars realis compositi Physici, comprehendit etiam Genera; vt est pars secundum rationem, & ideo dictum est, quod Genus similitur à materia sed differt Genus à materia, quia hæc est pars realis compositi Physici, & ideo nunquam prædicatur de Genere secundum rem est totum, & propterea prædicatur de speciebus pag. 274.

*V. Genus secundum rem dicat totam essentiam Speciei? affirmatiua.*

Quia Genus non dicit aliam tantum, aliæ non esset distinctam à Differentia; nec dicit potentiam tantum, aliæ non esset Vniuersale, nec forma Speciei, sed tenet medium inter potentiam, & actum: & propterea est quodam totum, dicitque totam essentiam Speciei, licet distinctibilem per Differentiam ab ea Speciei pag. 275.

*Quæres de Genere, quod realiter est quoddam totum, potest per Intellectum fieri pars? Resolutio.*

Quia id, quod est ut pars rei non concipitur ab intellectu nostro eo modo, quo est: sed per Intellectum Genus apprehendimur per modum potentiæ partis, cum tamen ut pars rei non sit potentia pura, sed includens actum. pag. 286. & 287.

*V. Genus prædicetur de suis inferioribus vt pars actualis, vel potentialis? Distinctio.*

Genus vt pars actualis, vel potentialis rei sic, & secundum rem, non prædicatur, quia nulla pars in quantum pars essentialis dicitur de toto, sed Genus vt pars actualis, vel potentialis secundum rationem, sic potest essentialiter prædicari, quia licet secundum rationem sit pars: tamen secundum rem est totum. pag. 292.

*V. Genus possit conseruari in vna Specie? Distinctio.*

De Essentia Generis etiam vt est Vniuersale, non est, quod ad ea prædicetur de pluribus: sed quod habeat aptitudinem ad prædicandum de multis; igitur Genus non potest conseruari in vna Specie, non existente, duntaxat de pluribus aliis Speciebus sit possibilis: sed non potest conseruari in vna tantum Specie, ita vt nulla alia sit possibilis, præsertim quantum ad modum, licet adhuc posset conseruari quantum ad esse, etiam si vna tantum supponamus Species, & omnes alias impossibi-

bi-

biles. pag. 295. & 321.
V. Genus predicatur per se, & essentialiter de Differentijs?
Distinctio.
In simplicibus Genus essentialiter predicatur de Differentijs, quia in his illud idem, quod significatur per Genus, significatur etiam per Differentiam, licet sub alia, & alia ratione: sed in Compositis Genus non predicatur essentialiter de Differentijs, sed tantum denominatiuè, quia in Compositis Genus dicit totam naturam Speciei; Differentia vero tantum significat partem naturæ. pag. 299.
DE SPECIE
V. Habitudo Speciei ad superiora sit una, & eadem cum habitudine eiusdem Speciei ad inferiora?
Porphirius affirmat. Dicens sic argumentandum sic respondeo.
Habitudo Speciei ad superiora quantum ad esse non est diuersa primo, & per se, & per eundem modum ab habitudine eiusdem Speciei ad Inferiora. Hoc communiter tenens Phorphirij quia Vnitasque Habitudinis vnā est esse. Sed quantum ad Quidditatem seu quantum ad relativam Habitudo distinguitur ab alia, quia ambo respectus opponuntur. pag. 310.
V. Species Subalternata etiam est Subalterna sit formaliter Vniuersalis, & Predicabilis?
Distinctio.
Duplicitèr aliquid potest esse Vniuersale formaliter, & formaliter Predicabile, prima essentialiter secundo denominatiuè, Species Subijcibilis vt Subijcibilis est Vniuersalis formaliter predicabilis, sed tantum denominatiuè, quia Species Subijcibilis potest predicari de hac, & illa Specie Subijcibili extra essentiam, sed non est essentialiter Vniuersalis, nec formaliter predicabilis intra essentiam, quia Genus Subijcibilis accidit Speciei, ita predicabilitas accidit Speciei Subijcibili. 314. & 315.
V. Sola Species Infima predicetur de Individuis?
Distinctio.
Immediatè sola Species infima predicatur de Individuis, quia sola Species infima est quodammodo totum determinatum, quod non indiget amplius per vltimam formam determinari, sed mediatè, i. mediante Specie, etiam Genus predicatur de Individuis; quia Genus est totum indeterminatum, quod indiget determinari per formam Speciei, & propterea Genus non potest predicari immediatè de Individuis, quia tunc non haberet formam, per quam posset determinari: cum Individua nullam habeant propriam formam. pag. 317.
V. Illa natura sensibilis, cui repugnat omnis multiplicatio numerica, possit dici Species Predicabilis?

Angelici ultimum. Salutis vigent.
Angelici utrumque virumque.

Quælibet secunda Intentio est Relationum secundum dici, & propterea species si consideretur quantum ad esse, sic est Vniuersalis, & prædicabilis formaliter saltem tanquam prima Intentio, quia quantum ad esse est communicabilis, & directè cognoscibilis ab Intellectu. in hoc sensu sunt accipienda Thomistæ, sed eadem natura specifica quantumad respectum, quia supponunt non posse numero multiplicari, sic non esset formaliter prædicabilis, quia deficeret terminus correlationis, sic sunt accipiendi Scotiles. pag. 322, & 323.

*V. Individua possint Diffiniri*

*Diffinitio.*

Individua secundum esse reale, quod habent extra Animam, non possunt diffiniri Diffinitione definitiuâ, quia Omnis diffinitio est per formam, Individua autem secundum esse reale non habent primo, & per se formam: sed Individua quatenus subiecta secundæ Intentioni Individuationis, sic, possunt diffiniri, quia sic habent per se formam (secundam Intentionem) Individui. pag. 327.

## DE DIFFERENTIA

*V. Differentia dicat totam essentiam Speciei?*

*negatiua.*

Quia Differentia formaliter non habet nisi distinguere, distinctio autem est tantum ab actu, & ideo



pterea Differentia formaliter, & significatiuè non dicit nisi partem naturæ: sed Differentia concretiuè, seu implicatiuè, & materialiter dicit totam essentiam speciei pag. 333.

*Quomodo sola Differentia prædicatur in quale quid?*

*Resolutio.*

Sola Differentia est, quæ integrat diuit essentiam, & non dicit nisi partem formalem Essentiæ: & propterea quatenus Differentia sic est essentia rei, prædicatur in quid, sed quatenus formaliter non dicit nisi partem essentiæ, propter hoc prædicatur in quale. pag. 336.

*V. Differentia sit perfectior Genere?*

*Diffinitio.*

Differentia secundum esse reale semper est ignobilior Genere, considerato etiam secundum esse reale, quia secundum hoc esse Genus dicit realiter totum, Differentia vero realiter dicit partem. Sed Differentia secundum esse rationis, seu secundum esse, quod habet in Intellectu, semper est præstantior Genere, quia secundum esse in Intellectu Differentia dicit partem per modum actus, & Genus dicit partem per modum potentiæ, actus autem nobilior est potentia. pag. 339.

*V. Differentia addita Generi faciat aliquid diuersum?*

*Diffinitio.*

In corporalibus Differentia

adita Generi, non facit negationem, quia in Corporalibus Differentia dicit tantum partem naturæ, & totam nec est de Essentia partis, nec è contra. Sed in simplicibus Differentia addita Generi facit negationem, quia in simplicibus Differentia dicit totam naturam sicut Genus, & totam de toto essentialiter prædicatur. pag. 34 & 42.

*V. Differentia & Vniuersalem Genere?*

*Difficultas.*

Differentiæ essentiales sunt Vniuersaliores suis Generibus: sed ita vna Differentia est propria vnius Generis, vt non constituat nisi vnam Speciem. Sed Differentiæ circumstantiales aliquando sunt Vniuersaliores suis Generibus, ita vt vna Differentia possit constituere plures Species. pag. 345.

*V. Differentia si realiter diceret totam naturam Speciei sicut Genus, faceret cum Genere compositionem?*

*Resolutio.*

Si Differentia realiter diceret totam naturam Speciei sicut Genus, faceret eadem cum Genere compositionem rationis, quia tunc Genus apprehenderetur vt potentia, & Differentia vt actus; sed talis compositio rationis hic non arguitur in Specie compositionem realem, quia secundum rem ambo componentia dicerent totam naturam. & vltimus si Differentia, & Genus realiter dicerent totam naturam, tunc non facerent per intellectum compositionem: quia in casu cum Genus essentialiter prædicaremus de Differentia, addita Differentiam Generi, fieret negatio pag. 349.

*V. Difficultas Differentiæ tradita à Porphirio, conuellat etiam Differentiæ infimæ?*

*Difficultas.*

Difficultas Differentiæ, qua dicitur, *Est id, quod prædicatur de pluribus Speciebus in quale quid*, non competit Differentijs vltimis essentialibus: quia vltimæ differentiæ essentiales constituunt cum vna tantum Specie, conueniunt tamen Differentijs vltimis circumloquutionis, per quas circumloquimur essentiales. 358.

*V. Differentia Subalterna, & infima sint Duo distincta Prædicabilia?*

*negatiua.*

Quia vtraque Differentia habet eundem modum essendi, eundemque modum prædicandi, cùm vtraque semper dicat partem formalem essentiæ. pag. 117.

*V. Differentia Tertium Prædicabile prædicetur vniuoce, vel denominatiue?*

*Resolutio.*

Differentia nunquam prædicatur in abstracto, quia pars inquantum pars non prædicatur, & quia Differentia in concreto implicat totam naturam, prædicatur ergo

nominatiue ; sed predicari denominatiue hoc modo non dicitur aliquid à predicari vniuoce, vnivocatione late sumpta pag 360.

## DE PROPRIO

*V. Proprium dicitur vniuersale, dictum ab Accidente?*

*affirmatiue.*

Quia Proprium habet causam determinatam in Subiecto, & sequitur formam eius, & propter hoc distinguitur ab Accidente communi, quia licet non dimanet ab essentia subiecti, sed habet causam communem. pag. 364.

*V. Dentur Propria Generica, quæ predicentur de pluribus Speciebus?*

*Negatiue.*

Pergit & Aristoteles in textu affirmando. *Negatiua sic rem declarat.*

Sicuti Accidens, quod dimanat ab Essentia Speciei Specialissimæ, magis accedit ad causam determinatam, propter quod est Accidens Proprium: ita Accidens, quod fluit ab essentia Generis, magis accedit ad Causam communem, & propterea est Accidens commune: dantur ergo Propria Generica: sed illa pertinent ad Quintum predicabile. pag. 370.

*V. Proprium predicetur Vniuoce?*

*Aristoteles textu 4. Porphyr affirmat. Negatiue communi cum magis.*

Proprium non predicatur vniuoce vniuocatione propria: quia non predicatur intra essentiam. Hoc vult Arist. sed predicatur vniuoce vniuocatione late sumpta ideo æqualiter, hoc intendit Porphirius. pag. 372.

## DE ACCIDENTE

*V. Substantia possit suscipere denominationem Accidentis Quinti Predicabilis?*

*Resolutio.*

Sicuti datur Accidens secundum esse, quod tamen inhæret modum Substantiæ, & vocatur Substantia secundum dici, vt Omne Accidens in abstracto; ita datur Substantia secundum esse, quæ tamen potest indutre modum Accidentis, vt omnis Substantia secunda, quæ habet modum Quæ talis, quatenus est in alio extra Essentiam illius. pag. 376.

*V. Differentia Accidentis à Perpetuo tradita, sit exactæ*

*Affirmatiua.*

Quia Esse Accidentis etiam inseparabilis ita est extra essentiam Subiecti, vt nec præsentia Accidentis constituat Subiectum in suo esse; nec minus absentia Accidentis eiusdem Subiecti essentiam destruat. pag. 376.

*Vna differentia sit inter Accidens Proprium, & Accidens commune inseparabile?*

*Resolutio.*

Cum Accidens proprium habeat causam determinatam in Subiecto, essentia Proprij eorum est simpliciter diuersa ab Essentia Subiecti, sed vnum est de intellectu talium secundo alterius. vnde de Accidente Proprio non est

simpliciter verum, quod adest, & abest præter Subiecti Corruptionem, sed Accidens Commune quia eius habet causam determinatam in Subiecto, et simpliciter extra Essentiam sui Subiecti.
pag. 378
*V. Accidens sit Vniuersale Vniuocè?*

*Distinctio.*

Vniuersale quatenus est quædam res extra animam, non dicitur vniuocè de Accidente, & de alijs Prædicabilibus, quia Substantiæ, & Accidenti nihil potest esse commune Vniuocum realiter; Sed Vniuersale quatenus est res Subiecta secundæ intentioni, vni neque est ad omnia Quinque Prædicabilia, non vniuocatione proprijssima, quæ tantum competit Substantijs; sed ea vniuocatione latè sumpta, quæ etiam potest competere accidentibus.
pag. 382.

---

## TRACTATVS SECVNDI
### De Prædicamentis duodecim rebus Entis.

*V. Æquiuoca sint Dissimilia? Distinctio.*

Æquiuoca æquivocata, significata æquivocorum non sunt dissimilia, quia non habent formam communem; sed voces æquivocæ Subijcuntur secundæ intentioni æquivocationis sunt dissimiles, quia vt sic habent formam communem secundam intentionem
tentionem æquivocationis. 384.
*V. Distinctio Vniuocorum, communicat eius Denominationem?*

*Distinctio.*

Vniuoca secundum se dicitur prima a denominatis secundum esse, quia hæc sunt Accidentia illa vero substantiæ, sed secundum Vniuoca primum inducere modum denominationis, vt Substantiæ secundo, quæ prædicantur per modum Qualis ita denominata possunt habere modum Vniuocum, vt Accidentia Vniuersalia, quæ prædicantur æqualiter. pag. 389. & 390.
*V. Detur Vniuocatio transcendens, quod negat sit Genus, neque sit Species?*

D. Thom. negat. Simus sententiæ.
Aegidius vterque defendit.

Triplex est Vniuocatio, prima dicitur proprijssima, vt quando forma simpliciter est in omnibus, & æqualiter participata a singulis, & hæc tantum competit speciei Specialissimæ. secunda dicitur Propria, vt quando forma simpliciter est vna in omnibus, sed nobilissimi modo in vno, quam in alio, & hæc tantum competit Generibus. tertia dicitur media, seu communis, vt quando forma est in omnibus, sed simpliciter in vno, & secundum quid in alijs, & hæc competit cuidã. Thomas intelligendus est de Vniuocatione proprijssima, vel Propria: sed Scotistæ de Vniuocatione media, seu communi. 390. & 391.

V. Ra-

*V. Ratio Analogia sit omnino diuisa ab Vnitate, & Aequiuocatione?*

*Resolutio.*

Analogia non habent vnamsolam rationem communem eadem: nec habent formam omnino diuersam: sed habent aliquam vnitatem in forma, cum forma Analogi sit in omnibus, & habent aliquam diuersitatem in forma, quia forma Analogi simpliciter est in vno, & secundum quid in alijs: & propterea tenent medium inter Vniuoca, & Aequiuoca. 392. & 394.

*V. Analogia Proportionalitatis sit diuisa ab Analogia proportionalitatis?*

*negatiue.*

Quia Omnis forma vel est vna simpliciter in omnibus, & sic est Vniuocatio: vel simpliciter in omnibus est diuersa, & sic est Aequiuocatio: vel se habet medio modo, & sic est Analogia. pag. 397.

*V. Ratio significata per nomen Analogum intrinsece sit solum in primo Analogato, & in alijs tantum extrinsece?*

*Resolutio.*

Ratio significata per nomen Analogum intrinsece est in omnibus Analogatis, licet in primo simpliciter, & in alijs secundum quid; nam & ratio Analogi intrinsece esset tantum in vno, & nullo modo in alijs, tunc esset pura Aequiuocatio. pag. 400.

*V. Analogia sint tres, per distributionem ad formam, ad significationem, & ad nomen?*

*negatiue.*

Quia forma, significata per nomen Analogum, est vna simpliciter in pluribus Individuis: hoc est per accid. ex respectu Analogorum: vnde si forma Analogi esset simpliciter in vno tantum Individuo, & secundum quid in pluribus, vtique esset vera Analogia. pag. 401.

*Quid sit Praedicamentum essentialiter?*

*Resolutio.*

Ens immediatè non descendit in Praedicamenta per Differentias diuisiuas, alias esset Genus: sed per diuersos modos essendi: & propterea Praedicamentum quidditatiue est modus essendi rei principalis non relatiue ad alium modum essendi formaliter. pag. 464.

*V. Praedicamenta sint Ens, Substantia, & Accidens?*

*negatiue.*

Quia hoc nomen Accidens est secunda Intentio, est que Ens Rationis: & propterea Accidens non est Praedicamentum, quia hoc debet esse Ens reale. pag. 467.

*V. Praedicamenta sint tantum tria? Substantia, Quantitas, & Qualitas?*

*negatiua?*

Quia ad Rationem praedicamenti non requiritur, quod sit res, quia purus ordo etiam facit pro se Praedicamentum, distinctum ab eo Praedicamento, quod facit ipsa

ipsa res, cum parua ordo habeat suas Species, & differentias distinctas ab absolutis: & propterea extra Substantiam, Quantitatem, & Qualitatem, quę sunt res, dantur alia Prędicamenta, quę sunt modi essendi rei principales, &c. pag. 411.

*V. Actio, & Passio constituant eadem Prędicamenta, scilicet Motum?*

*Negatiua.*

Quia Actio, & Passio non consistunt in motu tanquam in Genere Prędicabili: sed tanquam in Genere Physico seu materiali, quatenus Actio, & Passio causantur ex motu pag. 422.

*V. Prędicamenta sint tantum Decem?*

*Affirmatiua.*

Quia modi essendi Principales, quorum vnus non reducitur in alium formaliter, non sunt plures, nec pauciores; quam Decem pag. 411.

DE PRÆDICAMENTO Substantię

*V. Angeli collocentur in Prędicamento Substantię, vel sola Substantia sensibilis constituat hoc Prędicamentum?*

*Prima affirmat. Ala negant.*

*Argumenta inter eos ponuntur.*

Sola Substantia sensibilis per omnem modum constituit hoc Prędicamentum, quia non potest dari aliquod commune vniuocum corporeo, & incorporeo; & quia Angeli non habent naturam compositam, cum sint formæ simplices, propter hoc Angeli non ponuntur in Prędicamento Substantię per omnem modum: sed quia habent potentiam, & naturam, & vltimo bene esse determinatum, secundum hanc considerationem ponuntur in Genere pag. 422

*V. Deus collocetur in Prędicamento Substantiæ?*

*Negatiua.*

Quia ens dicit duo de ratione Entis, primo quod realiter sit entitas, secundo quod eius ratio sit potentia, & ut ratio Differentię est actus, tertio, quod teneat medium inter potentiam, & actum. & Quia Deus non habet rationes, cum sit summe simplex, & nullo modo habeat partes, nec habet rationē prędicię, cū sit purissimus actus, nec denuō teneat medium inter potentiam, & actū, quia est simpliciter infinitus, propterea Deus non est in Genere. Pag. 422. & 423.

*Quod nam est diuisum in diuisione Substantię in primam, & secundam?*

*Resolutio.*

Diuisum non est ipsa Substantia, quatenus est quędam res, quia sic diuisum conueniret cum Substantia Prima; nec est Substantia, quatenus est Genus Generalissimum, quia sic diuisum conueniret cum Substantia secunda, sed est ipsa Substantia communis, vt subiecta secunda

de Intentione Substantiæ Prædicamentalis. pag. 427.

*V. Substantia sit aliquid Contrarium?*

*Distinctio.*

Duplex est contrarietas; prima dicitur Generis Prædicabilis, & est quæcunque Oppositio differentiarum Substantialium diuidentium idem Genus Prædicabile, & hæc contrarietas reperitur in Substantijs. secunda dicitur contrarietas Generis susceptibilis, vt Oppositio inter ea, quæ se mutuo expellunt ab eodem Subiecto; & hæc non est in Substantijs pag. 433.

*V. Substantia suscipiat magis & minus?*

*Distinctio.*

Per ordinem ad formam specificam, Substantia non suscipit magis & minus, quia forma specifica dat simpliciter indiuisibile. sed per ordinem ad formam Generis, vel ad formam Analogi, sic Substantia suscipit magis, & minus, quia nec possunt dari duo Species essentialiter differentes, in quibus reperiatur æqualiter eadem forma Generis, nec forma Analogi potest æqualiter participari ab Analogatis 435. & 436.

---

## DE PRÆDICAMENTO Quantitatis.

*V. Extensio partium in ordine ad totum essentialiter alteri à Quantitate?*

*Distinctio fundamentalis.*

Duplex est Extensio in ordine ad totum, altera est secundum rem, seu secundum esse, quæ dicitur extensio per essentiam, & hæc est essentia solius Quantitatis, altera est extensio partium in ordine ad totum secundum modum, seu secundum dici, vel extensio participata, & hæc licet Prouenit à Quantitate, non est tamen Essentia Quantitatis, sed bene potest competere alijs Prædicamentis à Quantitate. 460.

*V. Quantitas distinguatur essentialiter à Substantia?*

*Distinctio.*

Quantitas secundum esse realiter, & essentialiter distinguitur à Substantia secundum esse; quia amba sunt duæ res diuersorum Prædicamentorum, & ratio formalis vnius non est ratio formalis alterius; sed Quantitas secundum dici non distinguitur essentialiter ab illo Prædicamento, cuius est modus, quia modus rei non distinguitur ab ipsa met re. pag. 461.

*V. Res Veniat Prædicamenti ex. Substantia, habeat modum Quantitatiuum, & diuisibilis in infinitum?*

*Resolutio.*

Si res vnius Prædicamenti vt Substantia haberet modum Quantitatiuum, quia vt sic dicitur totum essentiale, & omne totum habet partes, propterea totum essentiale sic est secundum materiam, vt sic est diuisibilis in te-

Essen-

Saltem, quia vt sic reducitur ad totum continuum; sed si res sit totum essentiale secundum formã, vt v.g. Panis, caro, &c. vt sic nõ est diuisibile in infinitum, sed habet partes determinatas, vnde est dare minimum panis, &c. nec Quantitas secundum modum distinguitur à Quantitate secundum esse tanquam res ab re, vel tanquam essentia ab essentia, sed tanquam participans à participato. pag. 463.

*V. Linea, superficies, & Corpus sunt tres Species distinctæ Quantitatis continuæ?*

*affirmatiua.*

Quia Ratio formalis lineæ est habere partes, itaut vna sit post aliam: Ratio formalis superficiei est habere partes, quarum vna non solum sit post aliam, (Hæc enim est materia superficiei) sed etiam circa aliam, & ratio formalis corporis est habere partes, quarum vna non solum sit post aliam, & circa aliam, sed sub alia. pag. 468.

*V. Tempus sit Species Quantitatis Continuæ?*

*Distinctio.*

Si Tempus consideretur formaliter secũdum suam essentiam sic est Quantitas discreta, quia vt sic habet partes secundum Prius, & posterius; sed si consideretur materialiter ratione Subiecti, sic est Quantitas continua, quia Subiectum Temporis est motus primi mobilis, qui est continuus. pag.

*V. Vnitas, quæ est Principium numeri, sit quid Positiuum, & quomodo differat ab vno, quod est Passio entis?*

*Resoluitur.*

Vna, & eadem forma realiquatenus perficit rem in se, est vnitas, quæ est principium numeri, quatenus vero perficit rem per comparationem ad alias partes, sic est Quantitas continua: sicut ergo Actio importat quandam entitatem positiuam, quæ vocatur Actio, & vltima dicit quandam negationem dissectionis, quæ vocatur Vnitas: sic illa forma realis, quæ perficit rem in se, & est Quantitas discreta, non solum dicit quid positiuum, quod vocatur Vnitas; sed etiam dicit quãdam negationem diuisionis, quæ etiam vocatur Vnitas: sed hæc Vnitas, quæ significatur per negationem, conuertitur cum Ente: illa vero Vnitas, quæ significatur per positiuum, tantum pertinet ad Quantitatem. pag. 471.

*V. Vnitas, quæ est principium numeri, sit Quantitas?*

*negatiua.*

Quia ratio Quantitatis (i. Extensio) nullo modo reperitur in vnitate, quæ est principium numeri: cum hæc sit simpliciter indiuisibilis. pag. 478.

*V. Numerus sit Ens reale extra Animam?*

*affirmatiue.*

Quia vna, & eadem forma rea-

tis vt perficiet rem in se, & Quantitas discreta, & quatenus perficit rem per comparationem ad suas partes, est Quantitas continua, sed Quantitas continua est vera Ens reale; ergo & Quantitas discreta pag. 480.

*V. Numerus sit Ens per se constituens veram Speciem Quantitatis discretæ?*

*affirmativa.*

Quia ex omnibus unitatibus constituentibus numerum, præcedentes ad vltimam habent rationem materiæ, cum sint determinabiles per vltimam: vltima vero habet rationem formæ, cum determinet præcedentes. 483.

*V. Numerus Praedicamentalis perpetuatur in Substantijs Spiritualibus?*

*negativa.*

Quia vnitas replicabilis, quæ est principium numeri, non distinguitur realiter à Quantitate continua; ergo cum in Angelis nulla sit Quantitas continua, sequitur, quod in illis nec erit Quantitas discreta: Beneverum est, quod in Angelis est numerus secundum modum pag. 482.

## DE PRÆDICAMENTO Relationis.

*V. Relatio constituat Speciale Praedicamentum, distinctum ab alijs?*

*Difficilis.*

Relatio quantum ad esse existentiæ non constituit Prædicamentum distinctum ab absolutis quia esse Relationis est esse fundamenti; sed quantum ad Quidditatem constituit distinctum Genus entis ab alijs, quia quidditas Relationis est distincta à quidditatibus absolutorum. pag. 495.

*V. Relatio, quæ constituit Speciale Praedicamentum, sit realis?*

*affirmativa.*

Quia Relatio Prædicamentalis, & secundum esse immediatè fundatur in aliquo Accidente reali, & vltimus est inter entia actus existentiæ, quorum vnum realiter ordinatur ad aliud. 499.

*V. Relatio realis possit realiter advenire Subjecto, sine Subjecti mutatione?*

*Distincte.*

Relatio secundum suam quidditatem nunquam realiter mutat Subjectum, quia quidditas Relationis non est aliquid in aliquo, sed aliquid ad aliud. Sed Relatio secundum esse, si est realis, nunquam potest realiter esse in aliquo Subjecto sine aliqua reali mutatione vel actuali, vel saltem possibili, quia quoties Relatio secundum esse est realis, semper immediatè fundatur in aliquo Accidente reali, quod vel actu transmutat Subjectum, vel saltem potest illud realiter transmutare. 501.

*Quod sint sit suprema Genus huius Praedicamenti Relationis*

*Resolutio.*

Nouell Relatiuum inconcreto, quia nullum concretum per se cadit in Genere: sed est Relatio in abstracto, non in speciali, sed in communi, quæ non habet sibi oppositam pag. 505.

V. Distinctio Relationum secundum esse reale fuerit tradita à Philosopho

affirmative.

Quia esse ad aliud sicut dicitur æquiuocè de realibus, & rationis, & Analogicè de Relatiuis creatis, & Diuinis; ita dicitur æquiuocè de Omnibus Relationis Prædicamentalibus pag. 507.

V. Relatio Realis secundum conceptum (ad) dicat perfectionem realem?

negative.

Quia Relatio realis secundum quidditatem non est aliquid in aliquo, vnde nec facit compositionem, nec infert mutationem realem; sed est ad aliquid; & quamuis hoc ad aliquid sit Ens reale, prout Ens dicit essentiam, & ex genere Prædicamentorum, non tamen est Ens reale, prout Ens dicit esse. pag. 510.

V. Inter Ens, & non Ens sit Relatio Realis?

Negative.

Quia Realitas relationis, & si primo, & per se pendeat à fundamento, tamen ex consequenti etiam pendet a termino pag. 512.

V. Substantia possit esse immediatum fundamentum Relationis?



Distinctio.

Relatio realis secundum dici potest immediatè fundari in substantia, quia huiusmodi Relatio secundum id, quod est, tantum dic Prædicamenta; sed Relatio realis secundum esse necessario petit immediatè fundari in Accidente, quia huiusmodi Relatio prædicamentalis non est accidens, nisi ratione fundamenti. 513.

V. Vna Relatio realis possit esse fundamentum alterius?

Scotus affirmat. Thomistæ negant. Aegidius aliqualiter distinguunt.

Relatio formaliter sumpta, & secundum suam quidditatem præcisè quatenus est id, quo, seu ratio referendi, non fundat aliam relationem, quia sic non est aliquid in aliquo: hoc volunt Thomistæ, sed materialiter, & secundum suum esse relationum, quatenus est id, quod, sic potest fundare aliam relationem, non realem, nec realiter distinctam à se ipsa; sed tantum relationem rationis quia illud esse Relationis non est esse reale, per quod Relatio potest realiter existere: sed est esse obiectiuum, per quod potest actu intelligi & in hoc sumus cum Scoto. pag. 520.

V. Relatio Realis realiter differat à fundamento?

Thomistæ negant. Scotus affirmat. Aegidius aliqualiter distinguit.

Quidditas Relationis quatenus per ordinem ad fundamentum sit ratio, non distinguitur re-

realiter à fundamento: sed ratione ratiocinata, quia distinctio realis non est nisi inter res; & hoc intendunt Thomistæ. Sed eadem quidditas relationis quatenus per ordinem ad terminum est relata, realiter distinguitur à fundamento non primo, & per se, & per omnem modum: sed ex consequenti, & indirecte, quatenus in Intellectu quidditatis relationis claudi tur etiam dependentia à termino, qui realiter distinguitur à fundamento. hoc volant Subtiles. pag. 528.

*V. Relatio fundat Spiritum, & Individuationem à termino?*

*Distinctio.*

Sicut Specificatio Relationis primo, & per se sumitur à termino: & ex consequenti à fundamento: ita Individuatio eiusdem primo, & per se sumitur à fundamento, sed ex consequenti sumitur à termino; quia Relatio ab utroque dependet. § 30. & 535.

*V. Relatio Prædicamentalis terminetur ad terminum formali per relationem?*

Thomistæ affirmat. Scotistæ negant. *Aegidius tenet tertium.*

Relationes omnes, quæ sola sunt Prædicamentalia, si considerentur secundum esse existentiæ, quia vt sic sunt quid absolutum, secundum hanc acceptionem terminantur ad absolutum, sic accipiendi sunt Thomistæ. Sed si considerentur secundum esse quidditativum, sic terminantur ad terminum respectivum, quia esse quidditativum Relationum prædicamentalium essentialiter est quid relativum, sic accipiendi sunt Thomistæ. pag. 541

## DE PRÆDICAMENTO Qualitatis.

*V. Species Specialissimæ Prædicamenti Qualitatis possint indere vel modum alterius Prædicamenti?*

*negatiue.*

Quia hujusmodi in quantum Species, & secundum omnia Specierum v.g. Grammatica, Logica, &c. non habent aliam dependentiam nisi à subiecto, in quo sunt, sicut vt includunt rationem sui Generis, i. quatenus sunt ab obiecto, etiam dependeant ab obiecto, & secundum hanc etiam possint indere modum alterius Prædicamenti. pag. 547.

*V. Habitus, & Dispositio Speciei distinguantur?*

*negatiue.*

Quia Dispositio non est Qualitas incompleta ab intrinseco, sed dicitur incompleta per comparationem ad Subiectum: sicut ergo Habitus, & Dispositio sunt eadem natura, ita conueniunt vnam Speciem. pag. 550.

*V. Naturales Potentiæ, & impotentiæ sint duæ Species Qualitatis?*

*Distinctio.*

Sunt duæ species Specialissimæ, quia distinguuntur quidditati-

te: cum vna, & eadem natura non possit simul, & semel naturalis potentia, & impotentia, sed sunt vna Species habitudinis, quia conueniunt in hoc, quod vtraque est principium operandi. pag. 548.

*V. Passio, & Passibile Qualitas constituunt Duas Species?*

*negatiua.*

Quia perfectum, & imperfectum non variant speciem. 551.

*V. Forma, & figura sint Duæ Species Qualitatis?*

*negatiua.*

Quia sicut Dispositiones rerum Mathematicarum simplicium dicuntur formæ, ita dispositiones rerum Mathematicarum compositarum dicuntur figuræ. 553.

De sex vltimis
PRÆDICAMENTIS

*V. Actio sit Prædicamentum distinctum à Passione?*

*Affirmatiua.*

Quia dependentia ab Agente est ratio formalis distincta ab hoc, quod est dependere à Passo; eiique Actio mutua effectui principaliter non reducitur ita aliam formaliter. pag. 560.

*V. Actio sit Actionis extrinsecus aduenientis?*

*affirmatiua.*

Sola Quantitas, & Qualitas sunt Accidentia intrinsecus aduenientia, quia hæc vltra dependentiam à Subiecto, non dependent ab alia causa: sed Actio, & idem de alijs Prædicamentis Accidentium) vltra dependentiam à Subiecto, dependet ab alia causa, & ab Agente, & idem est Accidens extrinsecus aduenions. 561.

DE PRÆDICAMENTO
Passionis.

*V. Passio constituat Prædicamentum. & quæ nam sit eius ratio formalis?*

*Resolutio.*

Passio quatenus præscindit ab hoc, quod est causare passionem, vel causari à passione, est in prima Specie Qualitatis: sed quatenus præcisè causat passionem, vel causatur à Passione, sic est tertia Species Qualitatis. Passio tandem quatenus immediatè progreditur ab Actione, & dependet à Passo, sic est sextum Prædicamentum distinctum ab aliis. pag. 562.

DE PRÆDICAMENTO
Quando.

*Quæ nam sit ratio formalis constituendi Quando?*

*Resolutio.*

Est Dependentia temporalium à durabilitate temporis, quæ ab Ægidio vocatur infectio, & constituit Prædicamentum Quando. pag. 567.

*Quomodo sit Quando, & quæ nam sint Species, de quibus essentialiter prædicatur Quando?*

*Resolutio.*

Sicuti datur tempus simplex vt hora, respectu Diei, & tempus compositum, vt Dies respectu ho-

hare; ita datur Quando simplex, vt esse in instanti, & quando compositum, vt esse in Die, &c. Datur etiam Quando ex præterito, quod est infectio, relicta in re temporali ex tempore præterito, secundum quam infectionem res temporalis dicitur fuisse: & hæc constituit vnam speciem Quando. pag. 570.

*V. Quando sit in eodem Subiecto eius tempore à quo cessauit*

*Resolutio.*

In his temporalibus sunt simul quia tempus & principatus Solis sunt in primo mobili, tamen consequens etiam est in temporalibus: ad Differentiam Vbi, quod semper est in locato, in quo nunquam est locus. pag. 572.

*V. Quando sit in omni Ente creato.*

*Resolutio.*

In Angelis non est Quando Predicamentale, quia nec Æuum, nec esse in Æuo est Accidens, & ideo ex Æuo non sumitur Quando: sed hoc Predicamentum totum sumitur ex tempore continuum, quia non solum tempus est ens, quia non solum tempus est Accidens: sed esse in tempore est aliud Accidens distinctum, aduenions rebus temporalibus, & hoc constituit Quando. pag. 575.

## DE PRÆDICAMENTO Vbi.

*Quænam sit ratio formalis constitutiua Vbi?*

*Resolutio.*

Est Dependentia cansata ab corpore locato à corpore locante mediante motu, & ab Ægidio vocatur conseruatio corporis locati cum corpore locante. pag. 580.

## DE PRÆDICAMENTO Situs.

*V. Situs constituat Predicamentum distinctum ab alijs?*

*Affirmatiue.*

Situs supra Vbi non adit nisi ordinem partium in loco: & quia ordinatio partium in loco eius ordinatio partium in loco est: non potest fieri esse in loco, & se non potest fieri esse: tamen quia vna ratio formalis non reducitur in aliam formaliter, ideo vnaquæque constituit suum predicamentum. pag. 587.

## DE PRÆDICAMENTO Habitus.

*Quid sit essentialiter Predicamentum Habitus?*

*Resolutio.*

Est Accidens quale, medians inter ipsum corpus, & aliquod Continuus vestitum adiacentium corpori, quod subiectiuè est in ipso corpore, cui adiacent vestes, & vocatur Habere secundum naturam actionum: sed passiuè vocatur Habitus. pag. 591. & 592.

## DE POST PRÆDICAMENTIS

*V. Oppositio vere & stricte sit omnium maxima?*

*Affirmatiue.*

Quia Omnia Opposita habent aliquod medium, vel secundum formam, vt contraria, vel secundum Subiectum cum contradi-

tia Subiecti, vt contraria immediata, quæ determinant sibi Subiectum; siue secundum Subiectum sine constantia Subiecti, vt Priuatiua Generalia; & sola contradictoria nullam habent medium. pag. 191.

V. Omnis causa sit prior suo effectu?

*Distinctio.*

Causa vt causa, & vt indurat relatione causæ non est prior, sed simul natura cum suo effectu, vt est correlativum causæ: sed causa secundum esse absolutum, quod est fundamentum relationis, est prior effectu. pag. 200.

V. Oppositæ contradictoriæ possint esse simul in uno instanti?

*Distinctio.*

In vno instanti mensuræ proprie duo contradictoria non possunt esse simul, quia in vno instanti mensuræ propriæ nullus est successus: sed in vno instanti mensuræ alienæ possunt contradictoria esse simul, quia vni, & eidem instanti mensuræ alienæ possunt correspondere plura instantia, quæ si simul componantur, non efficiant magnitudinem, nec sunt aliquid maius, quam vnum instans. pag. 602.

Quæ distinctio sit inter Habere decimum Predicamentum, & Habere, quod est Post Predicamentum?

*Resolutio.*

Habere, quod est Predicamentum, est tale secundum esse, & est Accidens quodam medium inter corpus, quod habet, & Genus extrinsecum, quod adiacet corpori: sed Habere Post Predicamentum est tale secundum dici, & transcendit omnia Predicamenta. Pag. 605. 1. & 2.

---

## DISPUTATIO SECUNDA
### De Ente Diuiso.

Quæ nam sit Prima Diuisio Entis?

*Resolutio.*

Prima omnium Diuisio Entis est in Ens, prout dicit essentiam, quod idem est, ac Ens non Quantum, & in Ens, prout dicit esse, quod idem est ac ens Quanti. Secundo diuiditur Ens prout dicit essentiam in essentiam, q est Actus purus, vt Diuina Essentia in Essentiam, quæ est pura potentia, vt essentia materiæ primæ, & in Essentiam admixtum ex potentia, & actu, vt Essentia cuiuslibet rei creatæ inter Deum, & materiam primam; vltimo Ens prout dicit esse, diuiditur in Ens creatum non vniuoce, sed Analogice, quia ratio essendi simpliciter est in Deo, & per attributionem in Creaturis. pag. 605.

V. Ens sit Æquiuocum, vel Analogum?

Tribus modis dicunt esse Analogum, Scotistæ volunt esse Æquiuocum.

*Argumenta contrarij breuiter.*

Ens non est Vniuocum vniuocatione propria Speciei Specialissimæ: nec minus vniuocatione pro-

propria Generibus, quia Ens non est vnum simpliciter, nec per prædicationem in omnibus: in hæsimus cum Thomistis. eam quo etiam stat, quod Ens est vnū & vniuocum vninocatione media seu communi, quæ non distinguitur ab Analogia, quia Ens est in Entibus particularibus per Attributionem; & quia media semper participat de extremis, & aliqua media magis participat de vno extremo, quam de alio, idco Ens, quod magis accedit ad Vniuocationem, quam ad Æquiuocationem, magis erit vniuocum, quam æquiuocum, & in hoc sumus cum Scotistis. pag. 618. 1. & 2.

*V. Ens prædicetur Essentialiter, vel denominatiuè de vltimis Differentijs, & propriis passionibus?*

*Thomistæ dicunt essentialiter; Scotistæ Denominatiuè, Aegidiani vtroque modo.*

Prædicari essentialiter Ratione plicitet, primo tanquam id, quod est vel tota essentia, vel pars Essentiæ, & hoc modo Ens non prædicatur essentialiter, sed potius denominatiuè, quia Ens nec est tota essentia, nec pars essentiæ reflexiuè tanquam id, quod transcendit essentiam rei, & hoc modo Ens prædicatur essentialiter; quia Ens includitur in conceptu cuiuscunque rei. 621. 2.

*V. Conceptus Obiectiuus Entis sit Vnus?*

*Resolutio.*

Non est vnus simpliciter, & per prædicationem, quia Entia particularia non sunt talia per entitatem, quæ sit in eis; sed est vnus vnitate media, quia omnia Entia sunt talia per entitatem, quæ est in eis. 622. 2. & 623.

*V. Conceptus formalis Entis sit etiam Vnus eadem vnitate?*

*Distinctio.*

Conceptus formalis Entis, respectu rationis formalis ex parte Scientiæ, seu perceptæ, quæ est abstractio ab omni materia, est vnus vnitate specialissima, quia talis ratio est vna forma simplicissima: sed respectu rationis formalis ex parte Obiecti, quæ est ratio Entis, est vnus vnitate Analogæ. pag. 623. 2.

*V. Conceptus Obiectiuus entis sit omnino præcisus?*

*Distinctio.*

Sicut conceptus obiectiuus Entis nec est simpliciter vnus, nec simpliciter est diuersus; sed vnus medio modo ita nec est omnino præcisus præcisione, quia sequitur perfectam vnitatem, nec est nullo modo præcisus, quia Ens nullam habeat vnitatem, sed est præcisus medio modo. pagina 618. 2. & 619. 1.

# TRACTATVS TERTII

## De Ente Methaphiſico quatenus Ens.

### DISPVTATIO PRIMA
*De Obiecto Methaphiſicæ.*

*V. Ens, prout comprehendit Ens Reale, & Rationis, ſit Obiectum Methaphiſicæ?*
*negatiuè.*
Quia Ens vt ſic, quatenus eſt commune ad Reale, & rationis: non habet veram formam, ſed eſt purum Æquiuocum. pag. 635.
*V. Ens quatenus eſt commune ad Ens per ſe, & Ens per accidens, ſit Obiectum Methaphiſicæ?*
*negatiuè.*
Quia Ens per accidens nullam addit rationem Entis ſupra Ens per ſe, nec habet eſſentiam, contra diſtinctam ab ente per ſe: ſed potius dicit vltimationem plurium entium per ſe. pag. 637.
*V. Sola Subſtantia Spiritualis ſit Obiectum Methaphiſicæ?*
*negatiuè.*
Quia Accidentia realia, & ſubſtantiæ materiales ſunt veriſſima entia; & Methaphiſica ſe extendit etiam ad illas res, quæ abſtrahunt ab omni materia ſaltem ſecundum rationem. pag. 639.
*V. Deus ſit Obiectum principale Methaphiſicæ?*
*Diſtinguo.*
Deus eſt Obiectum Methaphiſicæ principale non primo, & per ſe ſed conſequenti, quatenus in Deo referuntur omnia ratio Entis. pag. 641.
*V. Methaphiſica eſſet nobilior ſi Deus ſolus eſſet eius obiectum principale primo, & per ſe?*
*Affirmatiuè.*
Quia ſi ageret tantum de Deo, conſideraret Deum ſub ratione infinita: at agens de Deo, & Creaturis, conſiderat Deum ſub ratione finita, quia conſiderat Deum, prout relucet in creaturis. pag. 643.
*V. Methaphiſica agat de omnibus rebus ſeparatis ſpecialiter quam rationis?*
*Diſtinguo.*
Methaphiſica non agit de Obiectis ſpecialibus eodem modo, quo de illis agunt ſcientiæ Speciales: ſed illa Obiecta, quæ ſcientiæ ſpecialibus conſiderantur ſub ratione particulari, à Methaphiſica autem ſub ratione Vniuerſali, & ſub ratione Entis. pag. 644.
*V. Methaphiſica à ſuo Obiecto habeat vnitatem ſit vna?*
*Diſtinguo.*
Ab Obiecto formali Quod, ſeu à ratione formali ex parte obiecti, habet Methaphiſica vnitatem Analogiam, quia ratio Entis eſt vna Analogicè. Sed ab obiecto Formali Quo, ſeu à ratione formali ex parte Methaphiſicæ, habet vnitatem Specialiſſimam, quia

quia abstractio ab omni materia
est vna forma indiuisibilis. 655.

De Rerum Essentijs.

*V. Essentia antequam existat, sit Ens reale, vel nihil?*

*Distinctio.*

Si sumatur Ens, prout dicit figuras Predicamentorum, sic quælibet Essentia est magis Ens reale, quam nihil; sed si sumatur Ens, prout dicit ipsum esse realis existentiæ, sic essentia est magis nihil, quam Ens reale. 657.

*V. Essentia prout præscindit ab existentia, sit Ens reale extra Deum?*

*Distinctio.*

Triplex est Essentia: alia est ipsum esse, vt Essentia Diuina, & hæc est Ens reale habens eternum. alia est Essentia, quæ nec est suum esse, nec est immediatum fundamentum ad esse: sed est immediatum fundamentum formæ, qua mediante, acquirit esse, vt Essentia materiæ prime, & hæc est Ens reale in potentia, nullam habens actum, Tertia essentia est media inter has duas essentias, & actu: & hæc ante realem existentiam est Ens Reale actu, non ita actu, vt per se possit existere: sed ita actu, vt per se possit intelligi, & potest dici ens reale in potentia respectu actualis existentiæ pag. 661.

*V. Essentia rei possibilis, antequam ponatur in esse, sit Ens reale actuale, aternumque dependens.*

*Distinctio.*

Sumpto Ente prout dicit ipsum esse existentiæ realis, sic essentia rei possibilis non est Ens nec eternum, nec independens: imo magis est nihil, quam aliquid. Si vero sumatur Ens prout dicit figuras Predicamentorum, seu combinationes prædicatorum essentialium, sic essentia possibilium est Ens reale, non causatum nec dependens, quia essentia, vt essentia non fit, nec dependet: & in hoc sensu potest dici independens, & perpetuo veritatis, saltem quatenus est Obiectum Diuinæ cognitionis pag. 663.

De Existentijs Rerum.

*V. Esse existentiæ sit Substantia, vel Accidens?*

*Resolutio.*

Esse existentiæ quantum est ex se, directè non determinatur ad Genus, nec ad Speciem, sed specificatur, & determinatur ad Genus, quatenus recipitur in Essentias, quatenus recipitur in Essentia, & propterea quantum est ex se directè nec est Substantia, nec Accidens: sed in Substantijs est Substantia, & in Accidentibus est inexistere: reductiuè autem existentia est in Genere Substantiæ, non quod existentia sit Substantia, sed quia est actus Substantiæ, sicut punctus reductiuè est in Genere Quantitatis, quia est terminus Quantitatis. 669.

*V. Aliquod Accidens reale possit adnichilari aliqua Substantia, vel saltem sit esse existentiæ,*

negativa.

Quia tota ratio, quare accidentia sint, vel non sint in Subiecto, est esse Subiecti; vnde si in aliquo Subiecto non est omne esse, sed esse determinatum, vt in Ente creato; tunc in illo sunt Accidentia, quia perfectiones aliorum Generum non transeunt in Substantiam pag. 672.

V. Creatura possit causare Ens in re, quod Ens?

Resolutio.

Omnis effectus causatus, & est Ens, & est tale Ens. & vtraque ratio attingitur tam à Deo, quam à Creatura; sed Deus, quia habet omne esse, attingit hunc effectum; quia attingit ipsum Ens; Creatura vero quia habet esse limitatum, attingit Ens, quia attingit tale Ens pag. 671.

V. Creatio creatura sit idem, quod existere ejusdem?

affirmativa.

Quia Actio competit Agentis non dicitur de omni eo, quod agitur: nam totum compositum est, quod agitur, totum autem compositum non est actus, cum potius sit admixtum ex potentia & actu, sed Actio Agentis solum dicitur de complemento, quod est actus: & quia solum esse est actus, & complementum essentiæ, ideo Creatio, & vniuersaliter actio Agentis primi est ipsum esse creatum. pag. 673

V. Esse formæ Accidentalis sit idem vere ipsa forma?

Distinctio.

Esse informans semper est idem cum ipsa forma: esse vero, quod est participatio formæ, non est idem cum forma; sed est idem cum essentia Subiecti, in quo recipitur tale esse. pag. 683.

V. in pura Creatura sint plura esse?

Distinctio.

Loquendo de esse, per quod res possit realiter existere, quod pertinet à forma totius: nunquã in vna creatura sunt plura esse, quia in nulla creatura sunt plures formæ totius sed loquendo de esse, per quod res possit actu intelligi, quod pertinet à forma partis: possumus in vna pura creatura intelligi plura esse, quia possunt esse plures formæ partis. pag. 692.

De Essentijs, & Existentijs Rerum.

V. Essentia, & Existentia differentur realiter.

Distinctio

Sicut materia, & forma realiter distinguntur non tanquam duæ res diuersorum Prædicamentorum, cum vtraque sit Substantia; sed tanquam potentia, & actus, quia forma separari potest à materia, ita Essentia, & existentia distinguuntur realiter non tanquam duæ res diuersorum Prædicamentorum, quia existentia semper est actus Essentiæ; sed quia Essentia est Ens in potentia ad esse, & esse est actus essen-

essentiæ, & vnum separari potest ab alio, salua semper essentia ab alio, pag. 699. & 700. alterius pag.

*V. Essentia Creaturæ sit indifferens ad esse, & ad non esse?*

*Distinctio*

Nulla essentia est indifferens ad esse, & ad non esse reale, quia omnis essentia vel est in suis causis, & sic habet esse reale in potentia; vel est extra causas, & tunc habet esse reale actuale. Sed Essentia secundum esse rationis, quatenus circa ipsam negotiatur intellectus, sic est indifferens ad esse, & ad non esse reale, quia accidit illi vtrumque pag. 702.

*V. Possit creari ens sine omni Essentia?*

*negatiua.*

Quia esse existentiæ per se non determinatur ad Genus, nec ad Speciem, nec minus individuatur nisi quia recipitur in essentia: igitur non potest A sitio realiter terminari ad esse sine Essentia, quia tunc esse individuaretur sine essentia pag. 714.

*V. Si Existentia non distingueretur realiter ab Essentia, posset creatura annihilari?*

*negatiua.*

Quia id, quod creatur, vel annihilatur, non est actus tantum, cum hic semper sit actus; neque potentia tantum: cum hæc semper sit potentia: sed id, quod fit, vel annihilatur, est compositum realiter ex potentia, & actu: vnde si essentia non distingueretur realiter ab existentia tanquam potentia, & actus: non posset creatura annihilari pag. 708.

*V. Creatura à Deo procederet libere, si Essentia non distingueretur realiter ab existentia negatiua.*

Quia Omne productum dicit realem respectum ad producentem; vel ergo hic respectus fundatur tantum in essentia creatæ, & tunc cum essentia, vt essentia non incipiat esse, quia essentia semper est, sequeretur quod ille respectus esset debitus naturæ, sicut in Diuinis respectus Filij est debitus naturæ Filij, atque adeo creatura necessario esset producta: vel respectus fundatur in composita ex Essentia, & esse, & tunc creatura procederet libere, quia posset deperdi respectus productæ per separationem libertatis ipsius esse ab Essentia. pag. 712. & 713.

*V. Essentia sit nobilior, quam existentia?*

*Distinctio*

Essentia quatenus per se, & de se est in Genere, & in Specie est perfectior, quam existentia, quia hæc per se non est in Genere, nec in Specie: sed reducitur ad prædicamentum Essentiæ: sed essentia quatenus est in potentia ad esse, est ignobilior quam existentia, quia hæc est actus essentiæ, & actus semper est nobilior potentia pag. 714.

# DE PASSIONIBVS Entis.

## De Vnitate Transcendentali.

*V trum Vnitas conuertatur cum Ente?* 7

*Diffinitio.*

Vnitas formaliter, & quantum ad significatum opponitur Enti, & non conuertitur cum illo, quia Ens significat esse: Vnitas vero indiuisionem: sed quantum ad naturam, & suppositum, seu secundum rem Vnitas non opponitur simpliciter Enti, & conuertitur cum illo, quia eandem naturam importat vtrumque. 7 8.

*V. Vnitas transcendentalis dicat aliquod positiuum?*

*Diffinitio*

Si Vnum formater secundum remissionem suppositi, & quia ens non opponitur Enti, sed illud includit sic vnum dicit positiuum reale, si vero Vnum formatur secundum significatum, & rationem formalem, quatenus aliquo modo opponitur Enti, sic vnum formaliter dicit negationem, quia vnum hoc modo non addit supra ens nisi negationem pag. 721. & 722.

## De Vnitate Individuali.

*V. In Substantijs materialibus sola materia sit principium Individuationis?*

*Diffinitio*

Materia secundum suam Essentiam, idest denudata omni forma tam Substantiali quam accidentali, non est principium Individuationis, quia hoc modo materia nullo modo esset hec: cum nullo modo distractus a quo proueniat omnis Individuatio. Ast materia signata per conditiones accidentales, sic est principium Individuationis, quia sic ita est hęc vt non sit alia pag. 724.

*V. forma Substantialis sit Principium Individuis?*

*Diffinitio*

Si forma substantialis sumatur, quatenus est signata, & recepta in hac materia, & non alia, sic est principium Individuationis: quia Individuum substantiale non minus dependet a forma substantiali, quam a materia: si forma substantialis materialis accipiatur secundum suum esse vniuersale, & quatenus non est recepta in hac materia: sic non est principium Individuationis, sed potius Specificationis. pag. 725. a.

*V. In Entibus corporalibus Accidentia sint principium Individuationis formaliter?*

*negatiua.*

Quia Materia signata accidentibus essentialiter non est aliud, quam materia, & quia materia etiam signata essentialiter est substantia, ideo signatio materię per Accidentia non facit, quod Individuatio sit Accidens: sed in Substantijs materialibus forma-

liter

liter Individuatio est Substantia, licet causaliter possit dici Accidens, quatenus ad talem Individuationem cooperantur Accidentia. pag. 729. 2.

*V. Materia necessario debeat signari à Quantitate, ad hoc ut incorporalibus sit principium Individuationis?*

*Distinctio.*

Secundum consuetum ordinem naturalem, nullo modo possunt esse plura Individua materialia, nisi materia sit à Quantitate signata, quia Materia inquantum de se est unum quid, in vno autem & eodem informi plures formæ oppositionem habentes, simul esse non possunt; recipitur pluralificentur materialiaIndividualiter necessario debet materia à Quantitate signari: quia sola Quantitas est illa, quæ causat pluralitatem in Subiecto. 731. & 732.

*V. Accidentia materialia extra Quantitatem possint individuari independenter ab omni Subiecto?*

*Negativa.*

Quia nullum Accidens materiale (excepta Quantitate) potest individuari, nisi recipiatur in aliquo Subiecto signato, sicuti nulla forma Substantialis potest individuari nisi recipiatur in materia signata. pag. 733.

*V. Quantitas Individuetur per se ipsam independenter ab omni Subiecto?*

*affirmativa.*

Quia inter omnia Entia corporalia tam Substantialia, quam Accidentalia sola Quantitas per se ipsam habet plures partes, & per se ipsam pluralificari potest sub eadem Specie, Quantitas ergo non indiget Subiecto, vt individuetur, sed potius Subiectum individuatur per Quantitatem. pag. 734.

*V. Individuatio in Accidentibus materialibus sit Accidens formaliter?*

*affirmativa.*

Quia sicuti materia habens modum Accidentalem, non est aliud, quam Substantia: vnde Individuatio in Substantijs formaliter est Substantia, licet causaliter sit accidens: ita Accidens habens modum Substantiæ, essentialiter non est aliud, quam accidens, & propterea Individuatio in Accidentibus formaliter est accidens, licet causaliter possit dici Substantia, quatenus ad illam concurrit Subiectum, quod est Substantia pag. 736.

*Quidnam sit Principium Individuationis in Substantijs Spiritualibus?*

*Resolutio.*

In Substantijs spiritualibus principium Individuationis est ipsum esse per se, seu hoc, quod est non recipi in Materia: quia nihil, quod habet esse per se, vel per se existit, est vniversale. pag. 737.

## DE DISTINCTIONIBVS Rerum

*V. Inter distinctionem realem, & Rationis datur distinctio media*

Scotistæ affirmant. Thomistæ negant. Negandum tamen videtur.

Omnis distinctio simpliciter, & in Genere non est nisi duplex scilicet realis, & Rationis: quia Ens in Genere aut est reale, aut est rationis, hoc intendunt Thomistæ: sed si distinctio sumatur participative sic extra distinctionem realem, & rationis datur distinctio media, seu formalis ex natura rei, non ita media, vt constituat tertium Genus distinctionis diuersum omnino vel à reali, vel rationis, sed ita media, vt sit communis ad vtrãque, quia distinctio formalis secundum se, seu distinctio rationis ratiocinatæ nec potest dici simpliciter realis, nec simpliciter est rationis: sed ratione fundamenti, & quatenus fundamentum habet in re, potest dici realis: quatenus vero complementum habet ab intellectu, sic est rationis. distinctio ergo formalis dici potest media, i. communis, & hoc modo accipiendi sunt subtiles. 740. & 742.

## DE VERITATE

*V. Veritas sit in rebus, vel in Intellectu?*

*Distinctio.*

Veritas quantum ad summum complementum, quod est notitia, est in Intellectu intrinsecè: in rebus vero est extrinsecè, seu causaliter tantum: ast quantum ad esse diminutum, quantum ad assimilationem, quæ dicitur Veritas rei, sic veritas est in Rebus. 741.

*V. Ratio formalis Veritatis sit Relatio rationis?*

*Distinctio.*

Sicut Relatio in mensurata est rationis, & in mensurato est realis; ita Veritas in rebus, quæ mensurant cognitionem Intellectus, formaliter non dicit supra eas nisi respectum rationis ad intellectum: sed Veritas in Intellectu, quæ mensurantur à rebus, formaliter dicit supra eas respectum realem ad res. pag. 752.

## DE BONITATE

*V. Bonitas formaliter consistat in Relatione reali, vel rationis ad Appetitum?*

*Distinctio.*

Bonum (eadem dicendum de Vno, & Vero,) quatenus positivus Ens, addit supra Ens modum specialem modum essendi, alias contraheret ens, & tunc non posset convertiri cum Ente, nec esset passio Entis: sed addit aliquid rationis supra intellectum Entis: & cum non possit addere privationem, quia sola Vnitas addit supra Ens privationem, sequitur, q addit Relationem, non ad intellectum, quia hanc relationem importat Veritas, ergo Relationem ad appetitum. 755. 2. & 756. 1

Finis.

IN-

# INDEX
## RERVM NOTABILIVM, QVAE in hoc Opere continentur.

PRIOR NVMERVS PAGINAM INDICAT; Alter verò Columnam.

## A


*Abstractio à conditionibus individuantibus quomodo pertineat ad Intellectum Agentem* 225. 2. *potest fieri, vel efficienter, vel formaliter* 231. 1. & 2. *formaliter fit etiam ab Intellectu possibili.* 234. 1. *abstractio ab omni materia est Objectum formale quo, seu ratio formalis sub qua Metaphysica.*

*Accidens recte diffinitur à Porphirio, quod adest, & abest praeter Subiecti corruptionem* 370. *eius diffinitio quomodo etiam contineat Substantiae* 375. 1. & 2. *sufficienter diuiditur in Accidens separabile, & inseparabile.* 377. 2. *In quo distinguitur à Proprio?* 378. 1. *et subijcitur secundae intentioni vniuersali communi* 381. 1. & 2. *sanctum Sacramentum esse in Sacramento altaris habet modum Substantiae.* 456. 1. & 2.

*Actio constituit suum peculiare praedicamentum, distinctum a passione.* 412. 2. & 560. 2. *eorum passione non in Genere praedicabili, sed in Genere physico. ibid. est Aristotelis extrinseca alumnus.* 562. 1. *eius ratio quidditatiua est dependentia ab Agente.* 561. 2. *habet contrarium, & suscipit magis & minus non ex sua propria quidditate: sed vel ratione principij, vel ratione termini.* 562. 2. *formaliter non est motus, sed successiua tantum. ibid. debet cessare passione.* 563. 1. *Actus non agit quod potest esse in potentia.* 127. 1.

*Actus Intellectus extensè est praeclarus* 81. 1. *Analogia actus vitalis continet distincta ab essentiam tantum, & quasi materialiter.* 394. 1. *quomodo sit.* 395. *praeter illam, quae dicitur attributiua, datur alia distincta.* 397. 1. *ratio formalis significata per nomen analogi debet esse intrinsecè in omnibus analogatis, licet simpliciter in primo, & secundum quid in alijs.* 399. 2. *Analogia formalis per accidens est, quando fit mixta per accidens ex*

in

in pluribus Subjectis 401. 2.
Angeli sunt Impraecarnentia Sub stantiae non per unionem modum 420. 2. non dependent à materia, vide Index 567. 1. non sunt in eis illa praedicamenta, quae fluunt ex tempore, & loco 576 2.
Applicatio Syllogismi ad scientias speculativas est ubertas formalis Quo, seu ratio formalis sub qua Logicae. 93. 2. & 94. 2.
Argumentatio quid sit 59. 2. circa materia sunt ipsae propositiones forma vero est ordo propositionum 40. 1.
Accidentia habentia esse reale per se distinctum; sed Entia per accidens non. 638. 1 non possunt esse realiter in alio Subjecto, in quo vel nullum vi esse, vel est unum esse. 372. 1.
Accidens proprium potest intelligi in eo Subjecto, in quo medium est esse reale. 674. 1.
Agens non potest agere in id, quod repugnat effectui 713. 1. nec potest agere in materiam universalem. 727. 1.
Accidentia materialia (extra Quantitatem) non possunt individuari independenter à Subjecto 733. 2. nec minus existere possunt etiam divisibiliter sine eius Subjecto. 734. 1.

# B

Bonitas quatenus est passio Entis realis, formaliter consistit in relatione rationis ad Appetitum. 755. 1. secundum suam rationem, & quatenus medio dicit duo dicit quid positivum reale ibid.
Bonitas solet dividi in naturalem & moralem 756. 2.
Bonitatis divisio in Honestum, Delectabile, & Utile est sufficiens. 757. est analogi in analogata 758.
Bonum honestum, delectabile, & utile sunt divisibilia per se ratione bonitatis. ibid.
Bruta non habitus pertinent ad divinum praedicamentum 592. 2.
Brutorum operum, pili, cornua &c. eadem specificant praedicamenta. 594. 2.

# C

Causa praevisa sit prior suo effectu loco. 1. integra causa prioritate non est simultas Ens ratio mis. 171. 2.
Calum in quantum continens habet dependentiam ab his inferioribus 164. 2.
Chimera non datur, &c. sunt entia rationis ratiocinantis. 160. 1.
Contraria propositiones in materia contingenti unde sunt falsae 35. 1. contraria possunt esse sub eodem Genere, & sub diversis Generibus. 561. 1.

Com-

Cooperantur aliqua sibi invicem vel ex natura eorum, vel opere intellectus. 501. 2.
Conditiones requisitæ ad realitatem relationis. 513. 2.
Compositio realis est, quando componentia secundum res sunt partes. 384. 1.
Consimilitudo, & discrimen tia inter Speciem impressam, & expressam. 234. 2.
Contradictoria quomodo pro uno, & eodem signo possint esse simul. 601. 1.
Conceptus propriè univocus est unus, & præcisus, & simpliciter immutatus: secus ejus deconceptu analogo. 612. 2.
Conceptus objectivus, & formalis entis quomodo sit unus. 623. & 624.
Corpus de Genere Quantitatis in quo distinguatur à corpore de Genere Substantiæ. 450. 2. Corpus si moveretur per varium non acquireret ubiquitatem. 582. 1.
Corporeum, & incorporeum non communicant crimore. 424. 2.
Creatura non potest esse causa, vel alicujus effectus sui. 675. 2. eius creatio est idem, quod esse eiusdem. 679. 2. non potest esse actus tantum, nec potentia tantum. 709. 1. nec procederet libere à Deo, si non esset composita realiter ex essentia, & esse. 711. 2.

Deus nullo modo est in Prædicamento. 423. 1. non est Substantia, quæ est Genus, sed est Substantia, quæ est suum esse. 424. 1. Non differt ab eo, qui non est Deus, per differentiam superadditam, sed immediate per suam essentiam. 424. 2. nec proprie dici potest diversus Genere a creatura. 425. 1. quomodo sit in Genere. 425. 2. non effugit communem rationem entis: sed est ens per se. 612. 2. licet sit posterior ipso ente: non tamen addit aliquid supra ens, sed tantum arguit diversum modum essendi. 613. 1.
Demonstrare non est idem, ac tradere artem demonstrandi. 109. 1.
Denominatio intrinseca, & extrinseca. 135. 2. intrinseca duplex, realis, & rationis. 137. 2. extrinseca est ens rationis ratiocinantis. 160. 1.
Definitio reducitur ad secundum prædicabile. 255. 2. ejus ratio explicatur naturam rei. 15. 2. est multiplex. 16. 1. quæ constat ex una parte essentiali, & alia accidentali, est accidentalis. 16. 2. ad eius bonitatem plura requiruntur. 17. 1.
Divisio est multiplex. 20. 2. ad eius sufficientiam plura sunt necessaria. 21. 1.
Divisum in divisione Substantiæ in primum, & secundum est res, et subsistitur secundæ intentioni Substantiæ Prædicamentalis. 427. 2.

D

Differentia non praedicatur in abstracto, sed in concreto, non essentialiter, sed denominative 356. 2. non addit formam supra Genus: sed solum determinat indifferentia intellecta 376. 2. in corporalibus non sumitur à tota materia; sed forma tantum dicit partem 134 1. concretum dicit totum 135. 1. quomodo praedicatur in quid? 350 1. secundum rem est imperfectior Genere: sed secundum rationem est nobilior. 339 2. addita generi incorporat libertatem sensus negationem. 341. 1. si sit propria, & essentialis, non est communis formis sicut circumdans quantum. 315. 1. si diceret totam essentiam Speciei sicut Genus, faceret compositionem rationis, sed non aggregati compositione rei. nec faceret congruum definitio ens. 340. 2. subalternata non includuntur in conceptu inferiora. 342. 1. inferiora addita subalternis non facit aggregationem. 353. 2. est complementum Speciei. 354. 2. subalterna, & inferiora non differunt Specie. 359. 1. praedicatur etiam extrinsece 360. 2.
Distinctio formalis ex natura rei quomodo sit verba inter realem, & rationis? 216 1. & 740. 2.
Differre specialissima, non est differre accidentaliter: sed est differre materialiter; sicut differre Specie est differre formaliter 726. 2.
Divinus Intellectus cognoscit ea non formas Entia Rationis 137. 1.

# E

Esse in Actu, & Actum sunt res rei cum dicitur habitudine. 514. 2. Actum non est accidens secundum esse, sed secundum dici.
Ens reale aequaeve dicitur de reali, & rationis 615. 1. praedicatur de ultimis Differentijs est ens denominatum, non denominatione secundum esse, sed denominatione secundum eadem. 612. 1. dividitur primo in ens prout dicit essentiam, & in Ens prout dicit esse. 609 1. Essentia admixta ex actu, & potentia dividitur in ens Praedicamentale. 610. 1. Ens per se dicit esse, reale dividitur in Ens creatum, & increatum 612. 1.
Ens rationis non pertinet ad Methaphysicam: sed ad Logicam. 616 1. non est proprie intelligibile. ibid. non minus est obiectum intellectus. ibid. non habet Subiectum in ratione sed obiectum. 118. 2. non concurrit nec per se, nec per speciem ad actum intelligendi. ibid. quomodo potest dici intelligibile. 123. 1. & 126. 1. & 2. formatur per propriam scientiam. humano modo acquirendam 132. 2. potest in aliquo sensu concedi non esse. 133. 1. & 2. non consistit in de-

denominatione intrinseca ratiocinatio. 138. 1. sed in esse constantem à ratione per Phantasiam ligendi. 139. 1. vtili distinctione in Ratiocinantis & ratiocinata. 147. 2. hac posteriori habita duplex fundamentum. 153. 2. sit per singulas operationes intellectus humani. 156. 2.

Existentia partium est affirmatio Quantitatis. 144. 2. quae est secundum esse, concreti tantum Quantitatis; quae vero est secundum dici, competit aliis à Quantitate. 460. 2.

Exercitium Syllogizandi per omnes figuras. 47. 1.

Entia per accidens secundum se nihil sunt. 657. 2. nec participant rationem entis reali. 638.

Entis conceptus non est univocus, propriè: sed analogus. 619.

Essentia res possibilis antequam existat, non est prorsus nihil. 638. 1. non creatur, nec desinit esse. 659. 2. est ens actu extra Deum, non ut possit existere, sed ut possit intelligi. 661. 2. in aliquo sensu est magis nihil, quam ens. 663. 1.

Essentia rerum secundum ordinem quem claudunt, non sunt aequalis perfectionis, sed inaequalis. 664. quamvis sint sicut numeri. 671.

Essentia si non differrent realiter ab existentia, creatura non posset annihilari. 708. 2. est in aliquo sensu perfectior, quam existat. 714. 2.

Esse existentiae quantum est ex se, neque est accidens, neque est Substantia. 670. 1. quomodo dici potest contingens. 671. 1. est de intrinseca ratione entis finiti essentia constans non simpliciter sed quatenus est effectus Agentis. 673. 2.

Esse formae accidentalis quomodo sit idem cum ipsa forma. 683.

Esse, quod finit à forma partis tanquam est multiplex. 603. 1. quod finit à forma totius, est unum tantum. ibid.

Essentia in quod ente creato realiter distinguatur à simplici realitate existentiae. 659. & 700. non est indifferens ad esse, & ad non esse reale. 702. 1.

Esse non potest creari sine omni essentia. 704. 1. dici mixtum ad Genus, & ad Speciem per essentiam quae recipitur. 705. 1.

# F

Fallacia Syllogismorum potest contingere vel inferens, vel in materia. 33. 1.

Fantasia farit aliquid simile Enti rationis. 85. 1.

Fermè per quam intelligit Intellectus humanus, est species ab Re alia à Phantasmatibus. 125.

Fundamentum entis rationis ratiocinatae est duplex: & quod distinctum est inter extremitates? 137. 2.

# G


*Genus, & Species constituunt duo distincta praedicabilia: non sic Differentia media, & infima.* 255. 2. *Genus est distinctibile.* 259. 1. *recte fuit à Porphyrio definitum* 268. 1. *eius definitio essentialis est,* ibid. 2. *In aliquo convenit cum materia, & in aliquo differt* 271. *non ita fuit sua à materia, ut sit pura potentia Speciei* 273. 2. *secundum eos dicit totam essentiam Speciei* 275. 1. *tenet medium inter potentiam, & actum* 276. 1. *non est materia tantum, nec actus tantum, sed sumitur à tota materia.* 283. 2. *est realiter totum, & per intellectum sit pars.* 287. 2. *non praedicatur in quale tanquam pars secundum rem, sed est pars secundum rationem.* 292. 1. *conservari potest in una specie, etiam cum est ens universale.* 295. 1. *non continet differentias actu* 296. 2. *nec per se, & essentialiter: sed denominativè praedicatur de illis* 297. 1.


# H


*Habitus an generetur per eosdem actus, & per alios sequentes augeatur?* 96. 1.

*Habitudo Speciei ad superiora quando distinguatur, & sit eadem cum habitudine Speciei ad inferiora?* 310. 2.

*Habitus & Dispositio non distinguuntur Specie.* 350. 2.

*Habere constituit decimum Praedicamentum.* 591. *eius ratio quidditativa consistit in dependentia ab adiacentibus corpori.* ibid. *eius species sunt diversae habitudines diversarum partium* ibid. *est accidens reale inhaerens corpori vestienti ab adiacentibus corpori* 592. 2.

*Habitus est spiritualis non pertinet ad decimum praedicamentum.* 593. 1.

*Habitus, quod est ultimum post praedicamentum, transcendit omnia praedicamenta.* 593. 2. *in quo distinguatur ab Habere quod est ultimum praedicamentum* 604. 2.


# I


*Inclinatio ad Logicam artificialem est necessaria brevitèr ratione formae.* 100. 1.

*Intentio secunda est ens rationis sed non è contra.* 120. 1.

*Intellectus, qui est pura potentia in Genere intelligibilium habet esse essentiale entis rationis.* 134. 2.

*Intentio prima obiectiua in rigore est ens rationis.* 172. 1.

*Individuum extra existens extra animam, non est universale; sed est Subiectum secundae intentionis im-*

Individui, reducitur ad Accidens. 253. 2. quomodo possit diffiniri? 516. 2. non habet formam propriam, sed tantum in suo universali. 527. 1.
Inter omnes praedicamentales, & aliud non requiritur distinctio realis. 410. 2.
Inter duas essentias, quae distant in infinitum positive, potest dari essentia media. 665. 2.
In una regula est para creatura, est tantum unum esse superadditum essentiae. 692. 1.
Individuatio in Substantijs materialibus non est accidens formale tale: sed tantum causaliter 748. 2. in accidentibus corporalibus formaliter est accidens, & est causaliter sit Substantia. 735. 1.
Individuationis principium in Substantijs materialibus non est materia, nuda sumpta; sed materia signata. 734. 2. nec est forma secundum esse universale sed secundum esse signatum. 796. 1.

# L

Logica naturalis est in omnibus etiam Rusticis; sed artificialis non est in Deo, nec in Angelis 59. 1. est duplex. 1. Docens, & utens. 61. 1.
Logica propriè non demonstrat 62. 1. propriè tamen syllogizat. 62. 2. in syllogizando format ali quem syllogismum, qui scitus vel rectus. 63. 2. non scientia realis, sed rationalis. 63. 2. tota est docens, licet sola Topica sit docens. 66. 2.
Logica Docens, & utens ratione formae est unus simplex habitus: sed ratione materiae docens generat medium sciendi, utens vero Opinionem. 67. 1. non est practica nec per similitudinem. 83. 1. solum est propter scientias speculativas. 85. 2. est simpliciter speculativa. 86. 2. non est necessaria ratione materiae. 99. nec est necessaria ratione efficientis. 101. 2. est necessaria simpliciter etiam ad scientias imperfectè modo acquirendas. 104. 1. licet artem demonstran di, sed non demonstratur, nec ostenditur demonstratione. 107. 2. ordine acquisitionis est primo addiscenda; non ordine dignitatis. 114. 2.
Loca Aegidij in quibus supponuntur Entia rationis. 139. 2.
Locus est species Quantitatis continuae, essentialiter distincta a superficie. 471. 2. addit supra superficiem circumscriptionem. 472.
Locatum non potest esse sine Loco. 583. 2.

# M

Materia cum est sub formis tunc sunt ibi duo perfectio: & cum est sub privationibus formarum tunc sunt ibi duo imperfectio. 683. 2. non est ens nisi vere simpliciter

ter 686. 2 Origine praecedit formam 738. 2 non potest recipere diuersas formas substantiales nisi sit sub Quantitate signata 734. 2.

Metaphisica Obiectum principale primum, & per se non est Ens, vt comprehendit Ens reale, & rationis. 635. nec est Ens vt comprehendit Ens per se, & Ens per accidens 637. nec minus est sola Substantia Spiritualis. 639. imo nec solus Deus. 641. sed est Ens primum Ens 646.

Metaphisicam esse nobilior, & aga res solum de Deo. 642. cognoscit omnes res distincte 650. ait eligit vnum Obiectum particulare vnius scientiarum 654.

Multitudo, quae numerum petit per intellectum numerari, proprie non est numerus. 481. 2.

# N

Natura Diuina non est formaliter Vniuersalis. 343. 1.

Naturalis potentia, & impotentia sunt vna Species subalternae Qualitatis, & duae Species specialissimae. 552.

Negatio quomodo sit Ens rationis 149. non debet collocari sub Ente rationis rem fundamento in re. 150. quomodo cognoscatur ab intellectu 151. 2.

Nomen Logicum est solum cuius nominatum, & conceptus 27. 2. est vox significativa ad placitum sine tempore &c. 14. 1. non reperitur proprie in mente nec in scripto. ibid.

Numerus est Ens reale. 480. 2. non est Ens per accidens, sed per se 481. 1 & omnis secundi formam, & multiplex secundum partes integrantes. 484. non reperitur in substantijs spiritualibus 488. est duplex. 482.

# O

Obiectum formale aliud est ex parte scientiae, quod alter dicitur formale quo; aliud est ex parte obiecti. & hoc dicitur formale quod 90. 1. & 93. 2.

Obiectum totius Logicae principale primo, & per se est syllogismus, sed actus rationis, & omne quod constituitur per actum intelligendi, est obiectum principale excomfequentis. 70. 2.

Oratio multipliciter dividitur. 29. 111. quae est temporis praeteriti, vel futuri quomodo significat veritatem 30.

Oratio est vna Species Quantitatis discretae 480 essentialiter distinguitur à numero 480 etiam distinguitur essentialiter à tota pars. ibid.

Ordo partium in ordine ad totum, in qua distinguitur ab ordine partium in ordine ad locum? 446. 1.

Oppositio contradictoria est immediata vnicuique 598. 1.

# P

Pars in quantum pars secundum rem nulla modo praedicatur 292. 1. & 342. 1.
Passio & passibilis Qualitas sunt una Species specialissima Qualitatis. 533. 1. & 2.
Passio, quae constituit sextum praedicamentum, est dependentia a passo. 364. 2. habet principium in Genere Actionis, non in Genere Passionis. 364. 1. quatenus immediate emanat ab Actione, constituit praedicamentum, quatenus emanat, vel emanatur ab alia Passione, sic est in 3. Specie Qualitatis ibid. non dicit ad Agens Relationem secundum esse, sed secundum dici ibid.
Passiones Entis non dicuntur tales, quia insunt omni Enti sed quia Ens non determinatur ad aliquod Genus 649 2.
Potentia non potest praestare rei Entitatem realem sine obiecto 128 1.
Potentia pura est de essentia materiae primae 80. 1.
Praxis an possit esse in Intellectu 81. 1. & 2.
Praedicamentorum, & praedicabilium diversitas unde sumatur? 256. 2.
Praedicatum Tertium in quo dicitur Negatur a Praedicabili 366.
Praedicamentum quidditativum est modus essendi rei principalis, non reductus in actum formaliter. 404. 2. est quid incomplexum. 405. 1. reperitur quodammodo in Deo ibid num. 9. quotuplex sit 407. potest de se esse una scientia. 404 2. Praedicamenta, quae sunt in Deo, non communicant univoce cum nostris. 434 1.
Prima Intentio obiectiva est Entis rationis. 173.
Proprium est quinque ex quinque praedicabilibus. 264. 1. recte definitur tum a Philosopho, tum a Porphyrio. 358. quod fluit ab essentia Generis, reducitur ad Accidens quintum praedicabile. 170. 1. quomodo praedicetur univoce? 378. 2.

# Q

Quantitas in abstracto est Genus Generalissimum 442. 1. cuius Essentia est indivisibilitas, vel inmensurabilitas, seu extensio partium. 443. qualibet est extensa in ordine ad locum, extensio secundum localis non est eius essentia. 449. simpliciter secundum esse distinguitur essentialiter ab omnibus aliis praedicamentis 461. & ei est contraria, est divisibilis in infinitum. 462. 2. dicitur univoce in continuum, & discretum 466. continua recte dividitur in lineam, superficiem, & corpus 455. non habet contrarium 491.

Quan-

Quinqne modis poteſt aliquid eſſe in prædicamento Subſtantiæ. 567.1.
Qualitas eſt Genus Generaliſſimum, & vniuocè dicitur de omnibus ſpeciebus. 544 1. rectè fuit deſcripta ab Ariſt. per eius effectum. 545. eius Genera ſubalterna poſſunt habere modum alterius prędicamenti, non vero ſpecies ſpecialiſſimæ talium Generum. 547. 2. ſola ipſa habet contrarium; non tamen quælibet. 557. 2.
Quando conſtituit ſpeciale prædicamentum, diſtinctum ab aliis 565. 2. eius eſſentia eſt dependentia temporalium à tempore, 567. 1. conſiſtit non ſolum in hoc, quod eſt eſſe in tempore, ſed etiam in dependere à fluxibilitate temporis. 568. 1. diſtinguitur in ſimplex, & compoſitum. 570. 2.
Quando de præterito non eſt ſimul cum tempore præterito. ibid. 2. vnum Quando differt ab alio eſſentialiter per eſſe prius, & poſterius. ibid omnia Quando conueniunt in tempore tanquam in cauſa. 570. 1. nullum eſt in Deo; nec in Angelis. 571. eſt verum ens reale. 571. 2. in iſtis inferioribus eſt ſimul cum tempore, à quo cauſatur. 572. 2.
Quantitas non eſt poſterior, quam Subſtantia. 732. 2. ipſa ſola indiuiduatur independenter ab omni Subiecto 734 2. & pluriſicari poteſt ſub eadē ſpecie. 735.

# R

Ratio formalis ex parte Logicę eſt applicatio ſyllogiſmi ad ſolas ſcientias ſpeculatiuas 93. 2.
Regulæ obſeruandæ ad rectè concludendum in quolibet modo cuiuſlibet figuræ. 51. 1.
Relatio rationis non eſt ſecunda intentio. 155. 2 immediate fundatur in noſtro modo intelligendi, & remotè in re. 162. 1. alia eſt ſecundum eſſe, alia ſecundum dici. 167. 1.
Res vnius Prædicamenti poteſt habere modum alterius prædicamenti. 454. 1.
Relatio ſecundum quidditatem conſtituit ſpeciale prædicamentum, diſtinctum ab abſolutis. 496. 2. æquiuocè dicitur de Relatione rationis. 502. 1. ſecundum quidditatem poteſt realiter aduenire Subiecto abſque Subiecti mutatione. 504. 1. in abſtracto ſumpta eſt Genus Generaliſſimum. 506. 1. rectè diffinitur ab Ariſtotele. 507. ſecundum quidditatem primo, & per ſe reſpicit terminum, & exconſequenti pendet à fundamento: ſed ſecundum eſſe primo, & per ſe reſpicit fundamentum, & exconſequenti reſpicit terminum. 513. 1. & 530. 1. & 535. 1. ſecundum conceptum (ad) non dicit perfectionem. 510 non eſt realis inter Ens, & nõ Ens. 512.

in-

inter scientiam, & scibile est realis non secundum esse, sed secundum dici. 515. non potest immediatè fundari in Substantia. 517. 1. nec potest esse fundamentum alterius Relationis, realiter à se distincta. 521. directè primo, & per se distinguitur à fundamento ratione; sed exconsequenti etiam distinguitur realiter. 528. indiuiduationem primo, & per se sumit a fundamento; & exconsequenti etia à termino. 535. secundum quidditatem habet terminum respectiuum; sed secundum esse terminatur ad absolutum. 540.

# S

Secunda Intentio non est relatio rationis secundum esse, sed per quiritur subtilitate ingenij nostri. 163. 1.

Syllogizzare in materia necessaria non differt essentialiter a syllogizzare in materia probabili. 68. 2.

Singulare non est obiectum directum intellectus nostri. 235.

Situs constituit suum speciale prędicamentum. 587. 1. consistit in dependentia à tali, vel tali ordine partium in loco. 588. 1. eius species sumendæ sunt secundum diuersum ordinem partium in loco. 589. 1 non habet contrarium. 589. 1 nec suscipit magis, & minus. 589. proximè inhæret Substantię ibid.

Species vel est subalterna vel infima. 306. 1. prior non distinguitur secundum rem ab alia. 307. subijcibilis etiam vt subijcibilis est vniuersalis non essentialiter; sed denominatiuè. 315. prædicabilis tantum prędicatur de indiuiduis. 317. quomodo esset prędicabilis, si ei repugnaret multiplicatio numerica? 323. 2.

Substantia prędicamentalis non diuiditur vniuocè in corpoream, & in incorpoream. 421. non habet contrarium. nec suscipit magis, & minus in forma specifica; licet in forma Generis, & in forma analogi suscipiat magis, & minus. 435. 1.

# T

Terminus apud Logicos est extremum propositionis. 111. 2. eius definitio. ibid. multipliciter diuiditur. 13. 1.

Tempus formaliter est Quantitas discreta. 469. 1. sed materialiter est Quantitas continua ibid.

Totum est multiplex. 20. vel est Substantiale, vel quantitatiunm 463.

Tussis sybilus, &c. propriè non sunt voces. 8. 2.

# V

Verbum, quod est infinitum, vel alterius temporis à præsenti, non

pertinet ad Logicum. 26.1.in quo differat à participio? ibid.
Verbum negatiuum distinguitur à verbo infinito. 28.
Vox non fit nisi ab animalibus, respirationem habentibus. 8. ab homine dearticulatur lingua, &c. ibid. quomodo simul sit naturalis, & ad placitum? 9. illa quæ non significat, propriè non est vox 8.
Vbi nunquam est in eodem subiecto cum loco, à quo causatur. 572. est accidens intrinsecum corpori locato, causatum à loco mediante motu. 580. ab Aegidio vocatur configuratio corporis locati cum corpore locante. ibid. diuiditur in simplex, & compositum. 583 1. non suscipit magis, & minus, nec habet contrarium. 585.
Vniuersale materiale est in rebus 200. est triplex. 203 2. quod est ante rem, habet esse separatum 204 quod vero est in re, vel post rem, identificatur cum rebus. 204. 2.
Vniuersale, quod est secunda intentio, non est obiectum intellectus. 221. rectè diffinitur ab Aristotele. 240. 1.
Vniuersale imcomplexum solum fit per actum reflexum primæ operationis intellectus 244. complexum vero fit per actum reflexum secundæ, & tertiæ operationis. 245.
Vniuersale secundum esse materiale est ens reale, & aliquando est substantia, aliquando est accidens 246. sed secundum esse formale est ens rationis. ibid.
Vniuoca secundum esse distinguntur à denominatiuis secundum esse. 389. sed non vniuoca secundum dici à denominatiuis secundum esse. 390.
Vniuocatio proprijssima tantum competit Speciei sicut propria competit Generibus; media vero seu communis est transcendens. 391. 2.
Vnitas, quę est principium Quantitatis discretę, dicit formaliter quid positiuum, & differt ab vno, quod est passio entis. 476.
Vltima vnitas est forma numeri 386.
Vnum, & multa adequatè diuidunt ens. 718.
Vnitas, quæ est passio entis, secundum rem importat positiuum sed formaliter dicit negationem 721. 1.
Veritas non dicit quãcumqae adæquationem; sed manifestationem apud intellectum. 747. Analogicè dicitur de intellectu, & de rebus. 748. formaliter quantum ad sui complementum est in intellectu tu. 749. sed secundum esse diminutum est in rebus. ibid. formaliter non addit supra ens nisi relationem rationis ad intellectum. 752.

FINIS.

Er-

# ERRATA SIC CORRIGE

Prior numerus significat Paginam. Secundus Columnam. Tertius Lineam.

89.2 36. adinci. corrige adiungi. 186.2.24. sint alia.corr. sint talia
186.2.40. dele totum hoc(Spiritum Sanctum procedere per intel-
lectum,& non per voluntatis) 164.2.19.& 20. rectio.corr.relactio
190.2.2.casus corr. cassus. 203.2.18.arte.corr.ante. 219.1.1.de-
ficit hoc(nec forma)230.2.1.singulari corr.singularis.237.2.31.ratio
ne.corr.rationes.106 1.13 ꝙ est necessariũ ad esse.corr.ꝙ nõ est nece
ssarium ad esse, sed ad modum 106.1.34. Intellectu.corr. Intellectui.
135.1.5.extrinseca corr.extrinsecam. 145.1.2. Rationi. corr. ratio-
nis.147.2.37. iuxta dubitationibus. corr. iuxta dubitationis. 842.1.
10. deest minor, & consequentia,quæ sic est. (sed hoc non est essen-
tia Entis Rationis, ergo proprietas.) 159.1.9. existere.corr.existen-
tiæ. 406.1.6.informatis.corr.informantis. 320.2.38 Prędicamen-
torum.corr.Prędicamentum.469.1.34.fio corr.fic. 47611.17 nemeri.
corr. numeri.520.2.11. aut.corr. autem.550.1.25. sicut perfectum cir-
ca eandem,& imperfectum rem.corr.sicut perfectum,& imperfectum
circa eandem rem.562.1.10.doctrina.corr.doctrinam.578.1.27.tem-
pum.corr.tempus 617.2.39.prędscendi.corr.prędscindi. 736.1.30. Sub-
stantij.corr.Substantijs.738.1.34.Identiti.corr. Identitati. 744.2.34.
forlitates.corr.forma'itates. 751.1.21. esset.corr.esse. 633.1.7. Quæ-
stionum. corr.Quæstio tum. 643.2.28.Philippus. corr Philosophus.
683.2.20.cum priuatione.corr.cum est sub priuatione 699.1.27.& se
pari.corr & separari.702.1.6. esse in reale.cor. esse reale 691.1.38. res
alias.corr.res alia. 693.1.18. imperfectibile.corr.impossibile. 692.2.
34. concedere ssi.corr.concederemus 721.2.12.dele(non sunt)744.1.
14 distino.corr.distinctio.745.1.8.est distinctio rationis.lege.est distin
ctio rationis maior. 527.2.31.non est aliud,sed quid aliquid.corr.non
est aliquid,sed ad Aliquid.493.1.20.de Relationes,corr.de Relatione.

PANORMI, Apud Decium Cyrillum.1643.
*Impr.Abbas.Gelosus.V.G.* *Impr. de Denti.P.*